Superioribus cōmentariolis princeps clarissime quid in epistolis cōscribendis obseruandū duxerimus, non obscure intellexisti, nunc quid uitandum, in eis sit, scire uel maxime necessariū putauī. Scripsi igit̄ cōtra uulgares quosdā modos (ut ipsi loquūtur) epistolandi cuiusdā qm̄ se Ponticū inscripsit, & aliorū, quorū hallucinatiōes adeo uulgatæ sunt, & tāto in p̄cio habitæ apud quosdā germaniæ literatores, ut non dubitēt quidā ad illarū exēplar noua quædā deliramēta cudere, ut oīno necessariū existimē illorū errores in mediū afferre, ne p̄ eos labi plures contingat. Induxi itaq; p̄ modū dialogi Philologū, q̄ amatorē studiorum designat, qm̄ eius maxime interest errores declinare & errātes in uia rectā ducere, quod si q̄s a me quaerat, cur in tantā descenderim tenuitatē, ut has ineptias & ineptiarū auctores refellēdo, uelim mihi laudē & gloriā uendicare, cum sint peritis illorum noīa uel ignotissima, Respōdebo & ingenue fatebor nūq; induci potuisse, ut hos taxarē, nisi in dies uidere liceret multos, q̄ hos uel imitent, uel pueris proponere non erubescāt. Sunt igit̄ auctores illi obscuro fateor, materia aut̄ quæ cōtra eos scribitur, meō iudicio lectū dignissima est, qm̄ inumerabiles hæreses, ut ita loquar, & errores linguæ latinæ & barbarissimos refutat, & cauedos esse persuadet. nam hæc est uel potissima causa, cur hanc prouinciā assumpserim, ut pij & studiosi scholastici abstinendū esse ab huiusmodi barbasculis epistolandi modis exploratū haberent. At q̄ cōtradico scriptoribus interdū etiā antiquis, si usq; ut homines errauerint, & nomina eorū taxauī, consulto me fecisse credas, nam is sum (ut cum Platone loquar) qui meorū nulli parcā, præterq; rationi, quæ ratiocinātū mihi opū mā uideat, exemplo monitus eorū qui in arce scientiarū steterunt, nam & hi ueri habēdi gratia si quid a scriptoribus perperā dictū fuisset, id corrigere & emendare nō erubuerūt, nec uel amicissimis parcerēt, deumolā Hieronimū, Augustinus. Hieronymus multos, nōne & Demosthenes & Homerum s̄ Ciceroni dormire quādoq; uidentur: quorū concertatione bonæ artes & illustratæ sunt & creuerūt maxime. Et hoc in primis necessariū fuit, qm̄ multū nimia capti credulitate tantū tribuūt festiuis librorum titulis

CONTRA MODVM

lis, auctorūq; uetustati, ut horū auctoritatē p ratione potissima fumere nō uereant, quod ne sæpe cōtingat gloriosum puto scriptorū errores si possūmus de medio tollere, hoc ego facere cupiens scripsi hos labores tibi nō oī no indignos, quos sub tui noīs maiestate & patrocinio emisi, sperans multis p̄futuros q̄maxime. Vale principalis iuuetutis princeps et monarcha.

TETRASTichon ad eundem.

Aspice nos uultu princeps Vidrice sereno

Gloria Sueuorum, Teutoniciq; solī.

Et tibi sit gratum quicquid depinximus ad te.

Post hoc maiori tu celebrare lyra.

10

COMMENTARIA contra modū epistolādi Pontij,

Rethorica Pontij uel alterius grāmatistæ, qui se hoc nomine inscripsit.

PHILOLOGVS.

Rethorica scribendū est per rh & t sine aspiratione.

PONTIVS

Circa modum dictandi,

PHILOLOGVS.

Nescio profecto unde hæc sartago loquendi uenerit in linguas germanorū, ut oēs fere accipiāt dictare, p eo quod est cōponere, & dictamē materiam, quæ cōposita sit, cū tamē longe fallant. Dictare em̄ est id dicere quod alius excipiens notet. Testis Georgius Merula, Domitius Chalderinus, & q̄ nemo ex recētioribus latininitatis obseruator Laurētius Valla. Idem te docet Cicero cū dicit ad Atticū, se illa nō scripsisse, sed reparādi lateris gratia dictasse. Sapho. At mihi Pegasides blandissima carmina dictāt, Pli. lib. vii, ca. xxv. loquēs de Iulio Cæsare. Scribere & legere simul dictare solitū ac cepimus, epistolās uero tantarū rerum quaternas pariter librarijs dictare, aut si nihil aliud ageret septenis, quod si ethnici scriptores uobis sunt ignoti, uos grāmatistæ saltē se quimini uestigia sancti Hieronymi qui aptissime ostendit quid sit dictare lib v. super explanatione Isaiæ, dictamus hæc nō scribimus corrente notariorū articulo. Idem super Abdia. Neq; em̄ ea lauiditate & cōpositiōe uerborū dictamus, ut scribimus aliud est mi Pamachi sæpe stilū uertere, & quæ memoria digna sunt scribere, aliud notariorum articulis præparatis pudore reticendi dictare, quodcūq; in buccā uenerit. At ex hoc in hūc errorē incidimus, quod reperimus. Ratio dictat, quod est frequētissimū, quale est illud Plinianū in epistola. O mare, o litus q̄ multa inuenitis q̄ multa dictatis. Et illud Boeci. Ecce mihi laceræ dictāt scribēda camœnæ. Verū hic manifesta ratio subest, nam camœnæ & litus solito do tacite nobis suggerūt quod scribamus, ita et ratio loquit, quod nos scribendū putamus. Est igit dictare quasi, ut ita dicā ad pennas legere, & dicta men ipsa lectio, si saltē est in usu doctorū, quod ego nondū legi, sed dictata sunt quasi themata & p̄scripta quæ ludi magistri pueris præbent.

40

PONTIVS.

Et dicit epistola ab epi quod est supra, & stolon missio, quasi supra missio, quia epistola supra mittitur memoriæ nunciōrū, unde Græcista. Fitq;

Stolon tibi missio sic & epistola signat.

PHILOLOGVS.

Certe deliras quisquis sic dixeris, latini em̄ scriptores sic dicunt, epistola de scēdit a medio pacimeno. i. p̄tō p̄fecto huius gr̄eci ἐπιστέλλω epistello, quod significat mitto, m̄do, n̄a amittit unū l in futuro, & dicit̄, ut dicit Mancinellus, epistelo, deinde cū e in penultima futuri mutat̄ in o uocalē dicit̄ epla.

PONTIVS.

Item nota q̄ quinq; sunt partes dictionis essentielles, scilicet salutatio, exordium, narratio, petitio & conclusio.

PHILOLOGVS.

Quo auctore hæc p̄cepta effundis: ego em̄ quod solū de me ipse profiteor 10
 multa ueterū monumēta pellegi uel uidi, nec inueni quenq; latinū de epistolis cōdendis p̄cepta nedū partes aliquas tradēte, nisi te & tui similes. Ad de q̄ petitio, exordiu, narratio nō sunt epistolæ partes. Exordiu em̄ est solius orōnis, plures etiā sunt eplæ ubi nihil narramus nec petimus quicq; sed suademus aliqd uel dissuademus, uel ubi declaramus nostrā familiaritatē, hortamur ad uirtutes, de terremus a uitis, & plura alia. Nulla em̄ pars essentialis est, imo una harū partiū sufficit ad epistolā. Si cupis igitur eloquentiæ gloria celebrari, nō ad illos modos (ut ipsi dicūt) epistolandi te cōferas, qui nō docent latinitatē, sed huic bellū indixerūt, & contra hanc palā martē cō 20
 ferūt, sed ad epistolas Ciceronis, Philelphi, & illorū quos noiaui in opusculo qd̄ inscribitur. Qui auctores legendi sint nouiciis, quod & te Augustinus docebit dicens. Ad cōparandā eloquentiā magis p̄dest si quis eloquens audiat & diligēter legat, q̄ si quis circa artis p̄cepta sese occupet, & ut dicit Seneca, longū est iter per p̄cepta ac infirmū, breue aut̄ & efficax p̄ exempla. Nullus est igitur modus, nulla ars cōponendarū epistolarū, q̄ ut sis latinus, quod si fueris, scribas quicqd in buccā uenerit & quicqd ad tuū p̄positū idoneū iudicaueris, quod si error quorundā scribentū modos epistolandi necessario per quēdā documēta extirpādus sit, & germani scholasticus uelint nō nisi per quāsdā doctrīnas cōponere epistolas, accipiāt tres episto 30
 larū cōditiones nō requisitas nec essentielles, sed quasi manuuctiones quāsdā (ut ita loquar) & ordinē. Primo causam, qd̄ moueat eos ad scribendū. Secūdo uoluntatē principalē (ut dicunt) ubi declarent quid potissimū uelint ab eo ad quē scribunt. Tertio cōsequens, ut si fecerit quod petieris, te nihil unq; omitturū eorū, quæ sibi cōmodare sperabis, uel simile, quod facile ex superioribus scriptis fingere licet. Quod aut̄ dicitis partes essentielles, & accidetales, miror te tradere modū rhetoricū, cū in uulgarissimo orationis grāmaticæ genere uerferis, & a solis grāmatistis usurpato. Rhetor em̄ qualē tu insituere polliceris, non utitur his uocabulis essentialis & accidentalis, generalis & specialis, principalis & minus principalis, præsertim in hac signi 40
 ficatione, sed grammatistæ & dialectici.

PONTIVS,

Item illa diuisio quintumembris scilicet q̄ quinq; sunt partes dictam̄

CONTRA MODVM

nis, sic reducitur ad bimembrem, nam omnis pars dictaminis aut est circa affectum, aut non, si primum sic est salutatio & c.

PHILOLOGVS.

Cōsultius esset me hercle silentio transire has totius libelli ineptias, & mōstrosas hallucinationes, nisi plures essent apud germanos qui nō solū his rebus fidē haberent, sed etiā id aliis censoria & aristarchi uirgula p̄ciperēt, nulla est crede mihi ibi dictio quę redoleat ullā rhetoricā. Sed hic p̄ceptor ignorantissime & dediscere uolētibus pessime merite, ubi legisti apud Ciceronē uel Quintilianū, uel aliq̄ne latinū illas redutiōes, & (ut uulgo dicitur) sufficiētias stolidissimas: quod te dii perdāt, qd̄ ex mediā barbaria, p̄gressus poluis nobis omnē latinitatē. Illæ em̄ tuæ sufficiētix nō sunt tradēde in aliqua facultate nedū in rhetorica, ubi purius & sincerius est loquendū. Sunt em̄ ubiq; profus inutilis & nuper ab indoctis excogitatæ, sed o scēlicia scēcula hodierna, qbus hęc nūc denuo corrigo scilicet Anno dñi. M.D.XV. Has em̄ ineptias & hallucinatiōes penitus euanuisse credo ī scholis nostris, ubi adolescentes nūc om̄es ferme tersam latinitatē amplectunt, nō sine mea admonitiōe & doctrina, quoniā hactenus apud nos nemo diligētius (absit dīcō gloria & liuor) laborauit ad instaurandā linguā latinā, sed crede mihi ante annos. xx. dū ego cepissem primo p̄fiteri humaniores literas. ij. modis epistolādi erāt in sūmo honore, & quos ueteres socii nolēbāt pandere charis. Tubingæ unus docebat magno p̄cio tales modos epistolandi, & alius Basileę, eo tēpore qñ in utroq; loco aderā, p̄fessor, licet admodū adolescēs.

SEQVITVR DE STATIBVS. PONTIVS.

Tituli archiepiscoporū, Patriarcharū, Episcoporū, Abbatum, Legatorum & c. sunt tales, honorabilis, uenerabilis, uenerandus, reuerendus.

PHILOLOGVS.

Primū nūq; legi apud idoneos statū dici conditionē uel qualitātē eā esse hoīm qua nosiri germani utūtur dicētes, ille est in statu seculari, uel spiritali, uel in statu clericali, sed ordo apud latinos dicitur, ut ille equestris ordinis, uel ordo ecclesiasticus, uel ordo senatorū, uel ordo plebeijs. Venerabilis aut̄ epitheton est summorū uirorū, hoc est Cæsaris, uel sūmi pontificis, uel aliorū optimatū. Leo Papa in epistola prima suorū sermonū, promississe me memini uenerabilē imperator. Cornelius Tacitus, quia Vespasianus uenerabilis senex, Ausonius ad Gratianū Cæsarē. Tu Augustæ uenerabilis districtus maximo bello. Hieronymus in p̄logo sup̄ Zachariā. Itaq; mi Exuperati Papa uenerabilis. Idē super Abachuch. Alterū mi Chromati papa uenerabilis in Abachuch librū scribēs. Idem sup̄ Ionā. Cæterū nō ignoramus Chromati Papa uenerabilis. Item cæteris hominibus attribuit sanctitudinē, uel longa etate florentibus, Apuleius de deo Socratis, nempe Pilius orator eloquio comis, experimētis cautus, senecta uenerabilis & c. Et p̄sertim mulieribus multa uitæ & ætatis honestate & regia dignitate pollētibus. Curtius in tertio, sed oīm oculos animosq; in semet conuerterant castitæ mater cōiunxq; Daris, illa nō maiestate solū, sed etiā ætate uenerabilis

lis, hæc formæ pulchritudine. Hieronymus in epistola ad Marcellū, nec em̄
 ignoram⁹ uenerabilis soror, & Benedicta filia tuā potestātē in hoc seculo
 & gloriā. Idem in plogo Osee pphete. At nunq̄ legi in titulis inscripticijs
 illarū personarū. Cedat hic plebeia germanorū literatorū cohors, q̄ prædi
 ctas dictiones lege quadā tātūmodo artiū magistris attribuit, quod si fieri
 pōt, apud doctiores tñ nunq̄ legi, habēt em̄ alios titulos magis pprios, q̄
 bus cōmendant a sciētia in qua excellūt, uel a moribus. Attribuit & uene
 rabilis rebus inanimatis, Cornelius Tacitus. Ego uero oēm eloquentiam
 oēsq̄ eius partes sacras & uenerabiles puto, Macro. lib. viij. satur. honestatē
 dico & modestiā, nec minus cū sobrietate pietatē, quā em̄ harum dixerim
 minus esse uenerabilē. Et Iuena. Saty. xvi. Atq̄ ideo uenerabile soli, fortis
 ti ingeniū &c. Honorabilis, honestus, reuerēdus, uenerādus, sunt epitheta
 attribuēda hoibus cuiuscūq̄ cōditōis uel status (ut dicitū) fuerint, dūmodo
 honore dignos iudicemus. Sicut Papa honorabilis, uenerandus agricola,
 honorādus miles (Sanctus tñ Iuo Carnotēsis epūs in suis eplis singulariter
 epīs scribit uenerabilibus uel reuerēdis) sicut & hæc sequētia. Egregius, sin
 gularis, clarus, prestans, fortis, constans, insignis, illustris, nobilis, notabilis.
 Dicimus em̄ nobilis grāmaticus, nobilis pictor, egregius magister, egregi
 us poeta, egregius miles, egregius rex. Sic Horat. in. iij. car. Antris egregij
 Cæsaris audiat. Egregie Cæsar dicit Plinius Cecilius ad Traianū Cæsarē. 20
 Item illustris poeta, uel orator. Cice. in. ij. de oratore. Sed eorū oratorū, scili
 cet qui partim in pompa, partim in acie illustres esse uoluerunt. Illustris
 enim ut Serui. dicit lib. vi. enei. nomen nouitē est non meriti, unde etiam in
 meretricibus inueni. nā et nobiles & illustres uocāt, nemo tñ facile dixerit
 illustris agricola, uel simile. Adde q̄ hæc (ut dixi de illustris) uocabula, bo
 nis & malis possunt attribui, ut insignis princeps & insignis meretrix, egre
 gius latro. Singularis, nequā nobilis p̄do. Plini. lib. iij. natu. hist. Messalina
 elegit in id certamē nobilissimā e p̄stitutis ancillā. Et Modestinus. ff. de ap
 pel. & relā. dicit insignes latrones. Lactan. lib. iij. in ca. xv. Aristippo Cyres
 naicorū magistro, cum Laide nobili scorto fuit cōsuetudo. Idem in. iij. ca. 30
 xvi. & ab hoibus insigni supplicio affectū. Quintus Cicero ad fratrem. q̄
 nequaq̄ sunt tam genere insignes, q̄ uitijs nobiles.

PONTVIS.

Abbas maior uel minor, prior, prepositus. Decanus &c. Tales habent
 determinationes, preciosus, uirtuosus, decorus, religiosus, pius.

PHILOLOGVS.

Bone literator istos titulos, uel ut tu indocte dicis determinationes, uel
 ex te ipso confingis, uel mercede cōductus a barbaris confundis linguam
 latinam. Preciosus enim nunq̄ legi in titulis inscripticijs, sed m̄to plus res
 bus inanimatis attribuitur. Virtuosus autem uocabulum est si credimus
 Philelpho, quod nemini mortaliū haētenus cōuenire potuit, quod & maz
 ximus orator & phūs Cicero scriptū reliq̄. Georgius quoq̄ Valla ita di
 cit. nam uirtuosus nō dicit nisi rustice & barbare, p̄ quo q̄ laute ac minime
 b iij

CONTRA MODVM

Sordide locuti sunt uirtutis studiosum dicunt, Et diuus Augustinus in sua dialectica. Vt a uirtute nō potest dici uirtuosus, sed moderatus & industrius. Et Cicero licet uirtuosus dicat, nunq̄ tñ uirtuosus, q̄uis Boetius fecerit. Recurras autē ad nostra cōmentaria de epistolari ratione, & inuenies titulos hoibus cuiuscūq̄ conditionis, sine uerecundia tributendos.

PONTIVS.

In infimo statu sunt. Sacerdos, plebanus, diaconus, acolythus, sacrista, horum determinationes sunt, discretus, deificus, honestus, humilis.

PHILOLOGVS.

10 Plebanus uocabulū est credo ab indoctis inuentū & plane barbarū, ut saltē non antiquum, melius forsan diceret plebeianus uel plebeianus. ego mallē dicere rector uel pastor huius sacrae aedis uel alterius, & si pastor uix tollerabile sit in prosa, uel curator animarū. Sacrista quid sit ego nescio, sed remitto ad Apollinē, uel eius collegā dñm Iosbartū. pseudopropheta Tus bingensem. est em̄ barbarū uocabulū. Discretus nihil aliud est q̄ diuisus, caue itaq̄ ne in posterū ea distictōe utaris, qua nemo doctus in tua significatione usus est, ut in cōmentarijs uidebis. Deificus nūq̄ legi apud pbatos nē dum in titulis. Humilis autē apud idoneos & ueteres significat abiectū & 20 hoīem infimae uel fortunae, uel natiuitatis, quo sacerdotes absonū est dehonestare. Plī. in prologo lib. xiiij. natu. histo. nec deterrebit quarūdā rerū humilitas. Et Plī. iunior. quī tu ipse humiles & sordidas curas alijs mandas. Et humilitas est abiectio quaedā quasi uilitas. Nō me fugit apud ecclesiasticos aliter accipi, quibus in hoc nō assentior oīno, nec item repugno qm̄ ita usus est Cyprianus, Lactatius, Hiero. & alijs quibus nō nihil in eloquentia tribuo, p̄sertim cum illius uirtutis aliud nomē uere, ppriū ipse nō scīa. Plōra inuenies de hac re in cōmentarijs nostris linguae latinae.

PONTIVS.

Magister theologiae. Doctor iuris, doctor medicinae, rector uniuersitatis 30 tales habent determinationes. Sapiens, prudēs, scientificus, illuminatus, industrius, legalis &c.

PHILOLOGVS.

Scientificus, illuminatus, industrius, legalis nemo scribit in suis titulis. Industrius enim nō dicit, sed industrius, ut Valla testis est, qd̄ autē cōsuetudinem multorū allegas, nihil p̄bas, ut audies in cōmentarijs nostris de abusione linguae latinae. Etiā cōtra tuā cōsuetudinē loquit̄ Hieroñ. ad Ruffinū Aquilegensē. errantū multitudo non parit errori patrociniū. Et Paulus iuriconsultus de regulis iuris. Quod initio uidiosum est, nō pōt tractu tēporis cōualefcere, & sic de alijs omnibus dicas consuetudinibus, uel potius corruptelis, nō tñ nego a lege legalis dici, ut legalis sciētia. atq̄ haud facile inuenies in externis inscriptiōibus se solo, ut legali uiro uel legalis homo, id est urbanus, ut nostri dicunt. 40

PONTIVS.

Baccalareus simplex, studens simplex, licentiatus ad magistratū, has habent determinationes, autēticus, subtilis, refulgens, abilis, splēdēs, beniuolus.

PHILOLOGVS.

Baccalaureus (licet apud ueteres nec re, nec noie auditū nomē scribēdū est, quasi laureatus bacca, hoc est fructu lauri arboris coronatus. de bacca uidebis in cōmentarijs de abusione &c. Studens autē sumit pro quocūq; q̄ operā dat studijs, siue doctor, siue magister. Ergo caue ponas pro certorū hominū qualitate. Licēt iustus uero in nostris cōmentarijs audies quid sit, dicam in hoc uocabulū nō esse latinū, nedū dignitatis nomen quod esset non usitatū, significaret illū qui potestātē haberet peccādi & uagādi quorū sum uellet. tales autē nunc docti quidā auctoratos dicūt, ut auctoratus theologiae uel iuris &c. ubi nos licentiatos dicimus. **M**ā autē determinatiōes autenticus, subtilis, refulgens; habilis, splendens, beniuolus non ponuntur in titulis scribendarū epistolarū, nisi ab his qui in sordidissimo oratiōis genere uersantur, & cum linguae latinæ elegantia habent nullum cōmerciū. Qui autē tituli & epitheta cuiuslibet hoī in suo ordine attribuēda sint, uidebis in cōmentarijs nostris de ratione epistolarū componendarū.

PONTIUS.

Infimus status studentū. Locatus, Pedagogus, Scholaris, Beanus, horū determinationes, docilis, ingeniosus, obediens disciplinatus.

PHILOLOGVS.

Locatus non est nomē dignitatis, sed minor uicarius dicendū est. Illud autē significat illū q̄ locatū ab aliquo. Beanus nec græcū est, nec hebraicum, nec latinū, sed plane thracū, ut opinor uel getarū. Scholaris autē (sic enim scribendū est p̄ ch) dicit res p̄tinēs ad scholas, sicut libri, calamariū, & siffa. homo autē qui disciplinā discendæ gratiā intrat scholas scholasticus dicit. ut alio loco dicemus. Et nō dicit scholasticus, ut apud idoctos rector scholæ. Disciplinatus se solo non est ponēdū in titulis & epithetis, quoniā sicut & disciplinosus teste Varrone tam in bonū q̄ in malū accipi potest, sic etiā disciplina. nā tradit Aug. in dialectica, discibilis rei disciplina dicit, q̄ ut quarumq; rerū scientia est, nec multū legi disciplinatus, nisi apud Vlpianū. ff. de excusa. & tēpo. l. sed & reprobari. qui accipi uidet pro disciplinis inhærente & intento. Disciplina autē parū latine pro castigatione & correctio ne accipitur a nostris meo iudicio.

PONTIUS.

Infimus status secularis, miles militaris, aduocatus castellanus, ciuis, horum determinationes, inuincibilis, strenuus, fortis, robustus.

PHILOLOGVS.

Miles ut ostendam in cōmentarijs non est nomē dignitatis, sed quilibet qui bello militat, & precio cōductus bella sequit, & p̄sertim pedites. Inuincibilis uix uel Alexandro magno addi possit & ascribi. Est enim insueta dicitio, & epitheton. inuictus & inuictissimus plus quadrat, in usuq; doctorum est. Robustus autē cuiuslibet rustico potest adiungi, si habet corporis uires, & si a Cicerone etiā robustus animus dicit libro primo de finibus.

Item p̄cors & p̄cordialis, sunt uocabula indoctorū grāmatistarū.

CONTRA MODVM

DE SVBSCRIPTIONE PONTIUS

Ioannes Schabenseckel seruitor in Argentina uester filius cordintinus.
PHILOLOGVS

Seruitor est vocabulū illorū qui renunciauerūt latinitati, quare non seruus uel famulus, uel melius cliens: nam nunc lectum est apud latinos seruitor. Cordintinus similiter uocabulū est germanorū uel indoctorū getarum. Socius tuus fauorabilis, etiā est idiotarū dicere. Socie mi fauorabilis, quis latinum sit fauorabilis, sed non bene in tuo significato.

PONTIUS.

10 Regula subscriptiōis est, æqualiū subscriptio in inferiori margine est locanda.
PHILOLOGVS.

Hæc est una barbaries a recētoribus pfecta, quā eradico in cōmētarijs nostris de rōne ep̄larū cōdēdarū. Ois em̄ quicūq; scribit siue maximus, minimusue, in superiori margine se scriptitabit, & ante nomē illius ad quē scribemus, sic tenet religiosa ueterū, & sanctissima cōsuetudo & maestas.

PONTIUS

Regula q̄ in subscriptiōe supremorū præterq̄ in dñi Papæ est adiungēda dei gratia quo ad seculares, sed quo ad sp̄iales est adiūgenda diuina clementia, uel miseratione diuina, sed Papa sic format diuina pp̄tiatione.

PHILOLOGVS.

20 Ille bonus homo conspirauit in exitiū linguę latinę, quis em̄ hæc uidit obseruare quenq; eruditum: Episcopus dei gratia cur nō scribat. Etiā hoc uocabulum propitiosus non lego apud ueteres.

DE SVPRASCRPTIONE, hoc est de inscriptiōe exteriori.

PONTIUS.

Deinde debet poni illa particula dño ac dño tā in statu sp̄iali q̄ in statu seculari.
PHILOLOGVS.

30 Quicqd̄ agant alij tu sp̄ cōspiras in latinę linguę interitū. Primū sicut supra scribo nō dicitur, ita nec suprascriptio, quia ut Priscia, dicit supra nō cōponit. In sup dño ac dño nemo unq; latinus scripsit (in usu tñ & lingua germana non rephendo) imo nec semel est adiūgēda dño. Audi Nicolau Perottū episcopū, Cauendū p̄terea est ne unq; dñm honoris causa noibus pp̄rijs p̄ponamus, ut dño Pyrro, barbara em̄ est hæc locutio & nup̄ inuenta, non hoc latini, non græci ueteres fecerūt. hæc illē. Domicellus autē uocabulū est oīno uandalicū & nūq; lectū. Nec dōnus, dōna sine i in medro ut qdā ponunt, ut dñs ad solū deū, dōnus ad hominē referatur. Sæpius autē ille Pontius errat in una dictione, quod si semel reprehēderim, non amplius repeto tanq; superflū.

PONTIUS.

Exemplum Nicolao Harter ingenioso frequentanti in Vlma.

PHILOLOGVS.

40 Frequentanti scholas dicere debes uel simile. alioqui non facis sensum perfectum, quis locutio sit grāmatisarū.

PONTIVS.

Exemplū. Discretæ & rubicundæ mulieri Annæ ciuissæ in P.

PHILOlogus.

Ciuissa nō est latinū, sed ciuis cōmunis generis, qđ pueri nouerūt.

DE SALV rationē.

PONTIVS.

Salutatio. Synceræ dilectionis constantiam iugiter præporectā. uel dilectione cum seruitutis constantia iugiter p̄porrecta.

PHILOlogus

Moc quod iā dicā debebit tibi infringere omnes tuas barbaras salutatio-
nes, omnes latini scriptores ad quoscūq; scribūt contēti sunt dixisse. Salu-
tem dicit. Græci autē dicūt bene agere, & qui aliter facit ostendit se esse bar-
barum, non latinū, ut plenius de ratione epistolæ audies, nam & si tuæ sa-
lutationes sint latinæ (in quo tñ dubito) non tamen earū usus est, nisi apud
grāmatistas, prælibata, p̄porrecta, ante missa & similia non sunt in usu rhe-
torum. Et illa aduerbia cordialiter cōdintime non usurpani a doctis. Vir-
tuositas a nullis nisi rhetorice indoctis dicitur.

PONTIVS.

Nota has salutationes in datiuo, charitati indissolubili cū nutus desyde-
rio iugiter p̄libatę amicitie indefinēti cū dilectiōe fauorabilitate iugiter p̄-
porrectę, seruituti irremissibili, cū p̄mptitudinis amore firmi p̄assumptæ
nutui irremissibili cū fauoris p̄mptitudine &c. affectui indefesso cū amici-
tię obsequiositate iugiter ante missa, intuito, parato cum fauoris diligētia,
iugiter p̄scrip̄tę, ligamini irremissibili cum obsequio p̄destinato affamini
prompto.

PHILOlogus.

Præterq; qđ ubiq; conspirasti in latinę linguę interitum, etiā deliras bone
pater, quis em unq; tuas istas tam barbaras & gothicas salutationes posu-
it. Nā omnia ista tua uocabula, & si aliqua sint latina, tamen a doctissimis
in raro usu sunt. Obsequiositas etiā latinum non est, saltem elegans. Nut-
tui irremissibili. Ligamini, affamini quid uelint & significant, ego non satis
calleo. Liceret etiā idem facere de alijs exemplis quæ in alijs casibus pos-
nis, sed sunt in eadem barbarie. Accirco pergam. Item præboratur, præpor-
rigitur, præcommendatur, prædirigitur sunt grammatis uocabula præ-
pria.

DE EXORDIO

PHILOlogus.

Sunt merē ineptię sic partes epistolę, & eas quasi quibusdam præscriptis
uocabulis & orationibus confringere. Eset enim, ut dicit Quintilia lib.
ij. Rhetoricæ res prorsus faciles ac parua, si uno breui præscripto continere-
tur. sed mutantur plerq; causis, temporibus, necessitate, occasione, propter
quę (dicit idem) mihi semper moris fuit qđ minime alligare ad p̄cepta.

PONTIVS.

Sic uel sicut exordia formabimus, affectus fautoris illuc de merito diri-
gitur, ubi p̄culdubio mēs petētis nullatenus defuscat. Aliud, petitiō de p̄cā-
tis istac de cōdigno referi, ubi semoto dubio desyderiū mīstētis nullatenus

CONTRA MODVM

cōtēnat. Aliud, p̄motio honoris inibi de honestate reduci, ubi sup̄p̄sso dū
bio semp exaltat. Aliq̄, discretio p̄uidi ibidē ad fautorē de iusticia adducit
ubi alienato dubio semp eleuat, & silia plura facere possis exordia.

PHILOLOGVS.

Quid est bone deus, cur tā penitus cōspiraueris in latinæ linguæ excitiū,
nihil est em̄ oīno in tuis orōnibus q̄d redoleat rhetoricā, sed uulgatissimas
grāmatistarū ineptias, nullū nomē, nulla tua orō q̄ alicubi inueniat apud
idoneos. Nā & affectus & desyderiū in ea significatiōe q̄bus tā crebro uter
ris, plus sūt eccl̄iasticorū q̄ ueterū. Nullatenus aut̄ nō est latinū, de merito
autē & decōdigno uix latina sunt, q̄a ut de doctorū indagine dicit Noni⁹
10 Marcellus. Oēs artē secuti negāt aduerbijs p̄positionē addi optere, q̄d si ue
terū auctoritas in aliquibus oppositū fecerit, nō tñ est ulla auctoritas meo iu
dicio quæ dictas dictiōes a barbarie eripiat. Idem dicit seruius Honoratus
sup̄ Donatū. Generaliter tenendū est q̄ aduerbijs, i. solis positus non debet
contungi p̄positio separatim. nemo enim dicit de sero de modo. Vnde nec
de mane dicere debemus, quod plerūq̄ in usu habēt, hæc ille. Idē dicit Do
natus, Idem Diomedes grāmaticus, ita & nuper quidā scripsit. Barbare dis
cimus de cætero, sed ceterū, at ego apud Q. Curtiū lib. iij. legi, si exemplar
nō est mendosum. Et apud Felicē Capellā lib. viij. Idem pro nūc. extūc re
20 probauit, cui ego assentior, licet Apuleius lib. vij. de Asino aureo extūc di
xerit. Et Orosius lib. iij. de alarico ad nūc dicat, ego autē parū ornate dicta
crediderim. Item alienato, uel obfufcato, uel frustrato dubio, uel suppresso
dubio, non multū lego apud ueteres.

PONTIVS.

Stringente necessitatis articulo. **PHILOLOGVS.**

Est oratio fessorum & eorundem Gothorum.

PONTIVS

Ad huius arboris tegmina digne conuolant peregrinantes, a cuius fru
ctuum dulcedine nutritur repausantes.

PHILOLOGVS.

30 Nescio quid sit repausantes, nec nisi sordidum uocabulū credo.

PONTIVS.

Illuc merito p̄parari debet animus ambulātis, ubi sciētiarū fulcimento
potest inebriari.

PHILOLOGVS.

Inebriari fulcimēto q̄d significet uix uel Apollinis interpres Sibylla no
uerit, q̄d aut̄ alio loco dicis adolefētis intētio, mallem dixisses animus uel
uoluntas.

DE NARRATIONE

Exemplificare est grāmaticum uocabulum non oratorium.

PONTIVS.

40 Si faciemus narratiōes, uobis innotescat in his prælatis quod ego ibo
ad studium priuilegiatū Basiliense, & in eo intendo permanere. ad trieniū
audiendo ibidem facultates omnīū artīū liberaliū.

ALIA NARRATIO.

ALIA NARRATIO.

Tibi insinuo in p̄lib atis singulis ego propono studere totū triuū cum quadruiuo cum hoc uarias moralitates quibus meā uitā in singulis partibus possim redimere.

ALIA NARRATIO.

Tibi pmulgo in huius facti negotio q̄ ego p̄sumo pambulare ad curiam Romanā, & in eadē perseuerabo, pro gratiē impetrauōe, ut meū possem defendere statū clericalem.

ALIA.

Tibi propono enucleare quod mens mea appetit bonū studium, uirtutes adipisci, hoc, ppter uitare malas leges, quibus p̄na stygalis regulat.

ALIA NARRATIO.

Tibi denoto notificare intentionē meā q̄ desyderiū uersat moribus in sistere, hoc propter sūmū bonū inquirere, quo acquisito cessat omnis motus naturalis.

ALIA.

Tibi ppono declarare in facto illius gesti q̄ mens mea ingrit circa moralitates uirtuositatū, hoc ppter artiū acumina ascēdere, sine quibus in uita nullus potest p̄fectus haberi.

ALIA.

Patescat uobis in scriptis his quod ego propono me transire ad partes natales deo fauēte, & ibi mea bona uendēdo, ut meū possim inchoatū studium laudabiliter terminare.

PHILOLOGVS,

Quæso te bone Pontij, uel quisq̄ es, qui tibi hoc nomē usurpasti, cum bona uenia dicas mihi, quid uelint tibi hæc barba culæ, squalētes, & ieiunæ orationes, quis unus ueterū literarū haud infrequēs lector & pbatorū auditorū quicq̄ tale scriptitasse p̄dicatur: nōne frontē amississe possis existimari: cū tam uana ridiculaq̄ cōsingis, non ad rhetoricā, sed cōtra rhetoricā, cum qua iam aperte martē conferis. Innotescat uobis, patescat tibi, illæ orationes sunt plane (ut dicitis) incōgrue, cum sit hic uerbū tertriæ p̄sonæ sine supposito, quod nō p̄t fieri in uerbis p̄sonalibus, nisi uelis dicere hæc impersonalia eē quod etiā hætenus apud idoneos nō legi nisi apud quosdā ecclesiasticos, q̄ p̄sonaliter accipiūt. Plinius Cecilius ad Octauij suū, enotuerūt quidā tui uersus. Lactātius, ut hoī per seipm ratio diuina notesceret in procmio primi lib. sic Apuleius lib. i. floridorū, f. uti qui suo noīe obscuri sunt meo innotescāt. Item Iustinus lib. xij. sed ubi Apulis oraculū innotuit interfectos legatos in urbe sepeliūt. Macrobi. v. lib. saturna. bene ex his uersibus etiā ciuiū nomē innotuit. Dicit tamē p̄ter morē doctorū Terentia. ca. xv. Deniq̄ inde suspicio q̄ innotuerit nos ad orientis regionē precari. Sic & Orosius lib. vij. ut quāta multitudo hominū p̄paratā mortem euaserit oībus notesceret. Ego intēdo dicis, non possum hic quin sub cōsuetam ueniat sentētia mea uitare, dum hic ut sæpius cōtra omniū fere iā induratū modū loquēdi sum locuturus, dicā tamē quod sentio. Intendere p̄uelle & in animo esse nō est in usu doctorū quantū ego lego. Nec itē intēditio p̄ uolūtate, sicut dicit Lauren. Valla. Intēdere em̄ est sollicitū esse & suspensum. Inde intētus est sollicitus, Virgi. v. ænei. Confidūt transiris intēditq̄ brachia remis. Item intēdere est innectere uel illigare. Virgi. ij. ænei. Et

stupea uincula collo. Intendunt, Marcus Tullius in Hortensio. Quæro em̄
 nō quibus intendam rebus animū, sed quibus relaxem. Item intendere est
 sollicitē, diligenter intueri. Virgi. lib. v. Intenti expectant signum. Intēdere
 extendere. Marcus Tullius de suppliciiis. Tabernacula carbaleis intenta ue
 lis collocabāt. Et de senectute. Intentū em̄ animū tanq̄ arcum habebat, nec
 languens succūbebat senectuti. Hæc omnia Nonius Marcellus. Item inten
 dere proprie est crimen in aduersariū iacere. Teren. in Eunū. Hanc si inten
 dit esse. Item intendere uerbum est a uenatoribus translatum, qui retia ten
 deram, hic ergo qui parat Chremetem & Symonem fallere intenderam di
 10 xit, Donatus testis, ut aut̄ tu accipis intendo teutonice, ichi mut han, non in
 uenio apud probatos. Tibi insinuo apud oratores poetasq; raro lego insi
 nuo in tali significatione, apud indoctos ubiq;. Et ualet apud eosdem. i. ma
 nifesto ut aperio & certū reddo, quod nūq; apud pbatos inuenio. Sed No
 nius Marcellus dicit. Insinuari est immitti quasi sinu accipi. Sisenna li. histo
 ri. iij. Agmen perturbatū peditis insinuāt, ac loco cōmouent. Et per metas
 phorā apud rhetores dicimus insinuare, non aperte, & simpliciter rē expo
 nere, sed latēter in animū audiētis ueluti in sinū quod uolumus mittere, p̄
 20 libatis singulis. Quis quæso p̄ceptor ignoratiæ ex auctoris idoneis tuo
 more scriptitat: uteris em̄ ubiq; p̄libata salutatiōe, p̄libatis singulis. i. p̄
 missa uel ante dicta, sicut tu exponis, quod nemo p̄ter indoctorū sententiā
 factitalle cōperitur. Dicit tñ Macrobius lib. i. de somnio Scipionis tanq̄ grā
 maticus & expositor nō ut orator. Vnde his p̄libatis ad tractatū oratio re
 uertatur. i. p̄gustatis, & p̄habitis, qui & ipse nō multū in elegātia laudat̄.
 Quod aut̄ ubiq; scribis, tibi insinuo uel notifico quod p̄pono q; intendo,
 q; ego pambulabo, q; desideriu meū uersatur, & semp q; repetis in oibus
 oronibus, facis ut indoctissimi quiq; qui em̄ in sordidiore oratiōis genere
 uersant, uō cupiūt uarietatē sententiarū, nec his est cōmeritū cū ullis oratiō
 nibus quæ sunt ex latinorum tu scriptorū penetralibus depromptæ. Laudat
 30 em̄ Plinius Cecilius Pompeiū Saturninū oratorē, in quo erāt crebræ aptæ
 q; sententiæ, grauis & decora cōstruō, sonātia & antiqua uerba. Idē nepot̄
 loquēs de Ileo oratore. Occursant uerba sed qualia, quæsitā & exulta. Q;
 aut̄ dicis propono studere triuū cū quadruū, es imperitus plane grāma
 tista, & cecucientibus oculis pueriliq; studio omnia corrumpis. Per triuū
 em̄ quod significat ubi tres uix cōcurrunt, intelligis tu grāmaticā, rhetori
 cā & dialecticā, Quod nemo latinatis cultor protulit. Triuualis tñ scientia
 pōt dici grāmatica quæ in triuū docetur. Perottus testis, ut Quintilia. litera
 rii pene ista sunt ludi & triuualis sciētīe. Similiter quadruū nō de scientia,
 sed de quattuor uis cōcurrentibus in unū dat significationē. Cū hoc uari
 40 as moralitates. P̄ ridiculū caput & ellebero purgādū, quis unq̄ latinus &
 idē de lingua latina scribēs scriptū reliquit moralitates: nam ad minus uix
 eleganter dicitur & usitate apud idoneos, Tibi promulgo, omēs qui sup̄io
 ri tempestate in germania uoluerūt esse latini, in oibus sere epistolis usi sūt

hoc uocabulo promulgare, p manifestare, & significare, quod apud rhe-
 tores nūq̄ legi, saltē in ea significatione, est em uerbū iuriscōsultorū. Vnde Fe-
 stus Pompeius dicit, promulgari leges dicūtur, cum primū in uulgus edū-
 tur, quasi prouulgari. Quod ego p̄sumo perambulare ad curiā Romanā
 ut tu accipis, in animū induco, nō memini me legisse apud idoneos peram-
 bulare. Ad curiā autē Romanā, est oratio indoctorū, superab. undat em praz
 ter alia per, uel ad. Item curiā Romanā, sic loquūtur indocti, & quibus nul-
 lum cōmertium est cū his scriptoribus, qui linguę latinę proprietatē, & uo-
 cabulorū significationes indagariūt. Tibi enucleare propono, raro & enu-
 cleare apud doctores inuenitur, inuenitur tñ, sed caue in hoc significatione 10
 tua tam crebro utaris. Quibus pœna stygalis regulatur. Nulla est latinitas
 nullus sensus, nā pœna stygia dicendū erat. Regulatur nō nisi apud grāmā
 tistas in usu tam frequenti est. Tibi denotio notificare intentionē. Caue ab
 his barbaris locutionibus. Raro inuenies denotare nisi apud grāmāstias.
 Circa moralitates uirtuositatū. Virtuositas nemo nisi idocū dicūt. Quod
 ego propono me transire ad partes natales. Propono me trāsire, est oratio
 indoctorū & barbarorū. Similiter partes natales, sufficisset dixisse ad nata-
 le solū, uel ad patriā partes in hac acceptiōne etiā dicitur parū eleganter, ut
 multi prodūt, ut, Est ne rex in partibus nostris: attamen & apud ecclesiasticos
 nō minimos ista inueni, & fortasse ita accipit Cæsar in sexto cōmentari-
 orū, loquēs de Ambigorige rege. atq; ille latebris aut saltibus se eriperet, &
 noctu occultaret alias partes, regionesq; petere nō maiore equitū p̄sidio
 q̄ quattuor, qbus solis uitā suā cōmittere audebat. Et in septimo hoc idē sit 20
 In reliquis ciuitatibus, in oībus partibus incēdia conspiciūtur. Et Iuuenalis
 in. ii. Saty. Dicturus tanq̄ diuersis partibus orbis, ueniret, scilicet ep̄la. Et
 Horatius lib. pri. car. ode. xxxij. Examē çois timendū partibus. At nihil au-
 fim uel cogitare minus elegās, quo uel semel elegātissimus Cæsar usus est.

DE Artificiali narratione. Pontius.

Siquidem fauorabilitati uestræ clarifico meam cordis subiectionē sem-
 per esse pronam ad quęuis mandata uestra, quæ de condigno rationis me-
 rito semper seruitori sunt adimplenda. 30

PHILOLOGUS.

Quā bone deus Ponti abhorres ab omni elegātioris sermonis usu & cō-
 fuerudine. Nihil me hercle, a te pdiūt quod ex penu Ciceronis, & huius si-
 miliū depromptū iudicari possit, ut nō imerito dicat Franciscus Philel. in
 una ep̄la, ea latinitatis penuria germanos laborare, ut cū uenerint in Italiā,
 ac Romā, romano sermone audiātur eo, qui cerdonibus etiā apud p̄sicos
 & pistoribus cōis erat. Nā & ego nihil oīno taxarē hæc tua scripta, tanq̄ pe-
 nitus barbariæ mācipia, nisi uiderim plurimos undiq; qui maxima cū p̄-
 tinacia hæc defenderent, & ampullosis proclamationibus laudaret, quorū 40
 ineptis erat occurrendū, nisi essemus plane de lingua latina inofficiosi mi-
 lites. Fauorabilitati uestre quis latinus in epistolis reliquit: Ego nō reperi,
 quis ad unū similiter scribēs dixit uestræ, & nō potius tuę. De qua re in cō-

CONTRA MODVM

mentarijs de ratione epistolari latius differemus, Clarifico est uocabulū grāmaticū, quo nemo ex elegātoribus in prosa oratione uti gaudebat, & reliqua que in mediū adduxisti, si non sunt plane barbara, at grāmatica & sordida nemo dubitauit. Nā & seruator, & de cōdigno prius etiā taxauit, quapropter hic non est opus. **PONTIVS**

Societati uestræ intimo, sublimo charitatis uinculo, meā sciētiarū incrementiā.

PHILOLOGVS.

Mallē dixisses incrementū q̄ incrementiā. Cogor enodare mētis affectū, promulgo intimo cordis conamine, declaro p̄cordiali fauoris libamine, sunt orationes a nullis p̄ter indoctos uisitatæ. Præcordialis non legi. Libamine aliud significat q̄ p̄ hic possit poni apte. Insinuo meā defectuositatē egentīā, est itē coquinaria oratio. Defectuositas nō facile apud rhetores inuenies. Obsequiositas in eadē sorde est. Itē nubilositas quod etiā a te ponit est simile p̄dictis. Quis autē intelligeret istā tuā orationē, sublimi cordis me dicamine: ad nullū propositū reducere possum, nisi adsit Apollo, uel eius minister Iosbhartus, p̄pheta Tubingensis. Ut semota omnīū protelatione mox uisis p̄sentibus non differatis. Visiis p̄sentibus est oratio imperitorū. Quod autē dicis p̄miationē, ego nō lego in rhetoricis. Amicabilitas apud ueteres etiā non est in frequēti usu. Quod studiū Basiliensē in quo actu constitutus sum. Actu dicūt eodē modo actualiter impiri, pro iam uel nūc, uel p̄sentī tēpestate. Constitutus etiā non bene ponit, cū cōstitutio fiat ab alio, uel in seruitio uel in dignitate. nam & dū in eplā ad Thimotheū interpretis dixit, orate pro regibus & oībus q̄ in sublimitate sunt cōstituti, dicit Lat. Vallā. nec elegāter nūc dicit cōstituti, nec græce legit, sed tm̄ q̄ in sublimitate te uel dignitate sunt. Sciētiarū rosulas. Mas nimīū pruriētes & lasciuas trāsumptiōes nō cōperio apud doctos hoīes. Idē dicā de ista tua orōne, uirtutū lilij. Crispāis syluæ feritas, nunc q̄ legi nisi apud te. Crispas syluas.

PONTIVS.

Vestra dilectio noscat me uisitaturum studiū Friburgensē, uestræ dilectioni meam mentis intentionē, quatinus mihi &c.

PHILOLOGVS.

Quod dicis quatinus, tāgīs morem omnibus illiteratis, barbaris, cupet dinarijs & seplarijs cōmunē, qui loquūtur ubiq̄. Rogo quatinus uelis ad me uenire. Iubeo quatinus hoc facias, quod nemo doctus fecit, nā secū dū te ualeret, ut quod nūc lectū est, dicit em̄ Festus Pōpeius sic. Quatenus per e significat qua sine, sicut hactenus hac sine. Quatinus uero per i quoniam significat. Quod ita esse probat Plinius iunior ad Caniniū Ruffum. Quatinus denegat nobis diu uiuere, relinquamus aliquid quo nos diu uixisse testemur. Item Iuena. Sa. xij. Quatinus hic nō sunt nec uenales elephantū. Quintilianus. Quatinus luctus nostri in ius uocantur.

PONTIVS.

Tertia regula. Si narratio incipitur in plurali, debet finire in plurali. Et ita faciendum in singulari, quia alias generaretur tedium, sic q̄ aliquis vo

bisaretur in principio narrationis, & in posterum tibisaretur.

PHILOlogus.

Tibisare & uobisare, uel ut quidā alii dicunt singularisare, & plurificare sunt dictiones popinariae, & gothicae, planeq; barbarae. Vbi dixisti alias, alioquin dicendū erat. Quod autē dicis nō debere quenq; modo singulari, modo plurali numero appellare, bene dicis. Nā neminē unū numero multitudinis alloqui debemus. Nosmetipsos autē pro nostro libito iam singulari, iam plurali numero, etiam in una oratione appellabimus. Audi Vallensē, rhetorica ars iubet nos uti modo plurali numero pro singulari, modo eō trario, adeo ut uno atq; eodē loco de se orator in utroq; numero loquatur Virg. O melibee deus nobis haec ocia fecit, Namq; erit ille mihi semper deus, uide Vallam. Quo modo Cicero & Quintilianus in prosa oratiōe sepe usi sunt, exempla apud Laurentiū require. Q, autē dicit Pontius sum male dispositus, credo q; nō latine & pure dicat ad hāc significationē, sed bene diceret, nō sum mecum, sum in mentis perturbatione, uel non sum cōpositus, uel compositae mentis. Item sum turbidus uel turbatae mentis. Quintilianus in ix. Vt si quid fuisset turbidiorū cogitationū componeret. Dispositio uel in dispositio, p affectuone nrares philosophi parū elegāter & syncere accipiūt.

PONTIUS.

Vestrae serenitati notifico, me collecturum esse duas partes bibliae, studēdo praedicationem fidei Christianae.

PHILOlogus.

Biblia. orum. pluralis numeri tantū dicit Georgius Valla Placentinus, sicut rhetorica. orū, phisica. drum. In singulari autē secūdfi grēcos biblos dicitur, ut notū est, quae dicitio si in latinū transiret, crederem dicendū biblus nō biblia, doctorū tamen iudiciū de hoc requiratur. Praedicationē autē non bene ponis, ut in cōmentariis audies. Nō dicas autē ut prius, fonte potatus Tuliano, sed tulliano, sicut Hierony. saepius dicit, fluuius tullianae eloquētia, & tulliana lucet puritate. Collega etiā est socius non nisi dignitatis alii cuius, nō collegatus uel collegiatus, quod nunq; lectū est apud probatos.

DE Petitione

PONTIUS.

Haec sunt aduerbia ad petitiōes requisita, cordintime, humiliter, lachrymabiliter, instanter, affectanter, cōfidenter, reuerēter, deuote deuotius deuotissime, p̄cordialiter, fideliter, obnixius, totaliter, suauiter, intime, laboriose Verba autē supplico, peto, p̄cor, dep̄cor, rogo, flagito, gliisco, desidero, appeto, affecto.

PHILOlogus.

Haec aduerbia raro legi in epistolis doctorū hominū, uel nunq; nisi pauca ex eis. Cordintime, totaliter, p̄cordialiter credo penitus rustica & barbara. Sed rogo suauiter, rogo reuerenter, uel supplico, uel aliud ex his, laboriose flagito, sunt orationes popinariae, & a non doctis usurpatae.

PONTIUS.

Quare uestrā paternitatē imploro fideliter, quatinus mihi succurratis in solacio sum remediū, pro inchoati studii mei uigore, & plura similia.

CONTRA MODVM

PHILOLOGVS.

Quis hæ tuæ orationes & omnes sint detritæ, rusticæ, squalêtes, lacini-
se, uulgatissimæ, & non nisi popinis meritorijsq; tabernis, & nugalibus tri-
ujs scriptæ, tñ pessima quæq; eradicabo, & plurimarũ dictionũ pios lecto-
res admonebo, ne per te decipiatur. In omnibus petitiõibus tuis dicit. Oro
te quatinus uelis. **Supplico** uobis quatenus & t. semper quatinus, quod ne-
mo latinus facit, q; non possit hic poni quatinus, supra ostendí, multo mi-
nus quatenus. **Audi** **Caprũ** grãmaticũ. Quatenus aduerbiũ aut loci aut
temporis. **Tẽporis**, ut **Quatenus** hos exercebis mores. **Loci**, cum dicimus
quatenus ibimus in unũ manducare: uide tuũ errorem. **Acron** super **Ho-**
10 **ratiũ**. Quatenus, id est q̄diu. Nam interdũ aduerbiũ temporis, interdũ lo-
ci, Quatinus uero per i est cõiunctio tñ.

PONTIVS.

Alia petitiõ, quapropter uestræ supplico reuerentiæ p̄insanter precibus
humilibus quibus possum, quatenus filium meum præsentũ exhibitorẽ
in uestræ uniuersitatis collegium dignemini assumere.

PHILOLOGVS.

Sic formasti omnes petitiones tuas, quas longũ esse omnes tangere, quã
in eodẽ luto & barbarie uersant omnes, tamẽ sic habeto. **Præinsanter** esse
popinariã dictionem. **Supplico** autẽ quo semper uteris, raro usus est **Cice-**
20 **ro**. **Supplicationes** sæpius. Nam fere semper ad deos lego. uel est humiliũ
uel afflictorũ. **Præsentũ** exhibitorẽ, sic loquũtur indocti, quare non tabel-
larium. **Uest** uniuersitatis. **Docti** dicunt, studio **Tubingen**si. **Patauino**
uel **gymnasio**, uel **academía**, uel **palæstra**, raro uniuersitas. **Uniuersitas** est
aliqua cõmunitas uel ciuitatis, uel altarũ q̄rucũq; rerũ, ut **Martia**. de rerũ
diuisione in. ff. uniuersitatis non sunt singulorũ, ueluti quæ in ciuitatibus
sunt, ut **theatra** & **stadia** & his similia, & c. qua alia sunt cõmunia ciuitatũ.
hæ ille. Et **Plinius** iunior **Saturnino**. Ideo nunc rogo, ut non tñ uniuersita-
ti eius attendas, uerũ etiã particulas qua soles, lima prosequaris, hic uniuersita-
30 **ti**, id est generalitati. Et **Pompeius** iuriconsultus de uerborũ significatiõ-
one. **Territoriũ** est uniuersitas agrorũ iuxta fines cuiusq; ciuitatis. **Uniuersita-**
sitas tamen studiorum dici potest, quod uniuersæ & omnes artes ibi doce-
antur, sed nouæ & non usitatæ.

PONTIVS.

Vobis supplico quatenus mihi in uno floreno succurrere non recusa-
tis, ut mediante illo studium optatum ualeam adipisci.

PHILOLOGVS.

Philadelphus dicit florinos non florenos uulgo dici, & est dictio uulgaris
& a probatis in nullo uso. **Sed** aureus nũmus, uel aureus per se solum, aut
reolusq;. **Illo** mediante est sermo creber in ore grãmaticorũ mediãte pecu-
40 **nã**, mediante illo uiro, quod apud idoneos nuncq; legi.

PONTIVS.

Quare tuæ sociali dilectiõni cordialius duxi consulendũ quatenus re-

bus ac sumptibus tuis dispositis quanto citius poteris nostro studio proferes te afferre, a cuius scaturiente dogmate & torrentis uoluptatis dulcoribus poteris faciri.

PHILOLOGVS

Hæc oratio penitus est a popinarijs confecta, & barbaſcula plane, nihil succi in ea, nihil uigoris, nihil latinitat̄is ut in omnibus. Cordialis cordialior cordialissime, & similia, ego nunq̄ nisi ab imperita grāmāſtarū cohorte audire potui. A cuius ſcaturiente dogmate & torrentis uoluptatis dulcoribus poteris ſatiari. Ab iſtis calamitrat̄is et laſciuienſibus trāſumptionibus & circūlocutiōibus ſere alienis cauēamus omnes in oratione. Nā ſunt plane odioſe, & ab indoctis excogitate, nec alicuius pbati auctoritate inixæ.

PONTIUS

Quare reuerendiſſime domine, & præceptor ſingulariſſime, deuote ſupplico ueſtræ reuerentiæ, quatenus una cum clero ueſtro eodem die ſolenni proceſſione inſtituta, ſolenniorem miſſam faciatis decātare, ut dominus omnipotens ſit placatus, indignationē ſuā a nobis auertere, & tranquillā pacis conſtantiam ecclēſiæ ſuę conferat.

PHILOLOGVS.

Singulariſſimus non eſt latinū. Proceſſio autē dictio minus propria ꝑ hoc ſignificatu, latine dicuntur ſupplicationes, ut ſcripſit Ioānes Chryſoſtomus. Soldus Brixianus ſuper Saluſtiū. Miſſa eodem modo latinū nō eſt (ut teſtis eſt Perottus & Philoſophus) ſed ſacrificiū dicendū, ut in cōmentarijs uidebis de abuſione latini ſermonis. Vt dominus omnipotēs ſit placatus indignationem ſuā a nobis auertere. Oratio eſt plane incongrua. Quis em̄ unq̄ dixit ſit placatus auertere?

PONTIUS.

Quare princeps in clyte ueſtra liberalitas me merito liberare teneat ſuppliciter oro & attēte, quatenus me miſere anguſtiatū uelut ouiculā lupis deputatā, de tā horrido carcere nō differatis extrahere, pecuniāq̄ tantā ad rēpus exponatis, quouſq̄ ꝑꝑrijs reſtitutus, uobis facere ualeā recōꝑeſam.

PHILOLOGVS.

Proh deū atq̄ hominū fidē, quid doces Ponti, niſi pugnare cōtra rhetoricā, neq̄ latinā linguā, quā adeo diſcerpis, ut uel hoſtib⁹ miſericordiā ꝑuocare poſſit. Repete totā orationē, & nihil inuenies quod ullā elegantiam redoleat. quis em̄ latinus diceret illā orationē, quare ſuppliciter oro & attēte, princeps ueſtra liberalitas teneat me merito liberare cōtra em̄ faciendā eſt cōſtruō, oratiōe itaq̄ iſta nihil eſt inſulſius. Anguſtiatū & anguſtia re ſunt grāmāſtica uocabula. Velut ouiculā lupis deputatā, eſt inſulſa & oratio & hic cōparatio. Proprijs reſtitutus, has & ſimiles orationes nō ſolum legi apud politicores, non em̄ ſatiſſaciunt intellecui. Recōꝑeſam ſtabulari & popinarij ſic dicunt. Recōꝑeſare recōꝑeſare, recompenſa &c. non latine ſed compenſa, compenſare, cōꝑeſare. Item repenſare legimus quod indocti dicunt recompenſare, ut Apuleius. Præſentis beneficij

CONTRA MODVM

uicem mihi per eā repensare te debere. Alibi dicis, spretis rudibus lampadibus. Quid ualeat ista oratio, ego nō possum mente cōplecti, tñ hoc unum scio esse plane insulsam. Sæpius enim eandem rem dico. Mas circūlocutiones inulitatas & deformes ubiq; præsertim in epistolis uitabimus.

PONTIVS.

Quapropter uestrā paternitatē mitissimo cordis conamine, refero petitionis libamine obnixius, & similia, rogo precū instātia sedulissima. Implo ro uestrā confidentiā toto cordis scrutinio. Cur uestrā mititatē rogitō in dimis cordis uiribus amicabiliter, instantissime. Dulci melodia deprecationis inflo, quatenus uestra beniuolētia a me nō subterfugiat in necessitatis articulo, uel quatenus mihi congruā, nec nō cōpetentē faciat prouisionē.

PHILOLOGVS.

Mitissimo cordis conamine, petitionis libamine, precū instātia sedulissima, toto cordis scrutinio, dulci melodia deprecationis, in necessitatis articulo. Omnes istę orationes sunt indignæ rhetorices alūnis. Sed inter meritorij & popinæ, p̄fessores multā celebritatē sibi uendicarūt, & quasi primam elegantia. Nec mititas a mitis dicūt, sicut nec mititer teste Augustino, qui in grāmatica dicit. Sed sunt quædā quæ cum aspere sonant dimissa sunt, ut a miti mititer non dicimus, a tristi trisiter non dicimus.

PHILOLOGVS.

 indagarūt, solū igit̃ illud hominū genus timeo, qui paulū aliquid ultra pri-
 mas literas progressi, falsam sibi sciētix psuasione imbuerūt, nam & cede-
 re p̃cipiēdi peritis indignātur, & omniū studijs obstrepūt, a quorū cogniti-
 one sunt alienissimi, fodietes omnia ea quę neq; in scholis eorū triuialibus
 cōculcata neq; in schedulis Alexātri & similiū protrita sunt. Cōtra hos te
 patronū, te defensorē, teq; propugnatorē appello, q̃bus obsecro respōdeas
 ut figāt ipsi stilū, tria ut dicit̃ uerba cōiungāt, studeāt paululū, experiant̃ se
 metipsos, & ex labore proprio discāt ignoscere laborātibus. Ego em̃ cū uis-
 dere liceat passim & in uarijs. **E**uropę, romaniq; imperij nationibus bona-
 rum artiū studiosos maxime in id niti conariq; ut latine, uenuste, & signifi-
 canter sermōes suos efferāt in mediū, soli germani, & nos p̃sertim Sueui p̃-
 uicacia quadā lenocinia uerborū, uereq; latinitatis obseruationē minime
 curemus. Subueniendū duxi (cū sit uel maximū pietatis opus errantibus
 uiam demonstrare) nobilissimis quorundā in **G**ermania ingenijs, qui cum
 sint alioqui eruditi plane, & multis in rebus excellētes, præceptorū tamen
 suorū incitiua adeo barbari, gothici, & uandalici in suis & scriptis et sermo-
 nibus audiuntur, & adeo iniuriōsi in linguam latinā, ut me hercules, uix **C**i-
 cero uel aliquis suorū æqualiū in uitā reuocatus latinā diiudicaret. **A**ccē-
 dant igit̃ huc oēs bonarū artiū studiosi, præsertim germani, quibus potissi-
 mum scripsimus, & legāt relegantq; has lucubrationes nostras, inuenient
 enim docti pariter & indocti, pueri & profectioris ætatis hoīes plurima le-
 ctu dignissima, quibus se suuare possunt, iam in profodia, nūc in orthogra-
 phia, quādoq; in syntaxi, hoc est constructione, & plerūq; in etymologia,
 ubi uulgo & ab indoctis peccat̃, quā puincia apud germanos, quod ego
 sciā nemo ante me tentauit, persuadeo tamē solū, nec scribere uolo inuis
 legē. Inuitus em̃ me nemo legat, uel sequat̃, utat̃ quisq; si uult sua latinita-
 te, uel barbarie potius. **L**egāt me studiosi, & quibus curæ est bene loqui &
 latine, nolentē non cōpello, uolentē sūmo cū studio ducere cupio, quod ut
 cum dignitate præstare possim, nihil non librorū quos præsertim habere
 potui reuoluere, introspicere & olfacere, nō sine magno labore meo conas-
 tus sum. **Q** si me contigerit interdum errare, uti non dubito (cum nemo
 unus iuxta **V**arronē lib. ij. de re rustica, omnia scire possit, & **R**uffinus scri-
 bat operi arduo & magno somnū non esse abnuendū, & quādoq; bonus
 dormiter **H**omerus) nō ægre laturus sum, nec reformido coargui, adeo ut
 gratias quoq; habiturus sim qui me ueriora, certioraq; docuerit. **T**am lon-
 ge enim ab hac excellētia, ut & **A**ugu. profitetur) absūm, ut si nullū uerbū
 quod reuocare uellem protulero, sim fatuo q̃ sapienti similior, sed proinde
 de fateor me ex eorū numero esse conari, qui proficiēdo scribūt, & scriben-
 do proficiunt. **P**arū itaq; existimo æquū iudicē immo impudentem & in-
 grauisimum qui tot barbarissimis & tot millibus errorum a me cōfectis &
 eradicatis uno aliquo pluribusue aut p̃teritis aut ignoratis, aut male iudicē

caris compensatione agi nolit, sed ut ineptū, indoctū & male meritum del
 lingua latina cōmertio literarū interdicit, quis mihi non iure concederet
 clamare cum Hieronymo: O labores hominū semper incerti, o mortaliū
 studia, contrarios interdū fines habētia, unde putabam bene mereri de ger
 manis nostris, & nostrorū ad discendū animos concitare, inde in culpā uo
 cor, & nauseanti stomacho cibos ingero, aut quid in homine tutū sit, si ins
 nocentia criminosa est, hoc tamen unū in primis consolatur me, q̄ studios
 sis hominibus fecerim rem gratissimā, & de literaria republica, apud ger
 manos male meritus nunq̄ debeam censerī a quoq̄, ueniat modo æquus
 rerū æstimator, non assis faciens detractores pessimos, & indoctos literato
 res. Nam ut loquar cum Seneca, nunq̄ uolui placere populo. Nam quæ
 ego scio, populus non probat, quæ probat populus ego nescio. quis enim
 populo placere potest, cui placet uirtus, & ea quæ sunt supra populū? **T**is
 bi igitur non populari, sed doctissimo, sed studiosorū studiosissimo, sed ins
 geniosorū fauentissimo, amplissimæq̄ dignitatis uiro dicauius hos ima
 turos fortis, ea conditione, ut quæ emendari opus sit, pro tua humanitate
 uelis cognoscere, & in meliorem lectionē redigere quæ benedicta sint non
 recuses apud semidoctam grāmatistarū cohortem defensare, & tui uatis de
 xteritatē ab omni indoctorū iniuria asserere. **V**ale, & me cōmendatū sem
 per habe. **Ex Tubinga. M CCCCC.**

AD EVNDEM ASCLEPIADEVM carmen.

Inter iuridicos gloria Gregori
Non spernenda uiros Sueuia quos fouet,
Nec non eloquij tersiloqui pater.
Tractans ardua factaq̄ principum.
Quæso si timide nostra minutula
Te musella adiit plena ruboribus
Pergens ad faciem tam nitidi uiri
Agresti similis quæ sit arundini
Nam suscipias fronte serenula
Si non eximio displiceat tibi
Non assis faciam Zoile liuidos
Latratusq̄ tuos, qui quod amabile
Quicquid conspicuū moribus & tuis
Diuersum est, triuio rumigero furens
Explodes ueluti cuncta ualentia
Liuoris stimulo ducis in infimū
Sed non barbaricis, sed tibi Gregori
Docto atq̄ egregio scribere mens mihi
Quapropter famuli iam precor aspice
Exorsus iuuenes, quæ tibi dedicans
Vellem mente hilari susciperes, **V**ale.

AVCTORES

AVCTORES QVIBVS vsi sumus in hoc opere.

	Ex grāmaticis	Marcialis	rerum rusticarū.
	Seruius	Ruffus festus	M. Caro.
	Sergius	Germanicus Cēsar	Iunius Columella
	Donatus	Marcianus capella.	Palladius
	Priscianus	Petronius arbiter	Marcus Varro.
	Aulus Gellius	Ex christianis poetis.	Ex philosophis.
	Acron	Sedulius	Seneca
10	Porphirio.	Prudentius	Boetius
	Hedrianus	Iuuenus	Apuleius
	Nonius Marcellus	Sidonius apollinaris	Albertus magnus
	Festus Pompeius.	Fortunatus ep̄us	Ex ecclesiasticis
	Marcus Varro	Arator	scriptoribus
	Diomedes	Alcānus auitus	Lactantius
	Caper	Ex Oratoribus.	Ruffinus,
	Agretius	Cicero	Cassiodorus
	Terentianus	Quintilianus Fortu	Tertulianus
	Charisius	natianus	Hieronymus
	Ex Græcis	Plinius Nouocomēsis	Augustinus
20	Iulius Pollux	Ex historicis	Ambrosius
	Ioannes Crastonus	Titus Liuius	Fulgentius
	Ex poetis,	Quintus Curtius	Beda presbyter
	Virgilius	Cēsar. Orosius	Ex ambiguis
	Ouidius	Valerius Maximus	autoribus
	Horatius	L. Florus	Plinius
	Lucanus	Flavius Vopiscus	Solinus
	Sillius Italicus	Amianus Marcellinus.	Macrobius
	Claudianus	Iulius Capitolinus	Iulius firmicus
	Lucretius	Salustius	astrologus
30	Statius	Suetonius	De re militari
	Calphurnius	Iustinus	Vegetius
	Seneca tragicus	Cornelius Tacitus	Iulius frontinus
	Plautus	Serenus Samonicus &	Ex iuriscōsultis
	Terentius	is q̄ Macer inscribit	Vlpianus
	Persius	de uirtutibus herbar̄	Paulus
	Marcus Manilius	scribens, sed non est.	Modestinus
	Iuuenalis	Ex panegyristis	Caius
	Serenus Samonicus	Latinus Pacatus	Martianus
	Ausonius	Nazarius	Pomponius
40	Tibullus	Mamertinus	& quidā alij
	Propertius	Plinius iunior	Ex Neotericis hoc
	Catullus	Ex scriptoribus	est recentioribus

Laurentius Valla	Franciscus Petrarcha	rorū accusati ab auctoꝝ
Tortellius	Iouianus Pontanus	Isidorus.
Dionysius Nestor	Raphael Regius	Hugutio
Iunianus maius	Poggius	Catholicon, quos Nes
Nicolaus Perottus	Angelus politianus	stor insequitur taxan
Crispophorus Landi	Antonius Sabellicus	do, eorūqꝫ plures erro
Beroaldus (nus	Baptista Mantuanus	res annumerat.
Georgius Merula	Ioannes Craſtonus	Papias
Domitius Calderinus	Antonius Panormita.	Brachilogus
Sulpitius uerulanus	Paulus Pompilius	Henricus de colonia
Franciscus Philephus	Hermolaus Barbarus	Māmetractus
Leonartus Aretinus	Martinus Phileticus	Ioānes de garlandria
Georgius Valla	Hubertinus Crescētinas	Alexāder gallus
Anto. Mancinellus	Auctores taxati & er	Grecista, Petrus helig

DE ABVSIONE linguæ latinæ.

De quibus **Catolicone** & alijs taxatis dicit Nestor Dionysius, non satī admirari queo, qꝫ cum latinarū literarū mediocrē haud quacꝫ scientiā, grecarū prope nullā habuerint, uocabulis græcis nō latinis modo nō inepte dicā, aut inerudite, sed a uero prorsus uerisimiliqꝫ abhorrētes interptatiōes etymologias, cōpositiones, deriuationes cōtra approbatissimorū tā græcorum qꝫ latinorū auctoritates innectere ausi sint, quos ego tamen **Bebelii** excusandos puto, cū uisuerint eo tēpore quo lingua latina corrupta erat per gotthorū & uandalorū influxionē, ut nemo lere tunc reperiret, qꝫ emū etæ & sinceræ latinitatē curā haberet, tales igiꝫ de industria sensisse eo tēpore cum plebeia indoctorū omniū cohorte possunt existimari, nō credas uocabulario ex quo, & uocabulario rerum. Nam in mille & multo pluribus locis aberrāt a uera terminorū acceptione & significatione.

CONTRA EOS qui uolunt abusiones & barbarismos consuetudine defendere.

Anteqꝫ ad materiā nobis propositā ingrediar, in primis quorundā blateratorū insanas obiectiones refutādas censeo, qui has nostras cōmentationes p utilitate publica susceptas molestissime sunt laturi, quoniā ab eorū ignoratiā multū distant, dicturi quid tu tantā præ te fers iactantiā & scientiarū ostentationē, ut in aliorū hominū uitia & rephensiones descēdas: cū tu ipse in minimis forsan interdum prolabarīs. Quibus ego respōdeo me hūc suscepisse laborē (mater Christi sit mihi testis) pro cōmuni studiosorū utilitate, & si ut dicitis sapius errare me cōtingat, cū nemo tam prudens, tā circūspectus possit esse qui non aliqꝫ labat (ut testat **Lactātius Christianus Cicero**) tamē emēdari patior. Scio em̄ ita cōparatā esse omniū naturā hominū, aliena ut melius uideant & iudicēt qꝫ sua. Nostri autē dialectici mox dicent sufficit nobis mentis cōceptū exprimere, sufficit qꝫ intelligimur, nolumus fieri uel poetę uel oratores. Sed philosophi uel theologi, has res minutulas paruipendētes, At si me audire uis, si esse & haberi cupis latinus, in

DE ABBVSIONE

singulis intuendū est, ut dicit **Fabius** de elocutione li. viij. ut sint latina quę
 dixeris, perspicua, ornata, & ad id quod efficere uolumus accōmodata. Si
 aliter loqueris iā gothicus es nō latinus. At uero q̄ est tua tanta puicaria
 & mentis obduratio, ut cū poteris latine & Romane loqui, malis gothice
 & barbare, tā em̄ facile itur recto itinere q̄; deuiō & erroneo, nisi forte (q̄d
 & concediū) uelis barbare nō latine philosophari. Quē aut̄ theologis, philo-
 sophis & quibuscūq; aliis eloquētia & tersus sermo nō solū ornamento sit
 & decori nō mediocri, sed pene necessarius, audiamus **Senecā** Christianissi-
 mū philosophū ad **Paulū** apostolū dicētem. **Velim** itaq; cum res eximias
 10 proferas, ut earū maiestati cultus sermonis nō desit. Idē ad **Luciliū**, nō (me-
Hercule) ieiuna esse uolo & arida, quę de rebus tam magnis dicentur, neq;
 em̄ philosophia ingenio renūciat. **Et Quinti.** li. ij. institū. quin ipsa uitę prę-
 cepta etiā si natura sint honesta, plus tamen ad formandas mentes ualent,
 quoties pulchritudinē rerū claritas orationis illuminat.

Vt̄erius obicit̄ aduersarij. **Artē** discamus, sed usum teneamus. Con-
 fuetudo em̄ certissima loquēdi magistra est, ut dicit **Fabius** & **Horatius**.
 Multa renascēnt̄ q̄ iam cecidere, cadēnt̄q;. Quę nūc sunt in honore uocabu-
 la, si uolet usus. Quē penes arbitriū est, & uis & norma loquēdi. Sed in cō-
 20 dicūt̄ indocti, sic loqmur, quid ergo cū tuis ineptiis nos redarguis? Rñdet̄ t̄
 bi **Quintilia**. Cōsuetudo rephensione carere debet. Nā in loquendo non si
 quid uitiose multis insederit p̄ regula sermonis accipiendū erit. Nā ut tran-
 seā quē admodū uulgo imperiti loquuntur. Tota sepe theatra & omnē circ-
 turbā exclamasse barbare scimus, ego cōsuetudinē sermonis uocabo cōsen-
 sum eruditorū, sicut uiuēdi cōsensū honorū, hęc **Fabius**, hoc idē dicit **Scit̄**.
Hiero. ad **Ruffinū**. Errantiū multitudo nō parit errori patrociniū. **Et Paul-**
us iuriscōsultus. ff. de regulis iuris. Quod initio uitiosum est, nō pōt tractu
 tēporis cōualecere. Hoc idē repetitū de regulis iuris li. vi. ca. Non firmatur
 30 **U**sus etiā est, ut sup̄ poetica **Horatii** tradit̄ **Porphirio**, **luculētus** interpres,
 nihil aliud q̄; regula sermonis latini, dicūt̄ aut̄ multi, audiui sepe doctos ita
 loqui, p̄sertim in pago nostro est unus sacerdos admodū bonarū artiū per-
 ritus, ut passim de illo p̄dicant, & tñ ita ut nos loquitur. Dico tibi in hoc nō
 est doctus, pōt in aliis habere peritiā, in hoc nullā auctoritatem habet. **V**na
 etiā uoce soletis oēs opponere dictū nescio q̄d **Boetii**, **Miserrimi** est ingenij
 tñ inuētis uti, & nūq; inueniēdis. **Et Aristotelis** dictū, fingere necesse est. **F**in-
 gere dico tibi, ut testat̄ **Fabius** magis cōcessum est gręcis, qui sonis etiā qui
 bulsā, & affectibus nō dubitarunt noīa aptare. nostri aut̄ in iungendo, aut
 in deriuādo paulū aliquid ausi, uix in hoc satis recipiuntur. **Et idem** dicit̄
 noua uocabula nō sine quodā periculo fingimus. Nam si recepta sint mo-
 40 dicum laudis asserunt repudiata etiam in iocos exeunt, usitatis ideo tutius
 utimur, hęc ille. Hoc idem uult **Aul. Gelli.** lib. x. ca. viij. **Et Quintili.** in viij.
Fictio nomis gręcis inter maximas habita uirtutes, nobis uix permittit̄,
 deniq; tāq; confirmata sint omnia nihil generare audemus ipsi, cum multa
 quotidie ab antiquis ficta moriatur. **Et Cice.** de perfecto oratore ad **Brutiū**.

Ergo ille tenuis orator modo fit elegans, nec in faciendis uerbis erit audax & in transferendis uerecūsus & parcus, & in priscis reliquisq; ornamētis & uerborū & sententiarū remissior. Si autē uelis fingere a græcis mutuabis. Audi Horatiū. Et noua fictaq; nuper habebunt uerba fidē, si Græco fonte cadant Graphice & de his rebus disserit consultus. Fortunatianus lib. iij. artis rhetoricæ in hæc uerba. Tertiū modus qui est, ut nouemus uerba quæ tamē parcius debemus attingere, nam & egre nouū uerbū facere pot sis leue ac decorū, & fere aspernātur homines que non recognoscāt, uir pfe cūssimus dixit uerbis utendū esse, ut nūmis publica moneta signatis. Idem uerba quibus modis nouātur, primo græca transferimus, ut noua, ex his 10 latina confingamus, de hinc per geminationem, ut Cicero seras soliuagas dixit, & per deriuationem nouare possumus, ut ab autumno Cato ait autumnitatem, & a perpetiēdo Cicero perpellionē. Ultimo dixeris nolo esse tam singularis, ut nostri loquūtur, derideor a uulgo tam curiose loquēs promptū est inquā non a doctis sed ab imperitis & indoctis derideris, quibus si placere uis desperandum est de tuis studijs.

DE ORTHOGRAPHIA quarundā dictionum male a uulgo scribi solitarū, & q̄ necessaria sit orthographia grammaticis.



O Orthographia (hoc est recta scriptura) Germana iuuētus quā nō solū decora sed etiā necessaria sit, p̄ter Donatū tuū etiā ex Quintiliano in pri. discas, qui ita dicit, Quis hoc nescit, alios barbaris mos scribendo fieri, alios loquendo, quia quod male scribit, male etiā dici necesse est. Et Augu. Barbarissimus quid aliud est, nisi uerbū non eisdē literis uel sono enunciatū: quo ab eis qui latine ante nos locuti sunt enunciarī solet, ex quibus uerbis etiā apertissime habes, æque in scribēdo ac dicendo & orationibus barbarissimos fieri. Quare posui quasdā uulgatas dictiones & earū rectā scripturā, ut cum in his scribendis prius errauerimus, iā simus cautiōres, ne toties barbarissimos admittamus simusq; omnibus doctis lū dibrio, & germano nomini dehonestamēto futuri. Passim igit sine ordine cōgessi huc (ut quæq; nobis se obtulit) dictiones perperā antea scriptas, q̄d cum notissimæ sint significationis, & ego tantūmodo rectā scripturā in his desiderem, nolui quanq; seorsum & suo loco ponere. Scribe igitur **IEN** taculū per i, non gentacula, teuto, morgenessen. **IM**ber nō humber uel himber. **Chry**stostomus, non chrisostomus uel crystostomus. **PER**ennis nō peremnis, q̄a a p̄ & annus deriuat. **PRE**sbyter nō prespiter uel p̄sbiter, sed p̄y. **SCH**eda schedula nō cedula. **SAB**batū duplici bb scribitur non fabatū. **LE**onardus uel potius leonhartus, nō lenhardus. Et secundā producit apud Philel. in Saty. Ingenia hæc eadē patī faciūdia nostri. Ip̄se Leonardus seclī ducis atq; panormi ego tū mallē corripere. **PRO**tonotarijs, protomartyr protoplastus, & om̄ia a protos quod est primus, t exili, & non aspirato scribūtur, ut ptomartyr, non prothomartyr. Hic etiā

DE ABRVSIONE

- nota scribendū esse **MAR**tyr, in ultima syllaba per y græcū nō martir. Et martyr græce latine dicitur testis, protos autē primā produ, quia per ω mega scribitur, quod quidā nostri nō bñ obseruauerūt. **LOTH** scribitur nō lot. **PRO**lepsis nō prolepsis. **PRO**œmiū nō prohemiiū. **EX**scribere non exscribere, quia post x nunquā pōt seq s, ut dicūt grāmatici, sed nō uideo semp ita obseruatiū eē, legoq; exscribo etiā & sifia apud recētiōres eosdēq; doctissimos. **SYL**lepsis nō silempsis. **SYN**ecdoche nō sinodoche. **SCH**isma nō scisma nō em a scindo uenit, ut indocti grāmatici dicūt, sed græcū est. **SCHE**ma nō scema. **SYN**alœpha nō finalimpha. **SPH**æra cū ph & æ diphthongo non spera. **DIPH**thongus non diptongus. **PEL**lego libentius dicerē q̄ perlego, sicut, n. dicimus **INT**elligo nō interlego, sic pari rōne pellego. At in disputationē reuoco non decido rem. **DION**isyus non dionisyus græco y ante s scribitur. **HE**ronymus similiter y græco in penultima scribitur, & h in principio. **EV**angeliū nō euangeliū. **TRO**chus non trocus. **BAR**abbas non barrabas. **SE**dulius. Tūc coluere bahal tunc elegere barabbā, quia ex bar & abba cōponit. **PHL**ebotomia non flebotomia & prima breuis est. **ANT**onius cum t exili scribi debet & o longo, quia ω mega, ut nuper in græco codice uidi, luena. x **SAT**y. Antoni gladios potuit contemnere si sic. Et **AUF**onius. Antonius ab hinc regimen capit, ille uocatur.
- 10 **HEB**domas adis, uel hebdomada indifferēter dicimus, nō ebdomada. **SCY**phus non sciphus scribitur. **HYD**ria non idria. **TEU**tonus: uel teutones sine aspiratione, non theutones uel teuthones. **HAB**ilis, non abilis, habilitare tamē quo nostri utuntur nōdum legi, at bene aptare. **RHE**nus non renus. **HUL**cus non ulcus. **HYP**ocrisis cum y græco & simplici p. nō hippocrisis, quia prima breuis est. **PEC**unia simplici c scribitur, quia prima breuis est, ut in **HOR**atio. Et genus & formam regina pecunia donat. **CAN**tharus non cantarus, & est græcū uocabatur lum. **PAR**alyticus cum y græco post l. **SAC**cus sacculus duplici cc. **HE**teroclitā non etroclita. **RHE**tor non rethor. **CHA**rta nō carta.
- 20 **ALEX**ander simplici l scribitur. **VLY**sses duplici ll, non uāxes, ut **PHI**lelphus in epistola quadā ostendit. **CHI**rographus non cyrographus: handtgeschrift. **GEOR**gius non leorius, aliqui etiā diphthongo scribunt **GE**orgius. **CYP**RIANUS non ciprianus. **VL**ulare & exululare simplici l scribuntur, non ullulare. **QU**idius primo metamor. Exululat frustra; loqui conatur ab ipso. **TRO**ia in soluta oratione trisyllaba est **VER**um aliquādo bisyllaba est per synæresim in carmine. **HOR**a. Dic mihi musa uirū captæ post tempora Troiæ. **PRO**xeneta per x non profeneta, ut indocti scribūt, est enim crebrū uerbū apud iurisperitos, sic enim scribitur προξενιστος. Et est compositor uel mediator emibiliū & uendibiliū rerū, & in genere conciliator ad aliquid faciendū, & deriuatur a προξενέω, quod est hospitio coopto. **PAR**apherna nō paraphrena, ut imperiti scribunt & dicuntur a iurisconsultis quæcūq; præter dotem foeminis sponis dantur, a παρά, id est præter, & φερνῆ, id est dos.

DE NOMINIBVS quarundā auīū in quibus nos ger
mani erramus, & de laude Alberti magni.

Legimus nuper uigefimū tertium de animalibus librū Alberti magni. Alberti in quā illius fūeui, qui ex incredibili multarū artūū eruditione cog nomēto magnus appellatur, omnīū recte philosophantiū princeps, qui ut doctis perſuaſum eſt, in phyſicis & latentibus rerū cauſis, Ariſtotelem illū peripateticū, & totius antiquitatis philoſophos ad unū ſuperauit, & a tergo, reliquit longiſſime, quis enim illo ex omni hominum memoria, aut in dialectica acutior, uel in philoſophia locupletior, aut in ſacris literis ſublimior, & ut uno uerbo plura comprehendam, in omni literatura doctior: 10
De quo tale eſt noſtrum epigramma.

LAVS ALBERTI magni per Bebeliū.

Cedite philoſophi quos græcia iactat alumnos

Extulit, & ſi quos Itala terra ſuos.

Quos longe Albertus uicit merito Polyphemus:

Gloria Sueuorum teutoniciq; ſoli.

Par decus ingenij, nec phas ſperare nepotes

Hic nouit quicquid philoſophia docet.

In illo ipſo libro de animalibus, offendi quædam de nominibus auīū, in quibus erramus. Primo noſtri dicūt ibis & ciconia idem ſunt, quod nō eſt 20 uerū. Audiamus Albertū. IBIS ibidis eſt auis quæ in Aegypto iuxta Nilū eſt, eſt autem auis magna in multis ciconiæ naturā imitans, ſed nō eſt ciconia. Hoc idem confirmat Plinius in. x. natu. hiſto. ca. xlvij. dicens, uifam in alpiſibus ab ſe peculiarē Aegypti ibin. M. Egnatius caluinus præfectus earum prodidit. PHAſianus teſte Alberto eſt gallus ſylueſter, quod Plinius uidei cōfirmare in lib. quo ſupra, ruruſ phasianæ in cholchis geminas ex pluma aures ſubmittūt, phasianus tamen ut ego credo & gallus ſylueſter quē nos gallū auritū uocamus, nō ſunt idē, & una auis. ACCIPITER habich, teſte Alberto, etiā aſtur uocāt. COturnix uulgo ein vuachtel, eſt 30 auis teſte Alberto, quā uulgo indocti quiſtulā uocāt, quā græci ortygē appellant, dicit etiā ortygometra. FVLica eſt ſpecies aquaticæ auis q̄ mergus uel niger anate minor uocāt. EROdius teſte Alberto eſt nouiſſima aquila, quaſi heros auīū, uel potius grecū eſt nomē. Eſt autē grandis ualde & tota nigra. Seruius aut in. xi. dicit diomedæas aues græci erodios uocant. 40 CHiuones itē a Plinio dicunt aues de genere accipitrū, qui hodie falcones dicunt. ALAuda uulgo ein lerch, eſt uocabulū gallicū, ſed latine dicitur galerita. Hæc Pl. lib. natu. hiſto. xi. BONoſa teſte Alberto, ein haſelhun. GARRulus, heher teſte Alberto non graculus, ut indocti putant attemē noua ſunt nomina Garrulus, bonoſa, Turdella. Nā hæc apud Ariſtotelem, nel Pliniū, nec aliū ex ueteribus legi hæc nomina. TURdella ut dicit Albertus uulgo troſtel, nō tordela. GRACulus uulgo duol, nō heher, ut indocti uolūt. Alio noīe monedula dicitur, eſt teſte Alberto, auis nigra coruini generis magno roſtro, albo ubi coniungit capiti. FRIN

DE ABUSIONE

guilla, uel ut alij dicūt frigilla auis dicta q̄ tēpore frigoris cantet & uigeat, alij aliter dicunt. **A**canthys uulgo disteluoegel, ut dicitur, non acanthylis uel accalandis, ut indocti dicunt. **V**irgi. Resonāt, & acanthya dumī, latinē carduelis dicitur. **M**OTacilla auis est apud nos nota, **v**uasserfeltz, uulgo codatremula dicitur. **V**eteres enim codam caudā dixerunt. **N**Octua, bubo & ululā simpliciter diuersæ aues sunt, ut aperte ostendit **P**linius x. dicens uncos unguēs & nocturnæ aues habent, ut nocturnæ bubo & ululā. **I**SPida eiseuoegel, teste **A**lberto. **B**istarda teste **A**lberto quod nec item antiquū nomen credo, significat apud nos trapp, Itali hanc auem sterdam & trapū, Hispani tardā a tarditate uocant ab athenæo uidetur tetraz dici, ab alijs tetraon uel tetragon, non pigardus, ut indocti dicūt. **P**igardus enim est de genere caprearum teste **P**linio, aliquando genus aquilæ est, ut **S**uidas ait. **T**u autem uera & recta literatura lege pygargus non pigardus, ut græca intuenti uidere licet.

AD Lectores **HENRICVS** Bebelius.

Nō irascere mihi quæso lector si quædā uocabula taxauero, quæ apud te sunt in frequenti usu. **E**go enim non nifus proprio iudicio, sed studio & diligentia cōquisiui ex diuersis auctoribus quicquid reperire potui ad latinam apud germanos locupletiorē reddendā, collegiq; ad unū opusculum, ut paruo labore lector saltem aliqua uocabula inueniat, quibus prius uel abusus est, uel quorū ignorauit penitiorē significationē, nec egreseras si quādo barbaros uel indoctos nominabo eos qui aliter ac ego p̄cipio utitur uerbis uel orationibus, indoctos em̄ credo elegantioris sermonis, quibus in alijs sint doctissimi, nec dialecticos, philosophos & theologos &c. obstrigo ad tantā purioris sermonis & castioris obseruantia, utpote eos qui non in uerbis sed rebus laborāt, quibus tersus sermo esset maximo ornamento & decori, ut antea dixi, sed eos qui epistolas & orationes cōficiūt, & qui latini & esse & haberi uolūt hoc tamē unū dico omnibus literatis syntaxin hoc est constructionē & congruitatē, ut uulgo dicit̄ profodiā & orthographiā necessariā esse in primis, dialectici autē & hi de quibus prius dixi quædā habent uocabula parū latina, quibus uti nō prohibētur, quæ oratori essent turpissimo sermone cōscriptos, a quibus maxime & p̄ ceteris omnibus linguæ latinæ nitore exigere, si uolus barbarus ille (ut dixit **S**acrianus) **I**ustinianus suis uadalicis legibus cultā latinatē nō supplantasset, de quo **P**hilel. ita refert, **O**utinā superi si quid mortalibus usq; est, iusticiæ reliquū te iustiniane sub imis. **M**anibus ardētī plectāt phlegetonē iacentē. **P**ostq; tāta **I**talica mililena uolumina legū. **P**rincipe te clades te principe pestis ademit. **C**um tua uenturæ moliris noīa famæ. **I**nsere & uulgi titulos demētis inire. **L**ex & iura tuo perierūt in clyta fastu. **A**le in quā barbar⁹ **I**ustinia. (dixit ille) ut suę barbaricę testimoniū relinqueret, sanxit in suo codicis. x. li. **P**oetas nlla imunitatis p̄rogatiua iuuari, q̄s optime meritos de humano genere, & primarios philosophiæ magistros, primosq; theologos, & diuus **A**ugu. & 10.

et ius antiquitatis cōsensus confitetur. **Q** si quidā **Philippus** impator cuius esse dicit lex, poetas odio, psecutus est, tuæ tñ prudētiae erat o Iustiniāne & æquitatis iniquā (ut notissimū est) legē tollere, qm̄ & philosophi aliqñ **Roma** pulsi fuerūt, & plus q̄ semel, nō tñ iccirco philosophis est denegandus honor, tñ excusandus est impator. Nā latinū nō nouit, quinimo culpa est eius assessorum & uiciorum. **Vale lector.**

CONTRA ETY mologias quorundā indoctorū.

Ethymologia est (teste **Quintiliano**) q̄ uerborū originē ingrit, a **Cicero** rone dicta ē hęc notatio, q̄a nomē eius apud **Aristo.** inuenit σίμβολον qd est nota. Nā uerbū ex uerbo ductū est ueriloquiū, ip̄e **Cicero** q̄ finxit resor midat, in primis aut̄ ille error germanis est maximo impedimēto, q̄ minus linguæ latinæ sint idonei p̄fellores, dū (secuti **Isidorū, Catholiconē, Papiā, Hugutionē,** & cæterā grāmatarū sordē) oīa uocabula anxie uelint p̄quirere, unde ueniāt, uel quale habeāt interptamētū, qd est p̄pmodū impossibile, & sēpe cōstat mendacē esse etymologiā, & sic maximas infundūt linguæ latinæ tenebras, dū uel græcæ cūctiōni latinā dant etymologiā, uel ecōtrario, græcū em̄ uocabulū non pōt habere latinā etymologiā, ut dicit **Seruius pri. georgi.** Et ita bene rephēdit **Varro L. Leliū,** ut est apud **Aul. Gellii** li. i. ca. xvi. de etymologia leporis, nō em̄ **LEPORē** dicimus (ut ait) quod est leuipes, sed qd est uocabulū antiquū grēcū. **Nec VVlpes** bñ dicit, quasi uolipes, testis est **Quintili.** At **Gellius** eundē etiā; **Varronē** rephēdit, q̄ dixit & eū secuti iuriscōsulū **FFrē** ex eo appellatū, q̄ ueteres romani furū arū appellauerint, & fures p̄ nocētē q̄ atra sit facilius furētur, nōne sic uideēt (ut dicit **Gellius**) **Varro** de fure dixisse, tanq̄ **Lelius** de lepore. Nā qd a græcis nunc κλέπτω. i. fur dicit, antiquiore græca lingua φῶρ est dictū, hinc p̄ affinitatē l̄p̄ q̄ φῶρ græce est, latine fur dī. hec ille. Itē & **PETra** male interptatur quasi ledēs pedē, est em̄ græcū uocabulū, uide suo loco de p. **Nec Columba** dicit quasi colēs lumbos, ut uoluit **Acron** grāmaticus, & **Albertus magnus,** sed ut **Varronī** placuit lib. rerū rusticarū. iij. a culminibus uillę dicta. cū p̄pter timorē naturalē sūma loca in tectis colūbę captēt & turres sequantur, nec **Calliodorus** placet qui dicit, **Colūba** quasi cellæ alūna, quæ uitā sine alterius grauamine peragit, nec **Isidorus,** & **Barto,** anglicus q̄ dicitur a colore colli. Itē nec **IVNo** a iuuādo, nec **IVPpiter** quasi iuuās pater dicit & interptat, ut optime p̄bat **Lactan. meus.** lib. i. institu. suarū de origine louis, sed maxime ex eo q̄ neminē iuuare possit. **Quid** autē sentiat **Cicero** de istis etymologiā rū inep̄tis hic inspicere. Ita em̄ dicit lib. iij. de natu. deorum. In enodandis aut̄ noibus quod miserandū est laboratis. **SATURnus** quasi se saturat annis. **MAVors** q̄a magna uertit. **MINerua** q̄a minuit uel q̄a minat. **VENus** q̄a uenit ad oīa. **CERes** a gerēdo, quā piculosa cōsuetudo. In multis em̄ noibus hærebitis, q̄due Ioui facies, qd **Vulcano,** q̄q̄ **NEP** tunū a nādo appellatū putes, nullum erit nomē quod possis una litera explicare unde dictum sit. In quo quidem magis tu mihi natare uisus es q̄ ip̄e **Neptunus.** **Magnam** molestiam suscepit & minime necessariam

DE ABUSIONE

primus **Zeno**, post **Cleates**, deinde **Chrysippus** cōmenticiarū fabularū, red-
 dere rationē uocabulorū, cur quæq; ita appellata sint causas explicare, hæc
 ille. At uide quantū detestetur & insectet̃ has etymologiarū hallucinatiōes
Quintilia, in pri. ut etiā doct̃issimos taxare nō dubitauerit, qui superuacua
 operā his ludibriis impendere, eius uerba hæc sunt. Nam illa minora in qui-
 bus maxime studiosi eius rei fatigātur, quæ uerba paulū declinata, uarie &
 multipliciter ad ueritatē reducūtur, aut correptis, aut porrectis, aut adiectis
 aut detractis, aut pmutatis literis sillabisue, inde prauis ingeniis ad foedissi-
 ma usq; ludibria dilabūtur. **Dicit** igitur ille (sicut **Raphael Regius** refraget̃
 huic lectiōni, meo iudicio male) etiā interpretatiōnē rectam sequendā, imp-
 10 bandā contrariā, ne a contrariis aliqua sinamus trahi, ut **LV**cus quia opas
 cus umbra parū luceat, **Et LV**dus, quia sit longissime ab lusu. **Et DIS** quia
 minime diues uides hic aperte **Quintilia**, repræhendere has interpretatiōnes.
Ex illis etiā **Quintilian**i uerbis nō placet mihi quod dicit **Priscianus**, & **dis**
 uus **Hiero**, in epistola ad fabiolā. **BELL**um interpretari, q; nequaquæbellū sit,
 nec **Seruius** placet dicens. **Dicūt**ur em̃ **PAR**cæ per antiphrasim, i. cōtrariū
 sermonē, quia nemini parcant. sic **LV**cus cū non luceat, & **BELL**um q; nul-
 la res in eo bella sit. Nā præter **Quintilianū** **Lucus** ab erudit̃is dicit̃ a luce sa-
 trificiorū. **Et PAR**cæ a doct̃issimo **Varrone** a partu quasi partæ, ut **Gel.** in
 20 iñ. tradit. **BELL**um aut̃ **Festus** dictū uoluit, qm̃ beluarū est perniciofa dissen-
 sio. **Cicero** & **Quintilianus** per literarū mutationē a noiē duellū, & ita fas-
 cū esse bis a diuis. **Et** sic cū **Cicero**, **Varro**, & alii bellū, parcas, lucum non a
 cōtrario trahant, nec ego illos secutus u n o, qui mihi (contra opiniōnē **Ra-**
phaelis) **Quintilian**i lectiōnē confirmare uidētur. **Nec** officii a cōtrario q;
 nemini noceat, sed ut dicit **Ambrosius** in libris officiorū litera imutata qua-
 si efficiū, sicut nec eumenides &c. **Addit** **Quintilia**, etiā ne **HOM**inē quidē
 appellari, quia sit humo natus, quasi uero non omnibus aialibus eadē ori-
 go, aut illi primi mortales ante nomē ab aere uerberato, pgamus, sic perue-
 30 nimus eo usq; ut stella luminis stilla credat̃. **Cuius** etymologiæ auctōrē cla-
 rū sane in literis noiari in ea parte qua a me repræhenditur inhumanū est,
 qui uero talia libris cōplexi sunt nomina sua ipsi inscripserūt, ingeniosæq;
 uisus est **Gabinius CAEL**ibes dicere, ueluti cælites, q; onere grauissimo ua-
 cent. Idq; græco argumento innuit, nec ei cedit **Modestus** ab inuētiōne. Nā
 quia **Celso** **Saturnus** genitalia absciderit hoc noiē appellatos, qui uxore ca-
 reant, ait **Lelius PVT**uitam quia petat uitā, sed cui non post **Varronē** sit ue-
 nia, qui **AGR**um quod in eo agatur aliqd, & **GR**Aculos, qa gregatim uo-
 lent dictos **Ciceroni** persuadere uoluit (ad eū em̃ scripsit) cum alterū ex græ-
 co sit manifestū duci, alterum ex uocibus auitū, sed hoc tanti fuit uertere ut
 40 **MER**ula quia sola uolat, quasi mera uolans noiaretur, quidā non dubitas
 uerūt etymologiæ subiicere omnē nominis causam, ut ex habitu (quemad-
 modū dixi) lōgos & ruffos, ex sono sirepere murmurare etiā deriuata, ut a
 uelocitate dicitur uelox, & cōposita plæraq; & similia his, quæ sine dubio
 aliunde originē ducunt, sed arte nō egent, cuius in opere nō est usus nisi in

dubiis, hæc **Quintili.** in primo. In ultimo igitur dicto uult nō multū sectas esse huiusmodi etymologias, nisi in dubiis. **Addo** & alia quorū propterea etymologia improbat. **VIT**upero em̄ nō a uita, sed a uitio & uitans do uenit. **GR**adius nō a gradior dicitur, sed uocabulū est teste **Quintilia** no thracū. **RHE**da nō dicitur a redeundo, sed gallicū est teste **Quintili** nec teste eodē. **EP**redum a rheda & ep̄i græca p̄positione sed **Au.** **Gelli** totū esse barbarū affirmat. **Sicut** & **ESSE**dum & **Petorritū** gallica uel britannica noīa existimantur. **NVM**ilina simplici m̄ & prima breui non a nūmo deriuatur, sed uox græca est, & potius nomisma dicit̄. **PER**alia **Festus** a ferendo uel seriendo dicta putauit, quare qui seram antiquitus mortē dicūt, ip̄i uiderint. Item & **Au.** **Gel.** li. vi. deridet **Seruiū Sulpitiū** uirū suę grati doctiss. q̄ **TEST**amentū interpretatus sit quasi testans mentē, quid dicitur (ut idem ait) calceamentū, quid paludamentū, quid pauimentū, quid uestimētū, quid alia mille per eiusmodi formā etiā in ista, omnia cōposita dicemus &c. quasi diceret, nōne & hæc etiā a mente dicētur, cū nō uideatur diuersitas. **Ad hoc** alludit **Valla** dicens, nā cur a mente potius dicatur, q̄ a mento uel a menta, quia nihil ad hāc significationē facit mentū mentaue, inquit, quid ergo mens ad armentū, ad salsamentū, ad cimentū, ad ornamentū ad armentū, ad pauimentū, ad tormentū, ad calceamētū, & ad huiusmodi infinita, nō est uera etymologia hæc, neq̄ a mēte, neq̄ a mento, neq̄ a mēta, sed potius hæc noīa assumunt tum syllabā, cū exirent antea in men, ut uerbum, calceamē, & ut cōcludit, nihil habet magis ridiculū hæc de qua loquimur sentētia q̄ etymologia, in qua ipse quoq̄ **Varro** & **lusit** & **lusus** est. **Et** ut **Gel.** testatur **Trebatius** lapsus est in uerbo sacellū dicēs. **SAC**ellū ex duobus uerbis arbitror cōpositū sacri & cellæ quasi sacra cella, sed q̄s ignorat ait **Gellius** **Sacellū** & simplex uerbū esse, & nō ex sacro & cella cōpositū, sed ex sacro diminutiū. **Etiā** post **Quintilia.** (præter neotericos qui ubiq̄ delirant) quidā in has etymologiæ ineptias inciderūt, ut est **Donatus** qui ait. **Oratio** dicta est quasi oris ratio, perinde ac si nō ita dicatur ab oratio oratio, ut a ratū ratio, & magis sit in oratio ratio q̄ in aratio, ploratio, miratio, narratio, numeratio, & cætera huiusmodi. **Itē.** **SEP**ulchrū dictū est sine pulchro. **Veritus** em̄ dicere seorsum a pulchro, quia se in cōpositiōe est longū, cōfugit ad sine, cuius pria syllaba breuis est, q̄si in sepulchrū sit sine, aut hæc p̄positiō cōponi soleat, nec intelligit, ut a simulatū dicitur simulacrū, mutata t in c. & a lauātū dicitur lauacrū. **Nām** ueteres lauātū dicebāt **Qui.** **M**ane lauaturas illa petebat aquas. **Item** a fultu nō tam mutata q̄ ab iecta t, t̄q̄ superuacua dicitur sulcrū, & a mulctū, mulctrum dicitur, ita a sepulcrū. **Item** **Donatus** in eo quod dicit **LEN**æus dicitur a leniēdo q̄ leniat mentē, fallitur, est em̄ græcū uocabulū dictū ληνω. i. lacu ut dicit **Seruius.** **Nec** bene **VIR** a uirtute uel uireo, sed teste **Cicerone** a uir, & uirtus a uiro. **Nec** **VIT**ū a uitia, sed ut tradit **Cicero** in tuscu. questio. a uerbo uiro uitare descendit, nec **TVM**ultus a multū tundendo, sed ut idem uult in viij. **Philippicæ;** a multo tumore, nec **TON**us a tonādo dicit̄, sed

10

10

30

40

DE ABBVSIONE

potius uerbo græco τείνω qđ est intēdo. **T**onus em̄ significat itēdōnē uſuo
cis, uſ corde. **M**onachus itē dicit̄ solitarius, nec p̄bo hāc etymologiā quā dat
Gratia, xvi. q. i. ca placuit, a monos. i. solus, & achus tristitia q̄si solus i tristi
tia. **A** solitudie em̄ deductū est. **N**ec **N**AV is a nādo, sed græcū est, a nauo de
scēdens, nec **A**Nus ab annis, ppagat, uerū ab a particula priuatiua & noos
quod sensum signifi. **M**ANus nō a mano, sed teste **C**icerone a munifendo.
Nec **P**RESbyter quasi prebens aliis ter, sed græcū est, ualeq; latine senior.
THEsaurus item nō trahitur ab auro, sed græcū est, nā in thesauris magorū
erat thus & myrrha, ut sacræ literę testant, in lob thesaurus niuis dicitur, &
10 in **P**lauto thesaurus auri. **V**bi datur intelligi esse & aliarū rerū thesaurum.
Non sum nescius **T**hesaurū diffiniri a iuriscōsul. ueterē quandā depositi
onē pecuniæ. **S**Mius nō a similis, sed a græco uocabulo simios deducitur
Pariter & multo maiori in stultitiā & ineptiarū sentina uersantur hi, qui ex
modis significādi uolūt uocabula imposita esse. **D**icit em̄ **Q**uintili. non est
lex loquēdi, sed obseruatio ut ipsam analogiā nulla res alia fecerit q̄ cōsue
tudo, sed nolo in re tā ridicula plura loqui, nō sunt em̄ digni istū (ut uocabu
lo eorū utar) **M**odistæ, de quibus uerba fiant. **S**unt em̄ eorū inuenta meræ
nugæ, labyrinthiq; inextricabiles falsi & erronei.

CONTRA LIBELLVM QVI DE DISCIPLINA

scholarium **B**oetii intulatur.

10 **C**ircūfertur qđā paruus libellus q̄ inscribit̄ **B**oetius de disciplina scholar
riū, nō parui p̄cū apud idoctos, q̄uis titulus sit barbarissimus. **A**t ita habeas
lector **B**oetiū in omī literatura uirū p̄stantissimū nūq; edidisse hoc opuscu
lū, qđ ab omni ueteris eloquētię umbra est alienissimū, & adeo barbarū, ut
nephās sit **B**oetio hoc uile mancipiū ascribere, qđ ne ad imperiū quidē **R**o
manæ linguæ admitti unq; dignū fuit. **B**oetius aut̄ uel **B**oethius ut alii uo
lūt, adiuti ueteri inscriptiōe qđ **D**erthone extare dicit, in diui martiani cen
bio. ubi inuenit̄ **B**oethio, & **E**utharico cōsulibus, sed parū pbare uidēt̄ hec
tēpora barbariæ in primis obnoxia, uel potius oīno seruiētia, is inq; **B**oeti
us, ut reuerēter loquar, in suis opibus est plane latinus & ueterū emulator,
30 & si nō usq; quaq; laudatæ elegatiæ. **I**s aut̄ libellus est oīno barbarus, & ab
omī mūdioris latinitatē obseruatiōe discretus, & seiunctus & qm̄ barbarū
est illius operis seiunūq; & durū orationis genus, nolo bonarū artū studio
fos scholasticos in hoc uersari, caueātq; ab eius lectiōne tanq; a quadā labe
ingenii, qđ cōtra hactenus factitatū nouimus p̄ceptorū ignorantia, qui nos
docuerūt ea q̄ iure essent dedocenda, qđ & si totius operis ofones sint durę
& exanguēs, quædā tñ annotaui uitia, q̄ sunt a **B**oetio & eius stilo, & oīm
latinorū alienissima. **D**icit̄ igit̄ primo inter cetera. **M**artiane sociorū charissi
me creditis hūc euenire &c. **E**t uestra siquidē nouit discretio &c. nonne bar
40 bafcule loquit̄: quis em̄ unq; ex latinis nedū ex antiquis, unū alloquens dix
xit. **C**reditis, uel uestra discretio: eū sit manifestarius solocismus, ut in opus
sculo de cōdendis eplis scripsimus. **N**ā **Q**uineilia dicit. **M**ē esse uitiū, si unū
quis ad se uocās dicat, uenite, aut si plures dimittens, ita loquat̄, abi aut discē.

de. Discretio etiā in ea significatione qua hic accipit̄ est indoctorū grāmatis-
 tarū & barbarorū, ut suo loco diximus, quod aut̄ dicit̄ preclarior est mihi
 scholarē confoueri scholasticū dicendū erat. **SCH**olaris em̄ nūq̄ apud ido-
 neos reperies, p̄sertim in ea significatione. Dicit̄ idē repariere, quod est uer-
 bū in primis barbarū, ut alio loco dixi. Itē cibaria incarceratione dicit̄, quo uer-
 bo & ofone nihil p̄t̄ ineptius excogitari, dicit̄, q̄ est triuialit̄ magis, qua
 druualit̄ potentia, de q̄bus suo loco in nomine schola satis plura diximus
 Item male interpretatur dyſcholos. Dicit̄ in suis paribus more indoctorū, q̄
 dicūt in paribus meis crescunt bona uina. Item dicūt in ista patria crescunt
 bona uina, etiā barbare, licet **Virgi.** dixit̄ poetice lib. ij. **Georgi.** Diuisē arbo-
 ribus patrię. Et multa alia deblāterat̄ que sunt a latinitate in primis abhor-
 rentia, at ea omnia passim in toto opere taxabo.

CONTRA EOS Qui antiquis &
 exoletis uocabulis utuntur.

Ōstēdimus prius auctoritate disertissimorū uirorū nouis uocabulis nō
 esse utendū, nūc nimis antiquis & aboleis abstinentū esse idoneis auctori-
 bus pbabo. Erūpunt em̄ iam quidā scioli qui affectato sermōe maxie deles-
 ctant̄, & erūt̄ ex antiquissimis auctoribus uocabula iādiu ab usu deserta. Cō-
 tra q̄s primū loquit̄ **M. Tullius** sons & pater eloquētice ad **Brutū** de p̄fecto
 oratore. Ergo ille lenis orator nō sit elegans, nec in faciendis uerbis erit au-
 dax, & in transferendis erit uerecundus & parcus, in priscis reliquisq̄ orna-
 mētis & uerborū & sententiārum remissior. Et **Quintilia** in pri. institut. uerba
 a uetustate repetita nō solū magnos assertores habent, sed etiā afferunt ora-
 tionī maiestātē aliquā, sed opus est modo, ut neq̄ crebra sint hæc nec mani-
 festa, quia & iam nihil est odiosius affectatione, nec utiq̄ ab ultimis etiā ob-
 literatis repetita temporibus, q̄lia sunt **Topper**, & antegerio & exanclare &
 profapia, & **Saliorū** carmina uix sacerdotibus suis satis intellecta. Ergo ut
 nouorū optima erunt maxime uetera, ita ueterū maxime noua similis cir-
 ca auctoritatē ratio. Nā etiā si potest̄ uideri nihil peccare, qui uidetur his uer-
 bis quæ sūmī auctores tradiderunt, multū tamē refert non solū quid dixer-
 rint, sed etiā quid persuaserint. Neq̄ em̄ tuburchiabundū & lurchinabundū
 iam in nobis quisq̄ ferat, licet **Cato** sit auctor, nec hos lodices, quāq̄ id
Pollioni placeat, nec gladiolā atqui **messala** dixit, nec parricidatū quod in
Celio uix tolerabile uidetur, nec collos mihi **Caluus** persuaserit, quæ nec
 ipsi iam dicerent. Item lib. viij. de ornatu eadem ferme dicit̄. Ex quarū anti-
 quarū. s. uocū affectatione teste eodem, nec minus noto **Sallustius** epigram-
 mate incessitur. Et uerba antiqui multū furate **Catonis**, **Crispe** iugurinae
 eoditor historiae, nec **Augustus Cæsar** elegātis & limati sermonis homo, q̄
 q̄ eque reprehendit in oratione ac **xxo** **Julian** & antiquarios, de quo ita scri-
 bit **Suetonius**, genus eloquēdi **Augustus** secutus est elegās & temperatū ui-
 tatis sententiārum ineptis, atq̄ incōcinnitate & reconditorū uerborū, ut ipse di-
 cit̄ fortioribus, p̄cipuamq̄ curā duxit sensum animi q̄ apūissime exprime-
 re, cacozelos & antiquarios, ut diuerso genere uitiosos pari fastidio spreuit

DE ABySIONE

Exagitabat nō nunq̄ in primis Meccenatē suum, cuius myrobrechis, ut ait
 cincinnos usq; quaq; p̄sequitur & imitando per iocū irridei. Sed nec Tibe-
 rio parci, & exoletas interdū & reconditas uoces aucupanti. **M.** quidē **An-**
 toniū ut insanū increpat, quasi ea scribentē quæ mirentur potius hoies q̄
 intelligant κακοῦνια aūt auctore **Diomede** est per affectionē corrupta sen-
 tētia, cū eo ipso dedecoretur oratio, quo illā uoluit auctor ornare. **Quintili-**
 in. viij. cacozelon inquit. i. mala affectatio per om̄e dicendi genus peccat, nā
 & tumida & exilia & p̄dulcia & abundantia & accersita & exultantia sub
 idem nomē cadunt. **Aul.** item **Gel.** scriptor satis emunctus & defecatus lib.
 10 x. inquit, uerbis uti aut nimis a boletis exculcatiscq; aut insolentibus, nouita-
 tisq; duræ & illepidæ par esse delictū uidetur. Sed molestius equidē culpatis
 usq; esse arbitror uerba noua, incognita, inaudita dicere, q̄ inuulgata & for-
 dentia. Noua aūt uideri dico etiā ea quæ sunt inusitata & desita, tam & si sint
 uetusta. Est adeo id uitiū plerūq; seræ eruditionis, q̄ græci ὀφθα βίαν .i. tar-
 di discentiā appellant, ut quod nūq̄ didiceris diu ignoraueris, cū id scire aliis
 quādo ceperis magnificias. Idē primo li. **Phauorinus** phūs adolescenti uete-
 rū uerborū cupidissimo, & plerāq; uoces nimis p̄ficas & ignotissimas in
 quotidianis, cōmunibusq; sermonibus expromēti. **Curius** inquit & **Fabris**
 20 cius & **Corficanius** antiquissimi nostri, & his antiquiores **Horatii** illi triges-
 mini plane & dilucide cū suis fabulati sunt, neq; **Aruncorū**, aut **Sicanorū**,
 aut **pelasgorū**, qui primi coluisse Italiā dicuntur, sed ætatis suæ uerbis locuti
 sunt, tu aūt perinde quasi cū matre **Zuandri** nunc loquere, sermone multis
 ānis iam desito uteris. Sed antiquitatē tibi placere ais, q̄ honesta & bona &
 sobria & modesta sit. **U**ue ergo moribus p̄teritis, & loquere uerbis p̄sentī-
 bus, unde & **C. Cēsār** li. i. de analogia scriptū reliquit. **H**abe semp in memo-
 ria, atq; in pectore, ut tanq; scopulū sic fugias inauditū, atq; insolens uerbū
 multa iuuenes apud **Senecam** epi. cxiiij. item multa apud **Suetoniū** de cla-
 ris oratoribus & grāmaticis, & **Mart. Foelix Capella** lib. v. eadē dicit, postre-
 mo ut concludā **Marialis** hanc antiquitatis ufectionē detestatus, ita illud it
 quendā **Crestillū**. **C**armīna nulla probas molli quæ limite currūt. Sed quæ
 30 per salebras altaq; saxa cadūt. **E**t tibi mœonio quod carmīe maius habetur
Lucili Columella hic situs **Metrophanes**. **A**toniusq; legis terrai frugi serai.
Accius & quicqd **Pacuiusq;** uomūt. **V**is inter ueteres **Crestille** tuosq; po-
 etas. **D**ispereā, si scis mentula qd sapiat. & **Fortunatianus** lib. iij. uir perfectus
 simus dixit uerbis utendū esse, ut nūmis publica moneta signatis. & idem,
 sed quia uerborū ueterum iam exoleuit usus, non sunt audacius usurpan-
 da illa quæ cum ætate mutata sunt.

DE ERRORIBVS Græcistæ.

40 **V**ideo plerosq; truiualium nugarū literatores usurpare æquiuocatiōes
 differētiās terminorū. Item deriuationes & etymologias quas reperūt apud
Eberhardū hunc, apud eosdem non fordidū auctorem, qui tamē in hanc li-
 terarū tenuitatem descendit, ut eius differentiæ & interpretationes non mo-
 do sint falsæ nulli usq; momenti, sed etiā ridiculæ, & de græcis p̄cipientis &

de latinis. Temere em̄ pleraq; omnia eruat, nec est ullū illi cōmercium cum linguę latinę proprietate, & remotiorū uocū significatione, nec mirū præceptores em̄ & literarū censores habuit sibi indoctiores Catholiconē Papiā. **Mugutionē**, **Isidorū** & cæteram grāmaticorum sordē, qui tanq; **Sis** byllæ interpretes omnia præcipiendo magnas in linguā latinā effuderunt tenebras, quas tamē ut cauere possis, quædā obiter annotanda duxi **Græ** cistæ deliramenta, ut ab eius lectiōe profus animū abducas (omnia enim corrigere nō esset parui laboris, sed ingentis acerui) Errauit ergo bonus ille uir in hoc carmine. **Gratia** sit **Christo**, grates referamus amicis. **Nemo** em̄ illam differentiā unq; obseruauit, talem autē habeas differentiā. **GR**atia 20 in prosa oratiōe dici. **GR**ates in carmine, nec nisi raro grates in soluta oratione usurpandū censeo, nec nostri proprie, & usitate apud ueteres loquūt, dicentes habemus uobis grates immortales. **Grates** em̄ poeticū est. Item in hoc carmine. **Est** hæresis secta nomē trahit a seco uerbo, hæresis em̄ prima longa est, quia diphthongus est, ut in dictione modernus diximus, pari modo **Alexan.** gallus errauit in iij. **Sic** & herilis herus hæresis, tñ excipis heros. **Plus**, secta dicit a sectando, ut dicit **Dona.** atq; ibi. **Orator** sit discipulus **rhetor** docet illū. **OR**ator em̄ est qui orat causas uel in cōcionibus uel in iudiciis **R**Hetor autē professor rhetoricæ artis. **Estq;** multū præstātius nomē orator q̄ rhetor. **Nec** ualet illa dr̄na eiusdē. **Dic** aures hoīs, dic aurículas asinoꝝ 20 rū, nec itē illud carmē. **Muscipulæ** murū, sunt discipulæq; luporū. **Decipu** la em̄ uel decipulū, est instrumentū ad decipiēdas aues, & feras q̄scūq; fraudulēter cōparatū, ut in **Hieremia**, sicut decipula plena auibus, sic domus eorū plena dolo. **EX**cipulæ autē sunt foueæ q̄bus fraudulēter pisces excipiunt. **Pli.** lib. ix. de anguillis, glomeratæ uoluunt mirabili multitudine ut in excipulis eius fluminis ob hoc ipsum fabricatis singulorum milliū globi reperiant. **Nec** illud. **Est** lenonis amasia, sed qua cōsidis amica **Luxuries** pri 30 m̄a faciet natura secūdā. **AM**ica em̄ frequēntiori est in usu pro ea cū qua nobis est coitus, q̄ pro cōsanguinea, in q̄ significatione rarissime accipiūt, præter em̄ alios scriptores elegiographos qui ubiq; amicā in malū accipiūt, etiam 30 **Tertulianus** noster in malū accipit loquēs de **Ioue**. **Non** ita dilectarū iam pridē amicarū. **Sed** **AM**asius, uel amasio, onis. ut **Apuleius** utit, & amasia accipiunt pro eo uel ea qui uel q̄ amat uel amat. **Gel.** li. viij. ca. viij. **Delphis** nos uenercos esse & amasios dicit. **Hiero.** sup ezech. amasius uenerisq; pulcherrimus iuuenis &c. **Et** sepe alias utit hoc uocabulo. Itē ibi errat. **Quis** potius plures loca tu pomaria dicas. **Asi** pomaria sunt ubi poma abscoſa tenentur, de q̄bus suo loco. Itē in sequentibus oibus uersibus abiice dr̄nam **Eber** hardinā. **Pabula** dic hoīs sed brutū dic aialis, pascua. **Nos** hoīm propriamā 40 millas dicimus esse. **V**bera sunt pecudū, sed māmę sunt mulierū. **Cuius** māmę millas dixisti dicq; papillas. **Dicit** em̄ **Pli.** li. xi. ca. xxxix. **Māmas** homo sol⁹ e maribus habet. **Idē.** ursæ māmę q̄ternas gerūt **Delphini** binas in ima aluo papillas tm̄. **Et** balenæ uitulicę māmę nutriūt foetus, hæc **Pli.** **Et** **Hiero.** in euan. **Et** beata ubera q̄ suxisti. **V**ides hanc tuā dr̄nam stolidā esse & nes

DE ABEVSIONE

tñini obseruatā. Delirat ulterius **Gręcista** dicēs. **Aula** domus comitū, sed re-
 gia mansio regū. **Induperatorū** sunt cella palatia dicta. **Hęc** em̄ est insulsissi-
 ma dr̄na. **AVLA** em̄ silit̄er & palatiū regū sunt & imperatorū & diuitū si-
 ne ullo discrimine. **Nec** ista. **Cingula** cornipedis cingētis cingulus esto. **At**
 neutri gūis sit zona tibi mulieris. Itē nec illa absurda. **Dicit** hęc **buxus** dū ui-
 uit in arbore ramus. **At** si detrūces hoc **buxū** dicere debes. **Nā** **luxus** etiā
 de ligno dicit. **Buxus**q; uocat **bercindiya** mater. Itē illa, uestes sunt mulieris
 sed uestimēta uirorū. **Et** illa, **Affectus** mēis sed corporis esse uolūtas, & mē-
 ra deliramēta in his blactit uersibus. **Vespere** sit nona si re mutaueris in rū.
 Illius occasum, **uesper** sit q̄libet hora. **Quo** sol obtegū nubis caligine terra.
Rirorū cantāt, re rarū timpana pulsant. **Ista** em̄ dr̄na oīno confundit ab au-
 ctoribus, **uesper** **uesperū** & **uespera** sine discrimine ponunt, itidē **uesperi** &
letudo em̄ uocabulū est melum, hoc est indifferens ad bonū & malū, ut bo-
 na ualetudo. i. sanitas, mala ualetudo. i. infirmitas. **Inde** ualetudinariū dicunt
 tur q̄ frequēter sunt infirmi. **Et** ualetudinariū dicit̄ locus in q̄ ægroti curant̄
 teut. **liechenhus**; qualia sunt in cęnobiis monasticis, qd̄ ipsi minus latine in
 firmatoriū appellat̄. **Annæus Seneca**, tanq̄ in eodē ualetudinario iaceā,
 de cōmuni malo tecū colloquor. **Et Columel**, li. xij. rerū rusticarū. **Siue** alte-
 rū languidiorē in ualetudinariū cōfestim deducat, loquēs de seruo uillatico
Et ualetudo le. pducit. **Hor. ij. Saty.** **Dura** ualetudo incidit̄ seu tarda senes-
 ctus. **Nec** ualet ista dr̄na. **Esca** uolatiliū cibus, epulæq; uirorū. **Diuorū**q; da-
 pes, firmat, ut **Isidorus**. **Cenā** prudētū cōuiuia dic̄ sociorū. **Sanorū**q; cibus
 gñalia cibaria dicas. **Nolo** em̄ nimis anxie has dr̄nas obseruare, q̄ & si **Ser-**
 uius dixerit **DAPes** proprie esse deorū, ut **Virg.** in viij. **Hęc** ubi dicta da-
 pes & sublata reponi. **Sunt** tñ dapes & hoīm uel eorū improborū. **Virg.** in
 iij. **Nam** simul expletus dapibus uinoc; sepultus. **Cibarius** etiā a. um, signi-
 ficat uilis & plebeus, ut **cibarius** panis est fordidus & uilis. **Tul. in v. tusc.**
 cū **cibarius** in casa panis datus esset, nihil uisum est illo pane iucundius. **Ci-**
 bariū etiam uinū pro ignobili posuit **M. Terētius Varro**. **Addē** q; & epu-
 læ etiā de diis dicunt̄. **Item Vir.** ut tu das epulis accumbere diuū. **Hic** uelim
 obiter etiā admonere lectores ne nimis anxias & molestas differētias uelut
 insectari, quas nouerint pstantissimos linguæ latinæ auctores confudisse, si-
 cut **Acrō** **Horatiani** carminis satis luculētus interpret, ne in ea quidē re be-
 ne probatur, dicens accumbere esse deorū, discumbere hominū, recumbere
 ferarū. **Cum Cicero** in primo de orato. nulla lege astrictus dicat de homi-
 nibus, tantā in **Crasso** humanitatē fuisse, ut cum lautū accubuissent, tollere
 tur omnis illa superioris tristitia sermonis. illā autē differētia superstitiose
 uelle obseruare q̄ linguæ latinæ parens **Cicero** cōfundit, hominis credo es-
 se multū superstitiosū & in lingua latina heretici. **Nec** ualet istud carmē eius
 dem. **Est** homo morosus si sit bene morigeratus. **Morosus** em̄ non est ille q̄
 est præditus bonis moribus, cum hic dicat̄ **moratus**, sed morosus, ut tradit
Porphirio nō pessimus grāmaticus, est qui est multorū morū inter se con-

trariorū, ut sunt senes, dicente **Cicerōe**. At sunt morosi & anxii & difficiles senes. **Morositas** itaq; proprie est quādo res pene nulla animo hoīs cuncta fastidientis satifaciat. **Nec** ualeat ille uersus eiusdē. **Me** mos morosum mora me facit esse morosum. **A** mos em̄ morosus uenit, nō a mora, ut dicit **Val** la, non tñ repugno a mora dici posse morosus nō tamē facile uisitatū. Male etiam dicunt nostri, morose faciat. **Nec** ista differentiā eiusdē obseruatur cū dicitur, q; **Crinis** sit tantū mulierū, **Cæsaries** uirorū, **Coma** quadrupedis, **lubar** serpētis & leonis, & male dicit **Catholicō** q; **Coma** sit tantū mulierū, **Coma** em̄ de uiris dicitur. **Oui**. in opere meta. de **Polyphemo**. **Nescio** quē regnare **Iouē** coma plurima toruos **Prominet** in uultus. **Et** **Corne**. **Tacit** 10
tus de germanis, unde habitus quoq; corporū quanq; in tanto hominū nū mero idē omnibus truces & cerulei oculi, rutilæ comæ &c. **Et** **Hora**, in carminibus de **Thelepho** loquens. **Spissa** te nitidū coma, puro te nitidū **Teles** phe uespero **Tēpestiua** petit **Cloe**. Itē **Cæsaries** de mulieribus. **Virg.** iiii. ge or. **Drymo**q; xantoq; ligeaq; philodoceq; **Cæsariē** effusæ nitidā per candi da colla. **Et** **crinis** etiā uirorū. **Iuue**. **Saty.** iij. Ille metit barbā crinē hic depo nit amati. s. pueri. **Vitabis** & illā differentiā stolidā eiusdē. **Scrobes** serpētū sunt, at spelunca leonū. **Sunt**q; sepulcorū foueę, sunt antra draconū. **Vt** plæ risq; placet, **Cauernæ** cuniculorū. **Vitabis** & illā. **Vrinas** hominū dic, lōs 20
tia sunt asinorū. **Lotiū** enim latinū est uocabulū & uetus, ualens tantū quan tum urina. **Item** & illā. **Ad** corpus sanctus, ad mentē pertinet almus. **Cum** potius terra dicat alma, ab alēdo eō q; nos alat. **Et** corpore nō sanctū, sed ani mo & mente esse pollumus, pro ea significatiōe qua ipse & nos nūc sanctū accipimus. **Alioqui** apud ueteres sanctus erat impollutus quales erāt lega ti iure gentiū. **Nec** ualeat hęc duo carmina. **Simplex** legitimus, simplex idio ta uocet. **Simplicitas** bona sit, & mala simplicitas, ut diximus in dictiōe sim plex. **Derideamus** & illā differentiā. **Baptismū**, pprie, tibi sit mūdatio mētis. Exterior q̄ sit per aquā baptismus uocat. **Hęc** uox baptismus necit utrūq; sibi. **Baptismus** em̄ & baptismus a græcis dicit. **Baptismū** in neu. ge. nō dicit (ut testis est **Lauren. Valla**) ab eisdē, at ecclesiastici doctores nostri utunt, ut 30
Hieronymus in **Marco** ca. xi. & **Ambro.** in sermone octauę epiphanię. **At** tutius & melius primis duobus uteris, & nulla est differentiā eorū, pro eodē enim ponunt. **Derideamus** & illā. **Pilleus** est iuuenū, peregrinantūq; gales rus. **Præsulis** est mitra, nobilitūq; tiara. **Præter** cetera em̄ mitra est pprie mīr tierum, non præsulū. **Vlpia**. ff. de auro & argē. &c. **Muliebria** sunt quę ma trisfamilias causa parata sunt, quibus uir non facile uti potest sine uitupes ratione, ueluti stolæ, palliæ, tunicæ capicia, zonæ, mitræ. **Dicimus** itē pileū in neu. gene. si credimus **Vallæ**, non pileus. **Martia**. **Cūq;** decent nostrū pis 40
lea sumpta **Iouem**. **Hieronymus** tamē utitur pileolus, q; si bene, dicitur & bene pileus. **Tiara** si credimus **Hieronymo** ad **Fabiolā**, uestis est tam sacer dorum q; pontificū, & est capitis tegimentū, ut idem dicit quasi sphaera me dia sit diuisa et pars una ponat in capite. **Hoc** græci & nostri tiarā, nonnulli galerū uocat. uides hic **Hierony.** pro eodē posuisse. **Suidas** autem docet ua
 f iij

DE ABySSIONE

ram esse ornamentū capitis, quā rectū soli reges gestabāt apud **Persas**. **Inde**
Tiaraphori dicunt quasi gestantes tiarā. **Alio** uocabulo tiarā uocant **Cida**
rim, de quo etiā apud ecclesiasticos scriptores mētio fit. **Hiero.** in **Ezechiele**
 ait. **Cidaris** insigne est pōtificis corona est, hoc est diadema regis indicium.
Tiara est tam scēmi. q̄ masculi generis. Et illā differentiā. **Sit** thalamus spon
 si camerā dic esse scholaris. **Camera** em̄ non est totum cubiculū sed lacunar
 parsq; superior cubiculi. Et illā. **Pauperis** est palla, ditis chlamys at mediō
 cris **Pallia** sunt tribus his **Mantellus** conuenit hęc uox. **Quid** potest stultū
 us & cōtemptius dici p̄sertim apud disertos q̄ hęc differentiarū miseria &
 somniabunda deliramēta: quapropter in re tam manifestaria pudet me ad
 10 ducere in contrariū exempla. **Quoniam** quidē nemo est tam sine oculis, qui
 non has perspiciat meras esse nugas. **Chlamydes** puerorū & filiorū esse tes
 tatur **Vlpia.** ff. de auro & argento &c. **Nec** **Mantellus** latinū est, ut alio lo
 co dixi. **Scholaris** etiā suo loco &c. **Derideamus** & hanc differentiā. **Oris** cū
 corde confessio dicitur esse. **Sed** cor nō ori concordia passio tm̄. **Futilis** est de
 ridendaq; & hęc differentia eiusdē **Vrbis** porta fores thalami, sed ianua tē
 pli, **Penoris** est ualua. **Quod** & **Oui.** manifestat. **Derideam** & hęc, **Castro**
 rū prætor, præfectus dicitur urbis. **Ecclesiarū** dicitur prepositus sit siue scho
 laris. **Dicitur** em̄ prætor urbanus ab urbe apud romanos. **Et** prætor peres
 20 grinus ut. ff. de origine iuris luculentissime tradit **Pompo.** iuriconsul. **Præ**
 pōsitus aut̄ & prælatus, ut sint nomina dignitatis, ego nō dum legi apud ue
 teres, quāuis & ego ipse quondā scripserim in carmine. **Corrige** peruersos
 plate monastice mores, sed correxi & præfete posui, magis tm̄ toleratur præ
 positus q̄ prælatus. **Nec** ualet ista dr̄na. **Pupillus** matre caret, orphanus est
 sine patre. **Nec** bene posuit hoc carmē. **Dicitur** abba pater, abiolon inde ue
 nit. **Debet** em̄ referēte **Nestore** scribi abefalom cum e post b & m in sine, ut
 scribit apud hebr̄os. **Chaldeos** & **Græcos**, & est penul. lōga, nō breuis. **Pru**
 dē. **Solus** abefalom lacerās pia uiscera ferro. **Nec** ualet ille uersus. **Mors** ni
 gron est nigromantia dicit̄ inde. **Necromantia** em̄ dicitur, non nigromantia,
 30 ut in eadē dictiōe suo loco uidimus. **Nec** ualet iste. **Dic** pratos esse manū qa
 practica nascit̄ inde. **Pratos** em̄ q̄ significet manū nondū legi, **πρακτός** aut̄
 agibilis significat, & **πρακτικός** efficax, factibilis, actualis. **Practica** aut̄ uo
 cabulū primū ad nos transtulit **Quinti.** **Nec** iste. Est quoq; dulce cimē inde
 cimiteriū. **Dicit̄** em̄ cœmiteriū nō cimiteriū, ut suo loco dicā. **Errauit** & in
 his uersibus, **Kirrios** est porcus nō dicas kirricleyson. **Et** kyrios dñs uult q̄q;
Mercurius. **Non** em̄ kirrios dicitur porcus ut hic somniat. **Sed** **κύριος** chi
 ros, kyrios uero uocatur dñs. **Inde** kyrie, eleison duæ integræ dictiōnes. **Qz**
 si in annotationibus hymnorū aliter senserim, nūc tamē ioannē capnionē
 Phorcensem sequor qui in hūc modū ad me rescripsit, aio kyrie trisyllabū
 40 esse, cuius prima per hypsilon, secūda uero iota scribit̄, & accētus acutus in
 prima leuatur. **Eleison** aut̄ uerbū imperatiuū tetrasyllabū, accentu siliter in
 antepenultima acuto, non em̄ sit diphthōgus unq; ex e & η. i. ita uocalibus
 quapropter a nostris ob ignorantia **Hellenismi** iam dudū cepit male pro

nūciari, & ego integre kyrie eleison nup̄ inueni in antiquo codice in monasterio ad duplices aquas, hoc est Zuifuldensi. **V**aleat aut̄ eleison. i. miserere. **D**elirat **E**berhardus & in his uersibus. **N**ō clara matre natus claroque parēte, **V**t plerisque placet dicit̄ eē nothus. **S**purius est natus tātū clara genitrice. **A**udi **L** Laurentiū in **A**ntoniū **R**audensem, q̄ nothus sit natus ex nobili p̄re & infami matre, miror cur dixerit **R**audensis, cum parū ante **Q**uintilia. au tulerit dicentem. **N**othū qui legitimus non sit uocant gr̄eci, non aduertēs eodem loco dixisse **Q**uintilianū, ut **C**atonis oratione testatū est, quia nō habemus nostrū, utimur peregrino, igit̄ nothus est absolute illegitimus. hęc ille. **S**purius autē dicit̄ absolute qui incerto patre natus est, quem **M**odestinus iuriscōsul. ff. de statu ho. uulgo conceptū appellari testat̄. **V**nde spurius etiam uersus dicit̄ alterius ac incerti auctoris **A**usonius de **A**ristarcho **Q**uicq̄ notas spuriis uersibus apposuit **B**astardus autē apud latinos nuncq̄ legit̄. Ita nec bene **B**ernardus in glossa capi. **N**isi cum pridē de renunciatiōe ubi dicit̄, **M**anser proprie dicit̄ de scorto natus. **S**purius de concubina. **N**othus de adulterio natus. **E**t naturalis dicitur natus de cōcubina quæ tenet̄ in domo, nec item bene pontifex in eodē capitulo. **M**anser em̄ nō est uocabulum apud ueteres usitatū. legit̄ tamē apud **E**cclēsiasticos & **B**iblicos, nā hebraicū est, nō latinū, neq̄ gr̄ecū, diciturq̄ manser per m, nō manser, ut imperiū scribunt teste **I**oāne **R**euchlin in libro de rudimētis hebraicis. **N**aturalis autē filius dicit̄ legitimus & de legitimo toro natus, ut apud latinos & eruditos scriptores inuenies, & apud iuriscōsultos illos latinos & elegantissimos. **V**nde **V**lpianus. ff. de senatoribus dicit̄. **S**enatoris filiū accipe debemus nō tm̄ eū qui naturalis est, uerū adoptiuū quoq̄, & eodē titu. l. liberos. idem dicit̄. **S**icut etiā pater naturalis dicit̄ legitimus, ut **C**aius. ff. de ritu nuptiarū. l. si quis. **N**aturales liberi, licet in adoptionē dati fuerint senatus cōsulto continētur, & sæpe alias, p̄sertim. ff. de gra. offi. l. si filii. filius naturalis. i. legitimus dicit̄. **A**t neotericos in hoc loco non sequemur, sed latinos & iuriscōsultos, nō **I**ustinianū, qui eū plebe errat in autēticis, quibus modis natus. si. effi. legit̄. collatiōe. v. **E**t itē de sanctis. ep̄is. colla. ix. in principi. **N**ec ualet ista differentia eiusdē. **E**st hominis libitū, placitū solet esse deorū. **P**lacitū em̄ hominū uel eorū dē stultorū est, teste **L**actā. in pri. instit. c. xv. **Q**uis em̄ (inquit) tam demēs qui cōsensu & placito innumerabiliū stultorū &c. **M**iror in primis unde cōmentus sit homo ille tales differentias, quo spiritu uel auctore effuderit. **N**ec illa. **A**lterius uiolās uxorē ferī adulter. **A**st mechus faciens incestū cum meretrice. **S**ignat adulterium, fornicor & reliquū. **F**ornix est arcus, fornicq̄ domus meretrici. **A**dulter em̄ & mechus gr̄æce p̄ eodem ponunt̄. **E**t adulteriū seu gr̄æco uocabulo $\mu\omicron\iota\chi\epsilon\iota\alpha$ mechia penul. produ. cōmittit̄ in nupta. unde **M**odestinus iuriscōsul. ff. ad le. iulīa de adultere. & su. dicit̄. **A**dulteriū in nupta cōmittit̄. **S**uprū in uidua uel uirgine uel puero cōmittit̄. **A**ttamē & suprū corporis, apud **S**alustium, & alios etiā pro simplici, ut dicit̄ fornicatione interdū sumit̄. **S**uprū itē pro adulterio accipitur, & apud **C**iceronē lib. ij. de finibus bono. & malo. stuprata p

aim Lucretia a filio regis. Incestus uero, ut idem dicit, cōmittit eū priuignā,
 nuru, nouerca. Et Paulus dicit. ff. de ritu nupt. Incestū cōmittit, q̄ ex gradu
 ascendentiū, uel descendentiū uxore duxerit. Sed lenociniū facit, ut dicit Vb
 pia. ff. de his q̄ no. infra. qui quæstuarā m̄cipia habet, uel qui hūc quæstū in
 liberis exercet. Sunt igit̄ Lenæ, ut idē dicit. ff. de ritu nupti. q̄ mulieres q̄stua
 rias p̄stituūt, & si qua cauponā exercens in ea quæstuarā corpora habeat
 ut multe. Perductrices autē & perductores sunt teste **Manio Pediano** care
 p̄sonarū, in q̄bus supra exercita legibus uindicanī. **FORNIX** autē nō est
 ras faciunt, siue naturales, siue industria humana p̄fecte. Et q̄m meretrices
 in hmōi locis & cellulis p̄fiant, factū est ut fornix p̄ lupanari capiat̄. Et for
 nicari p̄ scortari. Sed p̄ter ecclesiasticos uix quempiā inuenies qui fornicari
 p̄ scortari accipiat. Latini em̄ prisca q̄ signate locuti sunt accipiūt fornicari
 p̄ incuruare ad silitudinem fornicis, sicut **Plinius** & alii. Et fornicator apud
Paulū. ff. de fun. instru. accipiūt p̄ ministro fornicis i balneo calefactādi. Nec
 ualet illa differētia. **Parricida** patrē qui transfigit, siue parentem est **Patrici**
 da suā qui uiolat patriā. **Patricida** em̄ dicit̄ qui patrē interficit. Et **matrici**
 da qui matrē, qui & gr̄ce μητροκτόνος. **Unde Ausonius** **Matricida** Nero
 propriū uim pertulit ensis. Itē **fratricida** qui fratrem occidit. Sed **parricida** per
 abusionē teste **Quintili**. in. viij. matris quoq̄ & fratris interfeitor dicit̄. **Po**
 nitur & aliq̄n pro simplici homicida, unde **parricidiū**. i. homicidiū. **Unde**
Pomponius. ff. de origi. iur. propterea quæstores constituebant̄ a populo
 qui capitalibus rebus p̄essent, hi appellabantur quæstores parricidii. **Hęc**
 sunt quæ obiter. terigisse libuit ex innumeris erroribus, quos in posterum
 eradicabimus, si hęc placuisse intellexero.

CONTRA IOANNEM de Garlandria.

Ioannes nescio quis de **Garlandria** edidit cōpositā uerborū, & quocorū li
 brū, & synonyma, & librū de deponētalibus, a cuius opibus caueas, tanq̄
 a uenefica cicuta, a labeq̄ ingenii pestifera. Multo em̄ plus delirati in syno
 nymis, equocatiōibus & interpretationibus, q̄ hic **Eberhardus**. Nec paruo
 libello contētus essem, si eius errores in mediū afferre uellē, quos uel pru
 dens ipse adolescēs dinoscere & diiudicare p̄ōt. In uerbis autē deponentali
 bus interdū adeo barbara & uandalica uerba hic adducit, ut in linguæ la
 tinæ interitū cōiurasse posset existimari, interdū adeo inusitata & exoleta,
 & ab ultimis etiā obliteratis repetita t̄pibus, ut uix **Corūcanius** & **Fabrici**
 us, aut **Sicani** **Pelagiq̄** qui primi coluisse Italiā dicuntur, in usu habuerint.
 Quare cōsultissimū tibi sit eius libros oīno declinare. & una litera oēs des
 lere, ne te falsis molestisq̄ gr̄amaustarū fabulamētis irretiant. Sed uale can
 dide lector, nec detrahēdi studio hęc me scribere credas. **Non** em̄ detrahit̄
 qui uerū dicit, nec ego eius uitā uel mores taxauī, sed errores in lingua lati
 na (non detractione sed ex instituto) ad quā illustrandā, & ab iniuria asserē
 dam omnes studiosi accingamur, ne nos germani cæteris nationibus ridē
 culo simus inculto & barbaro sermone nostro, q̄ si in toto opere alicui ex

scriptoribus uel antiquis, uel neotericis contradicere uidear, ductus forsitan maiori auctoritate uel saniori ratione, proterea non uelim cenferi ex his, q̄ cōtra laruas pugnat, nec illi a me iniuriā fieri, ad quod me nō uolūtas, sed suscepti operis & prouincię necessitas traxit. Nam ut famę mortuorū detrahare uelim nō est uerecūdię meę, qui nulli uiuentiū detrahare consueuit sed si forte in scriptis meis aliqua reperiūtur, in quibus aliter aliquid q̄ forsitan aliqui hodie uiuentes sensisse reperiar, nō cōtra illos dictū eē, sed quod mihi uidebat a me scriptū esse existimari uolo, ueluti ad diuū Hieron. scripsit Augustinus, iterū uale. Ex Tubinga.

DE QUIBUSDAM barbaris orationibus in cōmuni ab indoctis multū usitatis.

10

Omnes bonarū artiū studiosos in germania, pro cuius laude & utilitate hoc opus suscepimus, admonēdos hic nō inoportunū duxi, in coniungendis latinis dictionibus nō omnia latina cōformari posse nostro sermoni germanico, decor em̄ unius linguę nō quadrat in alia. Nā ut graphice dicit Hiero. ad Pāmachiū. Difficile est alienas linguas insequentē non alicubi excedere, & arduū, ut quę in alia lingua bene dicta sunt, eundē decorem et translationē conferuent. Et idem super Matthe. latina cōsuetudo gręco idiomati nō respōdet, ergo multo minus nostra cū latino uel gręco, ut quislibet mentis cōpos diiudicare potest. Inde male dicimus. Mito te scire q̄ ego bene possum, sicuti quidā scripsit, quē in hoc noiare inhumanū puto, dices re em̄ debuit. Volo te scire me sanū uel incolumē esse, uel reddo te certiorē me bene ualere. Item male. Vnde secas loānes, hoc est, unde uenis. Item male. Ipse fiet legere, domini nō erūt facere. Tu dic. Ipse leget, dñi nō faciēt. Item nec bene. Apes hoc anno bene stabūt, ut nup quidā astrologus uaticinatus est. Male etiā sic loquimur. Somniauit mihi, me friget, me esurit, sedeas te. Item ero uenire. Rex non erit uenire, sed dicas ueniā, uel rex ueniet, & sisia.

20

Vernacula em̄ nostra lingua nō pōt per oīa sequi latinā, neq; ecōtratio latina nostrā. Barbare etiā dicimus, Beneueneritis, uel sitis bene uenturus, uel beneueniat dominus. Latini em̄ dicūt. Salue uel saluete, aut aue, uel saluus sit aduētus tuus, uel gaudeo te saluū aduenisse, ita dicit Valla. Neq; ē apud latinos aliud uerbū q̄ aduētū nos rñdeamus q̄ salue, nisi more uulgaris magis q̄ pbato dicimus beneueneritis. Item & barbare dicimus. In qua bursa statis: Et in qua lectiōe sedetis: uel ego sedeo in secūda parte &c. Itē barbare dicimus, decernimus q̄ uti debeat, de quo Valla cōtra donationē Cōstantini sic loquitur. Quid illa loquēdi barbaries, decernimus q̄ uti debeat, pro eo qd est decernimus ut utat, sicut nunc barbari hoīes scribūt & loquūtur. Iussi q̄ deberes facere. Iussi q̄ deberes uenire, pro eo quod est iussi ut uenires, & plura similia. Etiā barbare dicimus. In prouincia Sueuię. In prouincia Gallię uel Macedoniae, uel in urbe Florentię, uel Romę, uel in insula Sicilia. Sicur Gellius lib. xvij. ca. ulti. dicit. Pos dixisse hominē cum inde irent in terram Italia fuisse. Itē li. xvi. ca. ij. spartū q̄q; usum in terra gręcia diu incognitū

30

40

DE ABVSIONE

fuisse dixit. Itē in urbe Roma, Florētia, sicut **Gel.** dicit li. xiiij. nō parui in urbe Roma noīs &c. nescio (ut dicit **Valla**) an pbe dicamus ex Roma urbe, ex Florētia, et silibus, sed potius cōtra ex urbe roma. ex urbe **Vlma**, ut **Cra** couia. sed q̄ **Virgi.** in. viij. dixit flumē hymellē. Et **Buthroti** urbē, impropie teste **Serui** loquit̄ poeta, licētia usus. Itē nō flasculus sed uasculū. Est em̄ uasculū diminutiū a uas, significatq̄ q̄dlibet uas ex quacūq̄ materia. sic **Vi** pia. ff. de auro & argēto. si cui uascula argētea, ut pote lances quadratę sint legatę &c. sic nō significat solūmodo ein flesch, ut nostri dicunt. Nec crustū bulus latinū est, sed possis dicere. **Vas** fictile. **Vas** famiū. **Vas** thuscum, aut **Aretinū**. Nec cussinus latinū, sed puluinar, uel ceruical penul. Ion. sicut & uectigal & torcular scdm̄ aliquos. Nō hñ dicimus occido te cum gladio, ut pcutio te cū ense, & silibus, ut alibi dicā. Sed occido te gladio, ense, sine p̄ positione. Itē male dicimus. **Sit** q̄qd sit, sed sit utcūq̄ sit. Itē male, dabo tibi unā rem p̄ alia, sed aliā p̄ alia, ut dicit **Valla**. Et male eodem teste, postq̄ tu hoc p̄ te nō uis mihi da, sed qm̄ tu hoc p̄ te non uis uti mihi da, siue qm̄ aut qm̄ dē. Itē male. **Capiatis** sessum, sed itē sessum, ut **Plau.** in penulo. ne sessū ducat. Item in euāge. iudei ad iudā dixerūt. **Tu** uideris mediā corre. in futuro conūctiui nō pdu. ut indocti legunt. Male etiā dicimus pludere uulgo uerspilen. Sed amittere ludo. Adde q̄ barbare dicimus. Est purus laicus, ut purus grāmaticus. Purus em̄ immaculatus & intemeratus est, quod nihil ad grāmaticū. At ita dicere possis, est detritus grāmaticus, uel solū grāmaticus, uel extremus idiota, ut dicit **Augu.** ad **Volusianū**. Possumus tñ dicere merus. Nā **Plau.** in milite dicit, meri bellatores gignunt, quas tibi p̄gnantis facit. Et in **Pseudo**. mera iam mēdaciā fundis. Idē in **gurgur.** ibi ostentatores meri cōfidētes garruli. Negat itē grāmatici bene dici uersus Romā, uersus **Sueuiā**, sed romā uersus, sueuiā uersus, sed non semp̄ ita obseruat. Dicit em̄ **Varro** lib. i. de lingua latina. **Cliuus** proximus ad florales usus uersus **Capitoliū** uetus. & **Cice.** ad **Appiū**. Cum ego laodicea usq̄ ad **Iconiū** iter fecerim. Male dicimus cōiungit se, teuto. es begeit sich. Itē dat se, ut multi loquuntur. **Volunt** em̄ cōfirmare uernaculā suā cum lingua latina. At dicas cōtingit sępe uel aliqñ. Male dicimus, emi hęc rem p̄ tribus denariis. Vel uendidi p̄ libra. Pro em̄ p̄positio circa uerba æstimationis omitti debet, ut uēdidi tribus denariis, nō p̄ tribus, et sic in silibus. Nā **Diomedes** dicit em̄ asse nō pro asse. Male dicimus. **Volo** iterū uenire, uel ecōuerso. **Vel** iterum tibi dare. Sed dicas uolo reuenire, uolo tibi reddere, & ita in silibus. **Ibam**, **transibā**, **reddā**, **exibā** in p̄terito imp̄fecto non **transiebā**, **rediebā**, **exiebā**, & hoc quasi speciale est in uerbo eo. Nā reliqua fere omnia uerba, nisi etiā excipiat̄ queo quibā, habētiebā in p̄terito imp̄fecto, ut **audiebā**, **seuiebā**. Nā ut dicit **Serui.** in. vi. ænei sup̄ hoc carmē **Virgiliū**, lenibat dicitis animū, lenibat p̄ leniebat & antique dixit. **Vt** squamis auroq̄ polibat, p̄ poliebat. Maiores em̄ in oibus cōiugatiōibus impatiuo bā addebāt, & faciebāt imp̄fectū indicatiui, quod in tribus obseruat. In quarta etiā e addit̄, ut **nutri** nutriebat. **Q.** igit̄ **Virgi.** in. ij. dixit. **Nutri**bat teneris immulgens ubera

labris pro nutriebat dixit. Et **Claudi.** li. i. de raptu. Hic elementorū seriē sedes
 q̄ paternas. **Insignibat** acu, pro insigniebat. Fallit tñ & hæc regula in uerbis
 cio terminatis teritiæ cōiugationis. Nam faciebā, percutiebā dicitur, nō faces
 bam, percutebā. **Dicas** fugerunt nō fugierūt, petebā non periebā, ut mos in
 doctōrū est. **Matthæū** legitur nō oratio congruenter dicta, licet **Alexander**
 ea usus sit. **Male** a nostris dicit. **Tu** fecisti met, met em̄ solo se nihil signi, sed
 est syllabica adiectio. **Male** dicimus, iam diu, q̄ ille est mortuus, sed dicas nu
 per obiit. **Non** est dicendū teste **Vallensi.** **Nō** uidetur tibi q̄ benefaciā. Et mi
 hi nō uidetur q̄ bene loquaris, uobis uidei q̄ male faciamus. **Eruditi** em̄ sic
 loquūtur. **Non** uideor tibi bñfacere, tu nō uideris mihi bene loqui, sicut uo
 bis uidemur bñfacere, ita nobis uos uidemini. **Quintilia.** tñ lib. ix. instituti.
 dicit. **Cō**mode etiā apud nos aliquas ante oculos esse rerum personarū ue
 imagines fingimus, eadē aduersariis, aut iudicibus non accidere miramur,
 qualia sunt. **Videtur** mihi, & nōne uidetur tibi. Et idem lib. ij. **Cicero** ut mi
 hi quidē uidetur, & iucundus incipientibus est. **Nisi** uelis dicere suppositū
 esse **Cicero.** **Præceptū** **Vallæ** non tenet ubiq̄.

DE QVIBVSDAM Verbis mediam longantis
 bus contra uulgi consuetudinem.

Si uultis germani scholastici & esse & haberi inter grammaticos (ut idē
 sapius dicam) sit uobis in primis cura, ut prosodiā. i. accentum, hoc est pro
 ductionem & correptionē syllabarum obseruetis sanctissime. **Qui** em̄ lon
 gam breuiauerit syllabam, uel e cōtrario, manifestariū facit barbarissimum,
 ut apertissime tradit **Augusti.** lib. ij. de doctrina **Christiana** dicens. **Item** bar
 barissimus qd aliud est, nisi uerbū nō eisdē literis uel sono enunciatur: quo ab
 eis qui latine ante nos locuti sunt enunciari solet. **Quintili.** in pri. instituti. &
Donatus in eo opusculo, quod de figuris inscripsit idē dicit. **Accipe** igitur
 quædā uerba mediā producentia contra uulgi consuetudinē, & in dictioni
 bus pluriū q̄ trium syllabarū **L.** designat longam. **Trucido** Hora. **Ne** pue
 ros corā populo **Medea** trucidet. **Marito.** are. **Claudia.** **Concutit** & glebas
 secundo rore maritat. **Lego** are, allego, relego. **Quid.** Quippe relegatus nō
 exul dicor in illo, & **Virgil.** in vij. **Sedibus** & nymphæ, ægeriq̄, nemoriq̄ re
 legat. **Assueuere** perseuero. **Stadius.** Nam si ludere **Grippe** perseueras. **Cōs**
 polita em̄ sunt a seuerus. **Aufonius** tñ dicit de **Castore** & **Polluce,** Patribus
 ambiguis & matribus assueuatos. **Affligo,** infligo. **Claudia.** **Flectit** & assue
 tū spoliis affligit egestas. **Inuito** are. **Mardia.** **Me** meus ad subitas inuitet ami
 cus ofellas. **Confido,** diffido. **Claudia.** **Omnibus** exclusus cepus confidit in
 tino. **Oblimo** are. **Claudia.** **Luxus** & humanas oblimat copia mentes. **Æs**
 quo are. **Exæquo.** **Quid.** **At** tunc exæquor tetricas licet, illa sabinas. **Diffido**
 ere. **Claudia.** **Munera** decipiūt, qui se diffidit amari. **Mano** are, emano. **Clau**
dia. **Crimē** & ad nostras manauerit usq̄ secures. **Obsipare,** consipio. **Clau**
dia. **Pennatiq̄** murū circūstipantur amores. **Caligo** are, **Claudii.** **Sydera** tæ
 nareo caligantescq̄ profunde. **Adiuro** are, coniuro. **Clau.** **Coniurata** furie
 crinitaq̄ soribus hydris. **Fatigo.** **Vir.** **Quæ** mare nūc terrasq̄ metu cœlūq̄

DE ABRVSIONE

fatigat. **Formido** are. **Tullius** in arato. **Formidās** acrē morsum sepus his te
 q; nomē. **Instigo** are. **Vir.** Instigat studiis resonatq; fragoribus æther. **Vapo**
 ro as. are. euaporare. **Horati.** in episto. ad **Q. Leuum**, descendēs curru fugiē
 te uaporet. **Repo**, obrepo, surrepo. **Iuue.** Saty. ix. Poscimus, obrepit non int
 lecta senectus. **Liguri** penul. longa. **Hora.** li. ij. sermo. **Tractauit** calicē mā
 nibus dū furta ligurit. **Inclino** are, declino. **Oui.** Inclinat cursus & eadē cirt
 cuit auras, **Castigo** are. **Vir.** **Hic** grauis **Entellū** dicitis castigat **Acestes**. **Vesti**
 go, inuestigo. **Tulli.** in arato. **Cerula** uestigat finita in partibus asira. **Fastid**
 dio ire. **Vir.** Inuenies aliū si te hic fastidit alexis. **Suffoco** are, prefoco. **Ouid.**
 Suffocent animā dira uenena tuā. **Mensuro** penul. pro. **Aul. Gelli.** Gratia q̄
 paucis mēsurat singula uerbis. Item nutrit enutrit u producūt. **Claudi.** **Spe**
 nutrit ducitq; simul refouetq; leonē. **Nestor** sepe non spe legit. **Ideo** male dī
 cit nutrit primā esse correptā, corrupte em̄ **Claudianū** allegat. **Suffragor**, re
 fragor penul. longa ueniētia a suffragine, ut dicit **Perotus**. **Ouid.** siue **Vir**
 gilius fuit in priapeio. **Copia** me perdit tu suffragare rogatus, **Petronius** ar
 biter. **Ad** sonitum strepitumq; lucri suffragia uendunt, **Serenus**. **Q;** nobis
 fieri suffragia iusta recusat, præter morē aliorum. **Ouidi.** de nuce. **Quid** nisi
 suffragium nimbos uitantibus essem. **Alii** in hoc carmine **Quidii** uolūt suf
 fragium a frango deriuari, & corripī, quod ego non probo. **Adulor** aris,
 uel indifferenter adulare. **Et** uenit ἀπό τοῦ δουλου, quod est seruus, adulat
 ri enim seruile est. **Iuuenā.** **Quid** quod adulandi gens prudentissima laus
 dat, **Ruffus Festus**. **Cerulus** accedens diti loca flumine adulat. **Et** ego admo
 dum adolescentulus sic lusi.

Prohdolor o superi ueneratur solus abundās,

Nec probus, aut doctus, nemo iuuatq; inopem.

Et nunc diligitur nullus nisi cum sit adulans

Fallere qui nescis ue tibi nunc misero.

Dormito are, **Horati.** qūq; bonus dormitat **Homerus**. **Solor** aris. **conso**
 lor, desolor. **Virg.** dicitis solatur amicū. **Cōpilo** are, & expilare qū significat
 expoliare, ur cōpilant socios. **Cōniueo** cōniues, ere. **Silius**. **Cōniuentq;** solē
 q; pauent deprēdere, &c. **Appareo** appares. **Ouid.** Si qd es appares culpa so
 luta mea est. **Figo**, defigo ere. **Statius**. **Defigit** comitiq; obliquo lumine mō
 strat. **Pædico** are. **Catul.** **Pædicabo** & irrumabo. **Ilabor**, collabor, ut nostris
 illabitur oris. **Opsonor**, ut opsono as, pro eodē **Et** opsoniū o in medio pro
 ducūt, quia apud græcos per ω scribit sic ὀψωνιον & inde etiā per p opsoni
 um scribi debere uidetur, sed cū apud alios per b inuenerim, nō mutabo. **ps**
 pria auctoritate. **Hora.** **Omnia** conductis cæmēs opsonia nūmis. **Et** est op
 soniū (ut habet **Valla** in **Raudēsem**) quicquid carnis piscisue ultra panē pul
 mentūq; comedimus. **Opsonatores** autē dicuntur hi qui opsonant, hoc est
 opsonia quibus uescimur sciēter emunt, uulgo inkauffer speifung, unde **Se**
 ne. lib. vi. epi. adice opsonatores quibus dominici palati noticia subtilis est
 Male ergo **Accursius** glosator labitur, qui dicit opsonatores esse qui custos
 diunt dominum in lecto, uel qui resonant & cantant domino in mēsa. qui

quoties de rebus grāmaticis se ingerit, toties ineptit. **Marito** as, are. **Claudia**.
Concutit & glōbas sēcūdo rore maritat. **Refuto** & **confuto**, are. media
longa est, quia a re & con & fando componuntur, a in u mutando, ut dicit
Festus. **Virgili**. in xij. Italia ad mortē si te fors dicta refutet. Item deriuo, are.
iūdem mediam longam habet, ex riuo enim i longam habente componit
tur, & est deriuare aquas, cum in maiorem congeriem creuerint in plures ri
uos deducere, hinc improprie & transumptiue unum uocabulum dicitur
ab alio deriuari. Et ut paucis concludam, omnia sequentia penulti. produ
cunt. **Allido**, **Præstolor**. **Immuto**, are. **poto**, **epoto**, **eradico**. **inquierto**. **libo**, de
libo, **prælibo**, **prauo** & **deprauo**. **relicet**, **illucet**, **denudo**, **renudo**. **nudare** u
longa. **Virgi**. de liuore. **Inforlix** macies renudat ossa. **Sudo**, **desudo**, **insudo**
sicut nudo. **Virgi**. eodem. **Sudat** frigidus intuens quod odit, similiter dus
ro induro. **Quidi**. lib. vi. meta. **Induro**q; niues & terras grandine pulso. **Dis**
lato as, are. **penul. pro**. **Virg**. in more. **Leuat** opus palmisq; suū dilatat in or
bē. Itē similiter coloro as, are. & decoloro. **Vir**. de liuore. **Pallor** terribilis ge
nas colorat. Item extrico penultima longa. **Horatius**. **Mercedem**, aut num
mos unde, unde extricat amaras.

DE QVIBVSDAM Verbis mediam breuianti
bus contra uulgi consuetudinem.

Inquino as. **Ruffus Festus**. **Pestifero** afflatu serpens uagus inquinat ethrā.
Educo are. **luue**. Terra malos homines nunc educat atq; pusillos. **Virgili**.
Quattuor hic iuuenes totidē quos educat **Vphens**. Eodē modo. **Māduco**
corripi credo. Nam utrūq; a **duco** as, are. in uisitato uerbo deriuari uidetur,
hoc ante sensu & nunc libenter sentirē, sed ex deriuatione **Perotti** producit.
Dicit enim q; a manu ducenda descendat, unde a iure produci debuit quia
duco is, ere, etiam producit cui suffragatur (ut citat cū **Nonius Marcellus**).
Lucilius lib. iij. **Satyrarū**. **Commanducatur** totum complexa comestq;. Et
idem lib. xv. **Cōmanducatus** corruptit adnecita adegit. producit & **Arator**,
licet nullius auctoritatis existat. **Cauo**, **excauo** corripunt a. **Virg**. in vij. **Te**
gmina tuta cauant caputū flectūtq; salignas. **Rigo**, **irriigo**. **Lactantius**. duo
deties undis, irrigat omne nemus **Autumo**. **Seneca** in **Hyppo**. quod esse te
net autumas dignam nece, componitur ex ab & æstimo, ut dicit **Nigidius**
Figulus. **Horati**. **Autumat** hæc populus hæc magnos formula reges. **Con**
gelo as. **Quidi**. **Congelat** & tectis in mare serpit aquis. **Ligo**, **illigare**, **religo**.
Claudia. Et **sparsos** religant crines & uulibus addunt. **Aggrauo** are, **con**
grauo. **Quidi**. Sed magis hæc quo sunt cognitiora grauant. **Concoquo** ere,
præcoquo. **Stati**. Et quas præcoquit ebosita cannas. **Innato** are, **annato**.
Claudia. **Annatat** unda fretis extremaq; lucis imago. **Erudit**. **Quid**. **Erudit**
& rarum pectine denset opus. **Pernego**, **abnego**. **Claudia**. **Pernegat** hic sem
per lapsuræ pondera terræ. **Intono** are. **Claudia**. **Intonat** erranti gladio **pez**
nituscq; trabali. Similiter & hæc penulti, corripiunt. **Perdocet**, **edocet**, **aro**,
exaro, **migro**, **immigro** & cætera composita. **Defodio** defodit. **Oui**. lib. iij.
meta. **Fa**. iij. **Vim** tulit inuitæ dicentem defodit alta &c. **Satago**, quia a **sais**

DE ABRVSIONE

Ego breui prima cōponitur. Transuado & transuador, id est uadū trati-
 ticio, & uado etiā corripunt. Qui. lamq; uadaturus lectica prodeat inquit.
 Item stupro, as, are, & constuprare, sicut etiam stuprum, Prudentius. Et su-
 pra uestra dex ueneris prætexitis umbra.

DE QVIBVSDAM Nominibus mediam breui antibus contra uulgi consuetudinem,

In nomibus etiam notabis q; **V**aleri utūs iuxta **N**igidii siguli sententiā
 acuit primam, non secundā. Et ego addo **V**irgili. **G**eorgi. **M**ercuri, quia sit
 militer secundā breuiant. At super hoc **G**el. ita dicit lib. xij. Si quis nūc **V**a-
 leriū appellans in casu uocandi secundū id præceptū **N**igidii acuerit primā
 10 non aberit quin rideatur. Immo & ego suffragor **G**ellio in **V**aleri, quoniā
 & similiter prima, ut secunda breuiatur, nō tñ eadē ratio est in **V**irgili. **G**e-
 orgi & **M**ercuri, similibusq; quia cū prima longa sit, secunda breuis, secun-
 dā acuendo, accētus repugnat cū quantitate, quod est contra **Q**uintilianū,
 ut dicā de accentibus, sic igitur iuxta quantitatē poteris primā non secundā
 acuere, sed quod **P**risci. dicit ea uocabula iam dicta in secunda acui debere,
 nō in prima, forsan in hoc iuuatur p̄ter nostrā consuetudinē quæ eū sequi-
 tur & bene, q; firmitas & uigor uocis in his noibus quasi quibusdā neruis
 additis intēdatur, ad quod ego quoq; accedo, optimā rōnem dat **S**erui. grā
 20 maticus doctiss. i. ænei. dicēs. Sane plerumq; accentū suū retinet etiā sermo
 corruptus, ut mercuri, domiti, ouidi, tertia a fine habere debuit accētū quia
 penul. breuis est, sed constat hæc noīa apocopē pertulisse, nā apud maiores
 erat ntūs & utūs, ut hic **M**ercurius o mercurius. **V**nde cū licet breuis sit etiā
 post apocopē suū seruat accētū. **H**ic obiter ānotandū **G**regorius nomē pri-
 mā longā, secundā breuē habere, contra quorundā usum. **S**ic em̄ apud gr̄c
 eos scribitur $\gamma\epsilon\gamma\acute{o}\rho\iota\omicron\sigma$ in principio per η quod in e longum conuertitur.
SA**X**ones uel melius **S**axones populi sūt germaniæ & media breuis est. **C**lau-
 dia. de consulatu **H**onorii. Ignotūq; frenū maduerūt saxone fuso. **O**rcades,
 in hoc uocabulo labitur **D**ionysius **N**estor alioquin doctus homo, qui di-
 30 cit mediā longā, allegans **L**ucanū in pri. Et biturix longisq; leues saxones
 in armis. Nam nō saxones, sed axones legendū est. **S**unt em̄. **A**X**O**nes po-
 puli galliæ, de qbus intellexit **L**ucanus accolæ axonis fluuī in finibus **R**he-
 morū, ut est apud **C**æsarē. **D**e **S**axonibus aut̄ nihil ad propositū, qm̄ longe
 distant a **G**allia, nec nomē habuisse creduntur eo tēpore. **Z**E**B**edei penul.
 cor. est. luuēcus. **H**inc tunc **Z**ebedei coniunx submissa rogabat, sed uix tenē-
 dus est hic luuēcus, nam apud gr̄cos pe , diphthongo scribitur. **P**E**L**ecan-
 nus a breuē habet, ut **P**aulus **P**ompilius docet, idē dicit in **A**ndreas penul.
 timā breuē esse, unde **P**hilelphus. **A**ndrea dū placita nobis munuscula mi-
 40 tis. **S**ed pelecanus ab aliis producitur, qbus ego plus accedo, quia accentu
 circūflexo in penul. apud gr̄cos scribitur $\pi\epsilon\lambda\epsilon\iota\alpha\iota\omicron\sigma$ & cū sit grecū non
 dicit̄ quasi pellecanus, ut quidā inepte tradunt. **S**I**M**onia penul. habet bre-
 uē non longā, similiter controuersia, quia uocalis ante uocalē breuiat̄, qua
 tñ dictione simonia uidelicet nō nisi ecclesiastici utuntur. **A**M**A**racinū est

ungentū ab amaraco herba odorata nominatū, & habet penultimā cor-
 ptam contra uulgi consuetudinē. **Lucretius.** Deniq; amaracinū fugitat lux
 & timet omne Vngentū. **AMARACUS** aut uulgo maiorana dicit genus
 herbæ. **PRÆCOX** præcocius media breui enūciatur. **Calphurnius** æglo.
 ij. Inſita præcocius ſurripere perſica prunis. **COPHINUS**, id eſt corbis pe-
 nultima breuis eſt, ut dicit **Iuue.** de iudæis. Quorū cophinus fornūq; ſup-
 pellex. **Hec** item teſte **Valla** in penultima corripitur (quæ uulgo, p̄dus
 cuntur male) proſelitus, **Idea**, ſicera, euronotus, anathema **Aeneas** propriū
 in actibus **Apoſtolorū**, **philemonē**, **ſarpedonē**, **palemonem**, canōnem que
 omnia penultimā corripunt. **EPHESUS** ciuitas media breui. **Hora.** Aut
 ephesum bimarſue **Corinthi.** **COLUMĒ** contra quorundā indoctorū
 uſum media breuiatur. **Hora.** in carminibus, **Grande** decus columenq; res
 rum. Et **Catullus.** **Theſſaliæ** columen peleu. Et poſtea æmathiæ columen
 peleu. Et **Cicero** de ſuo cōſulatu. Quæ magnū ad columē. **Dorothea**
 & **Timotheus** penultimā corripit. unde **Fortunatus.** Et cum **Timotheo**
 uiuere cura meo, ſimiliter **Dorotheus.** **Triumuiſi**, ſemiuiſi, penultimā
 ſicut eorū primitiuū corripit. **Federicus** et **Theodericus** penul. corri.
 ut tradit **Nefor Diony.** uſus tñ doctorū aliud ſequit, ſicut **Alaricus**, p̄dus
 xit **Claudianus**, cum quo ego ſentio, ſic **Henricus** & **Dominicus.** **Epis-**
 theon, uel epithetū penultima breui, ut alio loco dicā. **Criſtallinus**, ami-
 gdalinus, myrrhinus, ſmaragdinus penultimā habet breuē, non ut uulgo
 proferuntur. Et ſi ſmaragdus apud **Prudentiū** poetā etiā penultima longa
 inueniatur. **Martia.** Et turbata breui queſtus criſtallina uitro. **Serenus.** Ferē
 amidaliniſ ſuccus nucis eſſe bibēdus. **Iuuenalis.** Myrrhina deinde adamas
 notiffimus & heronices.

DE QVIBVSDAM diſtionibus mediā longantibus
 contra uulgi conſuetudinem.

Caminus media producta debet nunciari. **Clamdeſtinus** ſi longa de-
 bet nunciari contra cōmuniū grāmatiſtarū opinionē. unde **Silius** italicus.
 Ceter clamdeſtino traheretur ſœdere bellū. **Marcus manilius.** Et clamdeſti-
 nis ſurgentia fraudibus arma. **Sinapi** media producta eſt. **Serenus Sa-**
 tonicus. **Sæpius** ergo docet mordax hauriri ſinapi. **Sidon** ſidonis media
 p̄dus eſt apud alios. **Virgi.** Memini ſidona uenire. **Iuuecus** p̄ſbyter. **Sidonē**
 tyrūq; petit cū ſœmina ſiſis. Et **Qui.** lib. ij. meta. **Suſpicit** indigne ſidonida
 noie dicūt. **Corripit** apud alios. **Qui.** lib. xiiij. meta. **Sidonis** inq; pyra factū
 ſub imagine facta. **Eſt** & apud græcos hec ſyllaba indifferēs, ſcribunt enim
 ἰδωνίον ἰδωνίον. Et ſidonis ἰδωνίον δὲ τῶν οὐκ ἰδῶν, hoc eſt per
 o breue. **Sidonius** itē ad placitū ponit apud latinos & græcos, qui ſcribūt
 ἰδωνίον ἰδωνίον ἰδωνίον per o lōgū. & ἰδωνίον per o breue. **Iuniores**
 & **Euripides**, p̄duxerūt. **Homerus** & **Diony.** corripuerūt. ut notauit **Al-**
 dus. **Ro.** liarū. inſtaurator. **Euphrates** media lōga dicit un⁹ ex flumibus
 eſſe q de paradifo fluūt. **Ruffus Feſtus.** **Plurimus** euphrate manat liquor
 iſte ſeroci. **Epodos** o in media longa eſt. **Sidonius.** **Serm** o nūq; ſales nos

uumq; epodon, **Aufonius**. Dactylicos elegos choriambūc armē epodos;
 Et **Terentianus**, Præmissio hexametro dulcē subneat epodū, pducit in penul.
 Itē **bariona** nomē tetrasyllabū **Simonis Petri**, sic em apud græcos scribitur,
 βαριωνα. Itē **Salome** pe, pdu, sic scribit σαλωμη. Itē **iscariotes**, pe, pdu,
 quē nos corrupte **Scariotes** dicimus, ita em scribit ισκαριωτας. Itē **sapphira**
 mulier apud Paulū, sic em scribit σαπφειρα. Itē **agapitus** pe. lon, sic em scribitur
 & γαπατιος. Vbi mellus **agapetus** diceremus, si autē græce pferre uolumus
 & manere græcū, accētus cadit sup̄ ante penultimā. Incus incudis
 penul. lon. **Ruffus Festus**. **Ditia** uulnifici crepidāt incudibus altis &c. **Me-**
 diastinus sti. lōga, & **mediastini** teste **Marcel**. nō em balneorū, sed & ministri
 & curatores ædiū uocati sunt. **Hora**, in epi. Tu **mediastinus** tacita p̄ce rura
 petebas. **Mediastinū** interpretat **Priscia**, quasi in medio stans, aliī scribunt
Madiastynus ut dicat ab **asty**, qd urbē & ciuitatem designat. **Priapus** a in
 media lōga est. **Hora**. Cū **faber** incertus scānū faceret ne **priapū**, **Antipho**
 na o in media lōga est, quia p̄ mega scribit, hoc est p̄ o lōgū. **Salubris** u
 in medio semp̄ longa est. **Nasica** i in medio longa. **Hora**. **Filia Nasicæ** me
 tuentis reddere soldū. **Beronice** i in medio lōga, fuit regina. **Iuue. vi.** **Sary**,
Myrrhina deinde **adamas** notissimus & **beronices**. **Hydropis** & **hydropi**
 cus o ante p, pdu. **Hora**. Si **noles** sanus cures **hydropicus** et ni. **At** male **Ma**
 cer corripuit & p̄ter naturā cum dixit. **Hydropicis** sic humores. **Symon**
simonis penul, pdu, est. **Hora**. **Pythias** emuncto lucrata **simone** talentū. Itē
 etiā **Simonis** o, pdu, cta enūciari debet p, ut est sancti **Apostoli** nomē testis
 est **Pompilius**, & **Iuue**cus dicēs. **Ales** psequit cantu mentemq; **Simonis**, &
Valla idem dicit. **Hos** secutus scripsi & ego sic. **Noscere** si lector funesta **Si**
 monis iniqui, loquēs de **Simone** mago. **Fortunatus** male in hoc carmine,
Hinc **Simonē** & **Iudā** mittit perfida gemellos, secutus est hic græcū accētus,
 quo accedendū nō est, ut etiā dixi in diuisione **Marīa**. **Liceū** siue **licitū** media
 pdu, cta locus i quo docuit **Aristo**. ut **Marcus Tullius**. **Tuq;** academia um
 brifera nitidoq; liceo. **Academia** autē penul, uel longa uel breuis esse pōt;
 longa est sicut in p̄cedenti uersu. **Et** in hoc laurea **Tullij**. **Atq;** academię ce
 lebratā noie uillā. **Claudianus** breuiat. In latium sp̄retis academia migrat
Athenis. **Et** **Sidoni**⁹. **Obruet** & quāq; totis academia sectis. **Hysopos** no
 men herbe penul, pdu cōtra uulgi cōsuetudinē, testis est **Nestor Diony**. cū
 o longo em scribit in medio, sic ἕρσωον hysopon, nos tñ unū subijcimus
 unde **Alanus**. **Si** cœlū terræ confirmat cedrus hysopo. **Et** si **Macer** p̄ter na
 turā corripuerit dicēs. **Et** hysopū siccū calidū quoq; tertius illi. **Quisq;** autē
 hic auctor fuerit sæpe errauit hic & alibi in quātitate. **Macrū** autē nō fuisse
 cōstat. **Thessalonica** urbs & **Metropolis** in **Macedonia** i in penulti, pdu,
 cit, ut apud **Claudia**. & alios inuenies. **Pharmacopola** & oīa cōposita a
 polo uerbo græco qd est uēdo po in penni, pducūt, ut **bibliopola**, **myropo**
 pola, **ppola**. **Anneus** quo noie **Seneca** appellat pe. pro. est. **Terentianus**.
Anneus Seneca & **Pōponius** ante secūdus. **Hic** nota obiter. **Seneca** nō dicitur
 quasi se necās, sed ut **Calliodo**. ait, qd canus natus sit. **Heroes** & **heros**

as penul. pdu. enunciari debent. Poderis media longa. per eñ in medio scribitur, ut in apocalypsi. Præcinctū ad mamillas uidi uestitū podere. Est autem poderis, ut dicit Hiero. uestis pontificis q̄ latine dicitur Talaris, & ex eo q̄d ad pedes descendat hoc sortita uocabulū est, uel ut dicit Crastonus. Poderis est tunica linea qua utuntur sacerdotes. Iphigenia penul. lōga enūciat. Qui. iij. tristi. Pro nece cōplexus iphigenia dedit. Euripides Sidonius pen. pduxit. Orchestra quatit alter euripidis. Alij corripit magis recepti. Mœchia. i. adulteriū. Et magia. i. incantatio penul. pducit, scribunt eñ apud græcos cū ei diphthogo in penultima. Passibula, cleobulus, thrasybulus, aristobulus & similia in bulus uel bula, u. pducūt in penul. Auso. Arma sup̄ ueheris quod thrasybule tua. Hora. Studiū aufert cleobule liparei nitor heri. Sidonius. Lindie tu cleobule canis modus optimus esto. Hæc item ut Valla testat̄ pducunt̄ (q̄ a uulgo perperā corripunt̄) Idolathistū. Brabiti, siue ut nos loquitur brauiū. Orthigometra, cenomia, latia, arrius, darius, idumea, iturea, cæsarea. Adde si uis Antiochia, ita eñ apud græcos scribit̄ *Αντιοχεια*. Sed ut Priscia. uult dicimus Alexandria, Nicia, Antiochia penul. breui. siue Alexandrea, Nicea, Antiochea penul. lōga, ut dixi i arte carminū.

DE QUANTITATE priorū nominū q̄ non ponantur ad placitum, ut dicit Alexander.

Cedant qui propria nomina ad placitū quo ad quātitates syllabarū ponunt in arbitrant, legant enim Qui. lib. iij. de Ponto ad Tuucanū, & Martialem in. ix. epigrā matū ad Caritū, & inuenient illos difficultate quantitatis priorum nominū maxime anxios fuisse, & abstinuisse ab illis in carmine. Iudicio igitur meo. Omnia, ppria latina & græca, quo ad omnes syllabas sequuntur regulas quantitātū appellatiuorū, nisi singularis poetarū auctoritas interueniat, quæ eas ad hanc, uel ad aliā quantitātē coerceat quorū auctoritas maxima regula habenda est. Est autem auctoritas spectata poetarū lectio. Barbara autem in ultimis subiacent regulis, in medijs prout ad spectatū usus exercitiū deuenierint, in primis sunt ad placitū. Hæc intellige nisi poetæ alicuius auctoritatis, uel positio. aut aliā regula generalis coerceat ad certam quantitatē, plura dicam in arte carminū.

DE QVINGVE FIGVRIS Alexandri Galli inuenies de F in dictione figura, & quale iudiciū habeam de secunda parte eiusdem.

- De tribus partibus Alexandri inuenies in dictione Iesus.
- Quomodo tenebræ, candelabrū & similes dictiones in mediā syllaba pronunciantur in soluta oratione, inuenies de I caput, propriū.
- De quorundā hebraicorū quantitate uide in dictione Dauid.
- Quō bene r̄ndeat p̄ aduerbia affirmatiua ad interrogatiōes, uide de q.
- De accentu aduerbiū aliqñ & aliarū dictionū, uide de a, propriū ca.
- Glossæ sunt uitandæ, uide de g, in dictione glossa.
- De nominibus in sta uide de s. Ego sum Romanus melius dicit̄ q̄ sum de Roma uide in litera E.

DE ABBUSIONE

vir non est litera latina. uide in litera v.

Adulterina signa dicunt alienis annulis facta, uulgo falsa teste **Perotto**
Et adulterina clauis. i. externa & quasi altera facta, sic **Apuleius**. **A**dulteri-
 num auctore uocat non uerum sed subdititium, dicens de alino aureo. **N**ec me per-
 terit huius quoque facti auctor adulterinus. **A**dulterinam monetam (dicit **Bar-**
to. merula) appellamus, quam indocti falsam dicunt. **H**iero. contra **Ruffinum**, &
 quasi bonus trapezita adulterinae monetae pecuniam reprobet. **I**dem lib. iij. com-
 mentariorum ad ephesios, unde omni studio legenda nobis scripturae sunt et
 10 in lege domini meditando die ac nocte, ut probati trapezite sciamus quod nummus
 pbus sit quis adulter. **H**aec obiter notabis. **P**robum nummum dici latine qui ab
 alijs bonus uel ualidus dicitur. **P**lautus in persa. nec quisquam dabit pbum & nu-
 meratum argentum. **I**dem, nummi sexcenti hic erunt probi numerati. **E**t pecuniam
 adulteram uel adulterinam quam uulgo mala dicitur uel falsa. **N**am & falsum li-
 brum pro maledoso improprie dicimus, recte tamen appellabimus falsum iudici-
 um, falsum nomen, falsam sententiam pro non ueris, non quod fallendi gratia dicta
 sunt, sed quod opinionem hominum sefellant, latine etiam falsarios dicimus, qui de-
 capiendi gratia publica scripta falsificant, & adulterinam monetam faciunt. **A**v-
 reus nummus ein guldin, qui uulgo florinus appellatur. **P**hilel. enim in epistola quaedam
 20 florinos non florenos scribit, sic dicens. **R**elig nummi aurei apud caeteros sere
 oes & principes & respu. florini uocantur, at nec florinus nec florenus latinis
 ne dicitur. **A**ureus autem nummus. **D**ucalis dicitur quem uulgo & indocti du-
 catum uocant, quia tamen dictione **P**hilel. utitur in epistola ad **P**apam **P**ium dicens, ut
 mihi ducati trecenti numerentur. **N**ummi aurei etiam eleganter aureoli appellantur.
Avsterus a. um. opponitur dulci teuto. saur, ut **Cornelius Celsus** de
 medicina li. pri. nunquam uinum falsum bibere expedit, ne tenue quidem aut dul-
 ce, sed austerum & plenus. **Q**uintilia. lib. ij. quare mihi maturitas quidem ipsa
 festinet, nec multa in lacu statim austerata sint. **H**ic obiter nota plenum uinum
 dici teuto. starck. quod nos dicimus forte, alij uinum substansiosum dicitur mis-
 nus bñ. **E**t tenue teuto. ring oder leicht, quod nos debile dicimus. **H**oc etiam
 30 leue dicitur apud **Cice**. v. tuscu. que. **D**e austero dicit **Festus**. **A**ssessrix non
 ab assistendo uel asserendo, ut **M**ametractus & caetera labes grammatistarum
 uult deriuatur, sed ab assessor, ut dicit **Nonius Mar.** ut lib. sa. ca. x. da mihi
 sedium tuarum assessoricam sapientiam. **A** uerbalibus enim in sor non possumus sor-
 mare in trix semini. nisi in quibusdam addita t, ut a possessor possessrix, a tutor
 tonstrix, ab expulsor expulsrix, ut **Apuleius** in **Cosmographia**, indagatrix
 uirtutis, expulsrixque uitiorum, diuinarum particeps rerum, loquens de philosophia
Idem **Cicero**, v. tuscu. dixit ab impulsor impulsrix, a plausor plausrix. haec
Noni. **P**ersuasor. **P**lautus persuasrix in bacchi. formauit. alia autem in sor a
 quibus non formatur nomen in trix repugnante euphonia uel usu, sunt generis
 40 communis meo iudicio. **E**t ob hoc ego quodam carmine euerfor posui in sor-
 ge. nulla enim auctoritas mihi suffragabatur, ut dicerem euertrix. **I**taque meo picu-
 lo sic posui, de qua re doctiores iudicent. **A**leator uel aleo, onis dicitur qui lu-
 dit in alea, non autem dicimus **A**leare sed ludere in alea. **E**st autem alea omnis ludus qui

in uarietate fortunę cōsistit. **Mar. Alea** prima nūces & nō dānosa, pprie tñ de tesseriis dicit. **Alea** etiā per similitudinē ponit, p dubitatione & periculo. **Plini** in plo. natu. hī. extra oēm ingenij aleā positū **Ciceronē** scripsit.

Ambulatores pprie dicūtur qui urbē passim peragrāt uenditādo uilis-
simas merces, & dictis quibusdā scurrilibus aucupādo uenditores, teu. hol-
hippen man, oder senff verkauffer. uel similes, nō autē vuan-
dler, ut nostri dicunt. **Anteambulones** autē dicunt qui honoris gratia aliquē comitando
pcedunt teuto. vorgenger. sicut principes habēt. **Sueto**. de **Vespasiano**. Ea
demū excutit magis cōuicio quā precibus uel auctoritate, dum eū identis
dem per contumeliā anteambulonem fratris appellat.

DE QUIBUSDAM aduerbijs non latinis.

Laurentius Valla homo de lingua latina meritiſſimus, tradit has sequē-
tes dictiōes nō eē latinas & satis puras, uidelicet, **Aliqualis**, aliquiditer, mul-
totiens, pariformiter, coequaliter (nec etiā coequalis apud ueteres facile re-
perit, saepe autē apud recētiōres) nullibi, diuersimode, oimode, pſentialit, nul-
latenus, & quo quidā utunt nullatenus. **Priscia**. tñ nullatenus ponit sicut &
multotiēs, sed nō recipit in hoc grāmaticus em ut alibi dixi non debet esse
opifex uerborū. **Veteres** em nō multotiēs, sed frequēter dicunt, nō nullibi,
sed nusq̄, non nullatenus, sed nullo modo. Nec ego inuenio apud erudit-
tos mētetenus uel corde tenus hoc didici, ut nostri dicūt, sed melius forsan.

ut **Diomedes** grāmaticus locutus est, memorię tenus, possumus tñ dicere
cordetenus, uel ore tenus ambulāui in aquis, hoc est usq̄ ad cor, uel os, uel
sister. Sed cōplector memoriter, uel teneo memoria, uel memoro memo-
riter. **Apule**. tñ de asino dicit, & oimodis cohorcinatiōibus dilapidauit, qd
q̄ latine ipse uiderit. **Amodo** p post hoc reprobat **Valla**, sed quo crebro
utunt ecclīastici scriptores, ut **Ambro**. et **Apuleius** dicēs, ut nemo me amo-
do tam mane egredientē solū uidebit. **Cice**. ad **Atticū** dicit particulate, ubi
nos uulgo particulariter dicimus, gratāter & ponaliter. **barbara** sunt ad-
uerbia. Et ut **Georg**. **Valla** dicit, in pſentiarū nō est latinū, sed in pſentia. **Le**
gi tñ in pſentiarū apud nō pēnitēdos scriptores, pſertim apud **Vlpianū** iu-
riscōsul. nō semel. **Nec** hñ ridiculose aduerbiū, sed ridicule. Irridet em **Hie**-
ro. **Ruffinū** q̄ ridiculosus dixerit, cum ridiculus dicere debuisset, ridiculus
em dicit q̄ deridet. **luue**. **Saty**. iij. Nil habet infelix paup̄tas durius in se, q̄
q̄ ridiculos hoīes facit. **Idem Valla**, nec bene dicit nequidē. **Nam** inter ne-
& quidē semp debet mediare una dictio. Et ut idē dicit, solocismū incurrit
si quis nedū p nō solū ponat, sed nō cōsiderauit **Ciceronē** ad **Atticū**, si mō
nō mēdose legit dicentē. **Tu** qm̄ cares quartana, & nedū morbū remouisti
sed etiā grauedinē, sed rarū est. **Falso** itē dicimus plus q̄ false. **Sedulo** plus q̄
sedule, tuto plus q̄ tute, de q̄bus **Augu**. in grāmatica sua de aduerbio dicit
sic **Cice**. ait. Imperatū est a rōne, ut peccare suauitatis causa liceret, sed tñ in
paucis admissa euphonia est. **Nam** ratio locuples est, & in paucis pſumpsit, ut diceret **Ci**-
ce. humaniter, cum humane dicere debuit. Et **Terētius**, uitā parce & duriter

agebat pro dure. Sed tñ ipsi auctores modestius, & cū quodā pudore cōtra
 regulā pauca psumpserunt. Nā & falso dixerūt pro falsie, & necessario, p ne-
 cessarie, & sedulo p sedule, & raro pro rare, & crebro, p crebre, & tuto, p tu-
 te, sic & alia. tñ pauca nō licēter sed uerecunde sunt usurpata, hæc ille. Geor-
 gius autē Valla in sua grāmatica sic dicit. Multa tñ exsupradictis nomibus
 ipsa terminatiōe dī pro adterbiis accipiunt, ut falso, cōsulto, postremo, au-
 spicato, sedulo, augurato, manifesto, priuato, p̄cario, merito, cætero qd alii
 cætera, ceterū alii. Dicit etia priuatim. Necessario dicit, & necesse & necessa-
 riū & necessum, dure & duriter, large & largiter, humane & humaniter, fir-
 me & firmiter. Porapo, in auctorato dicit insaniter p insane. Titinnius seue-
 riter p seure, blāditer, benigniter. Plautus amiciter, auariter, mūditer, moe-
 stiter, æquiter, asperiter, festi uiter, ampliter, ignauiter, proteruiter, inimiciter
 iracunditer, supbiter, temeriter, p̄clariter, toruiter, puriter, prosperiter, abun-
 de, abundāter, ab affatu affatim corripitq̄ fa. Hæc ille. abunde teste Priscia-
 no, ab abundo as. dicit, abundanter ab abundās. Et ut idē dicit differūt. Di-
 uine humane, & diuinitus humanitusq̄. Nā diuinitus a diuis, & humani-
 tus ab hoibus mōstrant. Diuine autē & humane, uel humaniter similiter di-
 uis & homibus significant. Binies, item trinies, quadries nō dicimus, sed bis
 ter, quater, nec itē nonies, sed nouies p u, ut a nouē descendat.

DE QVIBVS DAM Verbis barbaris
 quæ sunt in usu nostrorum.

Hec uerba zechare, tibifare, uobifare, auisfare, crinifare, bursfare, latinifare
 exēplare, quod latine exscribere & describere, exemplū ue sumere dicit, sol-
 uisfare, cipare, deteriorare, appodiare uerba sunt penitus barbara & gothi-
 ca, nec digna q̄ in latini sermōis campo admittant. Epistolari autē rhetorica-
 ri, carminari, episcopari, iniuriari, querulari, tediari, cōtētari uerba sunt nō
 oratoria & elegantia, sed penitus grāmatica & detrita. Itē presbyterare, uel
 doctorare, uel magistrari, p magistrū fieri, anuilare, anihilare, damnificare,
 modificare, dignificare, parificare, iudicare, peditare, hoc est pedibus ire, q̄
 uis suppeditare bñ dicatur. Officiare, libellare, maiorare, minorare, peiorare
 & meliorare uerba sunt penitus de media grāmatisarū schola deprōpta
 Hiero. tñ in Bibliis utit uerbo minorare si est translator, at uiderit ipē. Vfus
 est em̄ meo iudicio sermone triuui, & uerbū quotidianæ sermocinationis
 assumpsit. Et Columella melioresco habet lib. ij rerū rustica. Dispensare itē
 p legibus soluere minus latine dicit. Sunt & illa barbara. Singularisfare, plu-
 rificare, quibus quidā utitur tanq̄ elegātoribus p tibifare & uobifare. Ad-
 de p̄dictis priuilegiare, priuilegiatus. Itē præconisfare, solēnsfare. Itē inbenefi-
 ciare, quo quidā utunt pro inuestire quod & ipsum nō legi. p̄sertim in ea si-
 gnificatiōe. Itē regētare pro regere, amaricare, placitare pro cōcordare, epi-
 caisfare quo theologi hodie utunt, fauorissare p fauorē facere. Itē fundamē-
 tare pro fundamētū iacere, nec fundare frequēs, ut dicit Valla nisi p transla-
 tiōnē, frequētius em̄ iacere fundamēta dicimus, fundare tñ i ea significatiō-
 ne utit Virg. in. v. Tēporisfare, clericare. i. clericos ordinare quo utit Ioānes

Andrææ, collacionare (id est exēplū recognoscere latine) sunt em̄ oīa penit̄
 tus indigna, q̄ in latini sermōis uniuersitatē admittant̄. Itē uxorari meo iu-
 dicio est ybū nō ml̄tū elegās, q̄ tñ qdā utunt̄, & maxime ecclīastici. adde p̄
 dictis licētiare, apostillare, sicut etiā apostilla nomē barbarū. Itē historiare, p̄
 historiā cōponere, sunt em̄ inepta & inculta uerba, sicut specificare nō nisi
 a grāmaticis & dialēcticis dicit̄, adde barbaris & incultis uerbis generalisa-
 re, doctorisare, moralisare, uulgarisare, intronisare. Vix em̄ inuenies ulla la-
 tina uerba a noībus deriuata, quę in so terminent̄, ut latine & elegāter dis-
 catur, uel pauca. Nostrī autē quasi ab oībus formare tentāt, ut a pœna poe-
 naliso, & in silibus, at patrīssō, matrīssō a græcis ueniūt & filia. **V**untur & io
 nostrates historici uocabulis parū latinis & uetustis, ut sunt exiliari pro eo
 quod est exiliū pati. Insulare, p̄ insulā facere. **T**onfurare, p̄ tonfurā facere.
Adamicare, p̄ amare, uel adamare. **C**aptiuare itē quo etiā crebro utunt̄ p̄
 captiuū facere, uix elegās & uetustū uerbū credo, nec itē plagare, p̄ plagam
 inferre, atq; pœnā, quod usitatū est apud nostrates chronocarios.

PRAEPOSITIO non potest adiungi aduerbio.

Præpositio (ut dicit **Donatus** & **Seruius** grāmaticus) separatim non de-
 bet applicari aduerbijs. **E**t ideo defursū, defubito, derepente, exinde, aduscq;
 abuscq; dehinc tñ usurpatiuę dicunt̄, male em̄ dicerētur, nisi auctoritas sus-
 fragaret̄, q̄ p̄ rōne habēda est in grāmatica. **M**ale ergo dicimus abantea, ut 20
 in plurimū. **V**t plurimū uero habet **Palladius**, li. iij. rerū rusticarū. **E**xtunc
 a post, p̄ nūc, p̄ tūc, a primo, a nunc, insimul, abante, abextra, ab intra, & sic
 de silibus. de cætero autē dicit **Paulus**, ff. de custo. reor. l. nisi qs. & **Curtius**
 in **Alexandro**, & **Fœlix Capella** in lib. viij. **I**nibi dicit **Plautus** in captiujs,

ECCLESIASTICORVM locutiones aliquę minus latinę,

Deforis autē a foris a longe. Item, p̄ inuicē barbara (nisi sacrę literę &
 trāslatio noui instrumētū his uterēt̄) iudicārē, nulla em̄ alia rōne, uel aucto-
 ritate defendi possunt. **H**ieronymū autē si mō est trāslator uti nō rejicio, ita
 nō ubiq; elegāter locutū fateor. **I**dem in actibus apo. trāslulit, egressi sumus 30
 foras portā. **E**t in **Luca**, subtus lectū, & trāslator psalmoꝝ subtus pedes me
 os dixit, dum dicendū esset extra portā, subter lectū uel pedes. foras em̄ &
 subtus aduerbia sunt quę non regūt casus apud latinos, sicut apud gręcos
 sit, unde illi adducti in translatione aduerbijs casum dedere. **S**eruius autē
 dicit, nemo enim dicit de sero, de mane. **V**nde nec de mane dicere debemꝰ
 quod plærūq; in usu habent, sed quoniam legimus dum mane nouum, id
 est hoc ipsum mane, iam nomen effectū est, genus enim non recipit nisi no-
 men, uidemus ei adicere posse præpositionē, quare tutius loquūtur q̄ so-
 lum aduerbiū sine præpositione ponūt, ut mane uenit. **E**t quādo uolūt ad-
 dere præpositionem genus coniungunt, ut de primo mane uenio. **I**am em̄ 40
 non uidei iūgi de partū oratiōis quę est mane, sed quę est primo. hec **Ser-
 uius**. **V**erum **Sergius** super **Donatū** dicit. **V**nde est illud apud **Plautum**, a
 primo mane usq; ad uesperū, modo mane nomen est, hoc mane huius ma-
 nis, hoc mane. **N**am si aduerbiū esset nec genus reciperet, nec præposi-

DE ABySIONE

- tioni adiungeret, Bonū sero, hīc etiam nota male dici a nostris (si credimus
 eruditis uiris) bonū sero p bona uespera, ualeret em̄ tm̄. i. bonū tarde, ut dicit
 Peror. Sed & si sero tēpus significat nocturnū & crepusculum, recte dicitur
 bonū sero, ut s̄a diximus. Sed potius forsā bonū serum dicendū est (ut
 Titus liuius) erat iam diei serū, uel dicemus quietā noctē uel simile. has etiā
 orationes derident docti, quales sunt, pro posse meo, in quantum potero.
- 61 **Arithmetica** dicendū est, nō arismetica, ut indocti dicūt. Arithmos em̄ gr̄e
 ce, numerus latine dicit. Inde arithmetica. Indocti autē dicunt arismetica ab
 ares. i. uirtus quod falsū est. Ares em̄ areos mars dicitur, ut **AREOpagus**, q̄
 est teste Hieronymo in interpretatiōe hebraica, athenarū curia, q̄ ut idem dicit
 interpretatur uilla Martis, quod ipse ibi quondā cum ducentis duodecim
 diis dicatus sit, alii dicunt q̄ ibi cedes iudicabatur, quarū uidetur Mars autē
 ctior, uel quod ibi figeretur lancea cū iudiciū fieret, quod Mars fecisse dicit
 contra Neptuni filiū. Inde areopagitæ dicuntur sapientes, & iudices qui athe
 nis in areopago iudicabāt. Mammetractus & alii areopagū falso a uirtute
 deriuant. Arete autē uirtus dicitur nō ares. **Apotheca** cum th aspirato scribitur
 bendū, significat proprie repositoriū uini, sicut horreū frumenti, teut. uuein
 keller. **Plinius**, uina in apothecis, canis ortu mutantur, postea q̄ restituntur
 sibi. Et **Cicero** in **Philippicis**, apothecas uini obiecit **Antonio**. Dicitur igitur
 20 apothecæ in q̄bus uinū & seruatur & uēditur. **Vlpia**. ff. de fundo instruēdo
 legato. **Vina** etiā quæ in apothecis sunt nō cedent &c. **Plinius**. apothecis su
 tisse & diffundi solita uina anno sexcētesimo tertio urbis apparet. **Nostris** igitur
 uehementer (ut in aliis etiā) errant qui uocāt sine omni ratione & aucto
 ritate, apothecā **Pharmacothea**, ubi uenales herbae & medicamenta expo
 nuntur, ad quā medici suas (ut ita dicā) receptas scribunt, quæ medicamentaria
 uel pharmacothea dicit, quasi repositoriū medicamentorū, **ὀνομα** enim lo
 cus uel repositoriū est, & **φάρμακία** medicamentū. Inde medicamentariis
 us, uel gr̄ece pharmacopola penul. longa dicit, qui uulgo apothecarius uo
 catur, **Acolythus** cū c exili & th aspirato scribendū est, qui aliter scribit ere
 rat, dicunt autē ἀκόλυθος acolythus, ut dicit **Ioannes Crastonus**, obsequēs,
 30 assecutor uel ministrās, & dicitur ab ἀκολουτέω. i. sequor, unde & distinctiō
 one uicesima prima dicit, acolythi gr̄ece latine ceroferarii dicuntur, a depor
 tandis cereis, q̄n legendū est euangeliū. Itē distinctiōne uicesima tertia. **Aco**
lythus inquit accipiat ceroferariū cum cereo, ut sciat se ad accendenda lumina
 mācipari, ubi ceroferariū accipit p instrumento quo cereus fixus cōiunctus
 Amabo interiectio blandientis nō corripit mediam ad differētiam uer
 bi amabo futuri temporis, ut plures literatores dicunt, sed sequitur naturā
 sui uerbi, ut dicit **Sulpitiū** de quantitate, hoc te docebit **Catullus** ad **Ipsitilla**
 lam. **Amabo** mea dulcis **Ipsitilla** **Meæ** deliciae, mei lepores.
- 40 **Aenū** uel ut **Gel.** lib. ij. noctū atticarū scribit, ahenū per aspirationē mo
 re ueterū, ut firmitas & uigor uocis, quasi quibusdā neruis additis intendet
 retur, est uas in quo aqua calefieri consueuit teuto. kessel, quod dicitur caldar
 riū. **Virgili.** i. geor. Et solis undā tepidi despumat aheni. **Quis** **Caldarium**

ut dicit **Sipō**inus potifex fit in balneis uas, ex quo aqua calida hauritur, & calefit, & **Tepidariū** ubi tepida aqua haurit, & **Frigidariū** ubi frigida, hoc docet **Victor**uius, cū scribit facienda esse aena supra tria hypocaulim caldariū, tepidariū, frigidariū. Errat aut hic **Nestor** **Dionysius**, qui dicit aenū est uasis genus, alias cacabus uocitātū, nam **Cacabus** (licet nō multū) differt tū ab aeno, est em̄ teste **Varrone** uas in quo pulmentariū coquit teuto. pfan. de duciturq; a sono dum feruet. Quā dr̄nam **Paulus** iurifconsultus eū docuit fer dicens. Non multū interest inter cacabū & ahenū, quod supra focū pendet, hoc aqua ad potandū calefit, in illis pulmentariū coquit. Errant rursus qui dicunt cacabus teuto. ein kachel, ut modo dictū est, sed significat pfan. **Vnde** **Hiero.** **Paralipomenon** li. ij. ca. xxxv. pacificas uero hostias coxerūt in lebetis, & cacabis, & ollis. Et interdū cacabi sunt argentei, ut **Pompo.** ff. de auro & argēto &c. Certe si cacabos argenteos habebat. Altercor aris deponētale, uel alterco, teste **Prisciano**, est contēdere uel iurgari, unde ex **mis** **Publiū**, ut testis est **Au. Gel.** lib. xvi. habet, nimitū altercādo ueritas amittitur. Inde altercatio teste **Pompeio** est iurgatio. Caue ne dicas altricari sicut plurimi, & male. Anser quid significet notū est, comprehendit em̄ utrūq; se xū sub uno articulo, ut passer & aquila, unde **Pli.** li. x. q̄ ex seris mitigentur nō concipere, ut anser &c. Auca aut̄ latinū nō est, sed anas anatis media breui pronuncianđū est, teu. uasser ent. unde **Ruffus Festus.** Latipedēq; anate cernes excedere ponto. Et **Maçer** de uirtutibus herbarū. Anseris aut̄ anatis mixta pinguedine turi, auis est nota. **Martia.** uidet̄ produxisse. Et anatis habes uropigiū macre. **Annona** dicitur quicqd uno anno colligit ex prædiis, siue sit siligo, siue auena, siue scenū, aut cordū teuto. embt, uel aliud simile, imo annona omnīū opsoniorū est, ut idonei auctores prodiderunt, immo & **Suetonius** in uita **Tiberiū** annonā piscium intellexit.

DE ACCENTV Quarundam dictionum.

Aliqñ tradit **Priscianus** (& eū secutus **Sulpitius Verulanus**, **Pompilius** & quidā alii) acui debere in antepenul. syllaba, quod an uerū sit **Laurētius** **Valla** linquit in dubio. Ego aut̄ dico aliqñ penultimā debere acui, nō antepenultimā, animatus uno auctore. **Au. Gellio** in li. vii. cap. vii. qui sic inqt. **Num** igitur in his uocibus scilicet adpotus adprime, uel apprime quas nō acui dicimus, ea causa est, quod syllaba insequat̄ natura lōgior, quæ nō ferme patitur acui priorē in uocabulis syllabarū pluriū quā duarū. Et ita etiā dicit **Quinti.** in pri. li. institu. Euenit ut metri conditio mutet accentū, ut pedes cudes pictæq; uolucres. Nam uolucres media acuta legā, quia & si natura breuis, tamē positione longa est. Ex quibus **Quintilianus** uerbis liquido colligitur, ipsum uelle accentū cū syllaba nolle pugnare, sed semp̄ syllabæ & metro obsequi &c. Quod si **Au. Gelli.** (cui multo plus tribuo quā **Prisciano**) de quo **Gellio** dicit **sanctus Augusti**, in li. de ciui. dei. ix. **Gellius** uir elegantissimi eloquii & multū facundæ sciētiæ, dicit contra **Prisciani** auctoritatem. Et similiter **Amiani** poetæ. Apprime non primā, sed mediā debere acui, ex quo primā sequitur mediā natura lōgior, quid putandū in Aliquādo ubi

DE ABRVSIONE

ante penul. breuis, penultima oīno longa. Hac persuasione inductus, credo melius dici aliquā penultima acuta. Similiter eadē ratiōe credo. Nimirū penultimā acui debere, ubi eodē modo contrariū dicit Priscianus. Idē tñ Gel. libro supra allegato dicit, affatim. i. admodū, appobus, admodū in prima acui debere, qđ & ego sentio, cū penul. breuis antepenul. longa sit, & idē dico de mirū in modū antepenu debere acui. In enimuero & retrorsum eadē ratiōe qua in apprime credo penultimā nō antepenul. acuedā esse, & alios qui penulti. longa. Horat. sermonū lib. i. Saty. iiii. Quod moechus foret, aut licarius, aut alioqui, hoc cōfirmat Quintili. in pri. dicens, quia duabus longis sequētibus primā breuē acui nosser sermo nō patitur. Aristoteles per i nō Aristoteles philosophus dicitur ab ἀριστος aristos, id est optimus, & τέλος id est finis, quali optimus finis, ut grāmatici uolūt. Et nō dicitur ab ares, id est uirtus. Ares em̄ non dicitur uirtus, sed Mars, arete autē dicitur uirtus &c. sed male Catholicon cū plebeia grāmatarū colluue sentit, ut in aliis multis. Estq; Aristoteles penulti. breuis nō longa, ut indocti proferūt. Omnia em̄ a telos cōposita te corripit non producit, unde Iuena. Si quis Aristotelē, in ij. Saty. Et s. Augustinus. Summus Aristoteles trutinando cacumina rerū, & Sidonius Apollinaris. Quæ uel Aristoteles partitus mēbra loquendi. Falluntur autē indocti qui dicunt Aristoteles penul. longa, ut dixi in ratiōemationibus, ea ratione, qđ Aristotelis græce in ntō, penultima acuitur, sed dum transit in latinū & habet es in ntō, antepe. habet accentū, & si etiā breuis sit, ex regula latinorum, quā alibi dixi. Fuit autē hic Peripateticorū princeps. Vidi ego plures qui se profiterentur peripateticos, & tamē quid esset, & unde ueniret peripateticus nescirent, peripatetici igitur ab ἀπεριπατῆς peripateo, id est deambulo, qđ deambulantes & hinc inde spaciantes disputabant. Et Aristoteles deambulans docebat. Armigeri nō omnes milites dicuntur, ut uulgus putat, nec nobiles tantum & equestres, ut nostri uolūt, sed qui principibus arma gerūt, in pugnaq; subministrant. Sed armati possunt dici milites expediti. Curtius in ij. triginta & duo armatorū ordines ibant. Apul. de aureo asino. Ipse ad ppositū suum, qui mille armatorū ductū sustinebat, sollicite proficiscitur. Alias ultima acuta aduerbiū, significat alio tempore uel alio loco, ut dicit Acron in Ser. Horati. Et Cice. in. i. de na. deo. Sed hæc alias nunc quod cepimus &c. nostri autē & uulgares alias ubiq; accipiūt pro alioqui, qđ ego nō inueni nisi semel apud Pliniū in xij. natu. historiæ li. ca. xij. Radix costū gestu feruēs odore eximio frutice alias inutitili, ubi ego expono pro alioqui. Itē alias, p aliter reperitur. Teren. qđ alias malim quā hodie fieri has nuptias. Sed alioq significat teu. sunst oder andersf aduerbialiter. Vnde Lactantius meus (quē primus oīm quod ego scia cepi, pfiteri publice apud germanos in studio Tubingēsi Anno dñi M. cccc. xcviij.) in prologo institutionū diuinarū ita dicit. Alioqui nihil inter deū & hoīem distaret, ubi ineruditi dicunt alias. Et Plini. in epist. Vir alios qui prudentissimus honesto quidē, sed tamen in errore uersatur.

Alterare pro ut significat mutare de una qualitate in aliam, ut de firi

gido in calidū &c. uerbū est non in usu oratorū & eloquentiū uirorū, imo
 & philosophis ægre cōcedit. Sed alterare in uera significatione accipit pro
 alternare, ut **Qui**. in meta. **Alterat** undas. i. alternat, modo est in hac, modo
 ista, hæc **Hermolaus Barbarus**. **Auctor** cōmunis generis significat id qd
 factor, quāuis factor. ut **Valla** asserit non sit in usu, nisi in quibusdā e græco
 translatis, & in illo quotidiano, credo in deū omnipotentē factorē cœli &
 terræ græce est ποιητὴν poetā. Et ideo recte legitur in quodā symbolo. **Cre**
do in deū patrem omnipotentem poetā cœli & terræ. **Attamen** & factor
 a facio in usu est etiā apud idoneos & latinos auctores, a **M.** enim **Catone**
 in rebus rusticis non semel usurpatur, præsertim in uno loco dicit factores
 qui oleum fecerint. Et **Seneca** omni arte requiem factori dabit. Et nostro tē
 pore in curia apostolica factores uulgo uocantur, qui latine procuratores
 sunt. Et quos uulgo procuratores nominant, hi sunt causidici uero uocaz
 bulo. Sed ut ad propositū redeā, nos poetas & cæterorū operū cōditores,
 auctores uocamus. Et ille qui fecit aliquod opus, qui ægit bellū, peregit pa
 cem, auctor est operis, auctor est belli, auctor est pacis. quinetiā non un qui
 aliquid faciunt, sed qui principes sunt & primi iubent auctores appellant.
 Nam & hominē in quo est potestas et dignitas auctorē uocamus, unde au
 ctoritas dicta est. **Liuius** maiores nostri nullā ne priuatā quidem rem agere
 scēminas sine auctoritate uoluerūt, **Errant** hīc uehementer qui scribunt au
 tor, non em̄ descendit ἀπὸ τοῦ αὐθεντοῦ, ut nostri præcipiunt, tunc enim de
 beret scribi per aspirationē sic author, uti multi scribūt. Ego uero scribo au
 ctor cum e auctoritate **Valerij** probi qui auctoritatē ita scribi ostendit in
 opusculo de interpretandis **Romanorū** literis, & auctoritate **Apuleij** grā
 matici, atq; **Charisij** ueterūq; monumentorū, & assentior **Serui** doctissimi
 mo grāmatico, qui super. xij. ænei. dicit hīc & hæc auctor ab auctoritate de
 scendit, nec ab augeo uenit, ut dicit **Philel.** in episto. quadā ad scribas duca
 les, quoniā nullū latinū in or a supinis descendēs est cōmunis generis ut au
 ctor, q; auctor sit cōmunis generis, testis est **Augu.** in grāmatica sua & **La**
ctan. lib. pri. instit. ca. xxvij. qui posuit in scēminino genere loquēs de **Ve**
nere sic. **Quæ** primo (ut in historia sacra cōtinetur) artem meretricē insti
 tuit auctorq; mulieribus in **Cypro** fuit, uti uulgo corporū quæstū facerēt,
 male ergo ut dicit **Nestor Dionysius** legunt qdā illud **Augustini** in sermo
 ne natiuitatis **Mariæ**, auctrix peccati **Eua**, auctrix meriri **Maria**, auctor em̄
 dicendū erat. **Rursus** male legūt quidā illud aplī. quāto tēpore hæres par
 uulus est, nihil differt a seruo cū sit dñs omnium, sed sub tutoribus & acto
 ribus est usq; ad p̄finitū tēpus a patre. **Auctor** em̄ non actor legēdū est. **Nā**
 auctores etiā pupillorū uocant, hi in quorū administratione ætas infirma
 resq; sunt, unde **Paulus** iuriconsultus ait. Etiā si nō interrogatus tutor au
 ctor fiat, ualeat auctoritas eius, cū se pbare dicit id quod agit. **Pomponius**,
 Et si pluribus datis tutoribus unius auctoritas sufficiat, tū et si tutor aucto
 retur, potest etiā ab augeo descendere auctor, & auctrix formini generis,
 sed aliud significat. Aliud est em̄ auctorē esse de quo superius, et augere. **A**

DE ABBVSIONE

Actor autē dicitur orator qui agit causam, quiq; gestum corporis & uultus agit, unde & pronuntiatio & oratio quæ habet & scripta actio appellatur. Item comedus, tragedus .i. histrio qui agit gestus in scena, & Mimus ois actor dici potest. Aliqualis & aliqualiter non sunt in usu doctorum sed barbarorum. Amice aduerbiū est, amicabilem autem ego nunq; apud doctos legi, non tamē dāno qui ab amicabilem amicabilem descendere possit. Ambasiator latinū non est, sed pro eo legatus uel orator, quidā tamē differentiā faciūt inter legatū & oratorē, ut legatus Papæ sit, orator Cæsaris uel aliorū principū, cui differentiæ ego non accedo. Nec hoc uocabulum apocrifarius (quod significat legatū nō tm̄ Papæ, ut Raudensis putauit, sed & generaliter) satis mundū est, dicente **Laurētio Valla**. Apocrifarij non aliter apud græcos nitidū uocabulū est, quā apud nos ambasiatores, quod nemo nisi barbarus dixit, q̄uis apocrifarius habeat in autem, de sanctis. episco. colla. ix. §. Reuerendissimi uero, plura in **Mametractū** scripsi.

Altilia nō significat tm̄ teuto. hauf; vogel, & secūdū alios capos pigues, sed omnia animalia, nedū aues quæ domi uel uillis, uel in uiuarijs saginantur, ut gallinas, anseres, anates, sues, pisces. Ita habet **Valla** in **Rauden**, ut & **Plini**. de natu. histo. lib. ix. ut cocleæ quoq; altiles ganēā implerent. **Acedia** simpliciter, uel melius **acedia** non **accidia** est græcū uocabulū, & apud nos **tediū**, **molestias**, **tristitiā**, **curas** indicat, quod si credimus **Vallæ**, similiter græcis qui ita scribunt **ἀκηδία** **acedia** per e in secūda syllaba, non **accidia** dicitur. **Affectus** uel **affectiones** ait **A. Gell.** dici a latinis philosophis quæ græci **pathe** appellāt, hoc est animi motus uel perturbationes, uel passionēs, quod uocabulū ultimū a doctis reprobāt. **Affectio** crebro est apud **Cice**. **Affectus** uero nunq;. **Contra Quintilia**, sæpissime **affectus**, raro **affectionem** dicit. Est autē **affectio**, ut **Cicero** diffinit, animi & corporis ex tempore aliqua de causa mutatio, ut **læticia**, **cupiditas**, **metus**, **molestia**, **morbus**, **debilitas**, & alia quæ in eodē genere reperiūtur, teuto. **affectus** uel **affectio**, **leidlicheit**, oder **entsetzlicheit** in **freud** oder in **leid**, uel in **silibus**. Sic **Lactā. pri. diuī. institū. dicit**. Item multi **affectus** quibus cōmoueri solemus uel ad iram, uel ad cupiditatē, uel ad læticiā, uel ad metū, uel ad miserationē, ut in his omnibus totidē mentes putētur operari. Sic & **Quintilia**, de **affectibus** duæ sunt inquit **affectiuū** species. **Alterā** enim græci **pathos** uocant, quam nos uertentes ac proprie **affectū** dicimus. **Idem** docet **affectiuū** quosdam concitatos esse, quosdā mites & cōpositos. **Lactan.** modo uitia, modo **affectus** nuncupat. **Augustinus** motus animi, quos græci **pathe** dicunt perturbationes uel **affectus**, sed expressius **passiōes** uocari tradit, sed nostri **barbare** dicunt **affectionatus**, sicut & **passionatus**, & **affectionor**, quod non reperitur apud idoneos, nostri in super ubiq; accipiūt **affectū** se solo pro quadā bona uoluntate & desiderio, inclinationeq; bona ad aliquē dicentes. **Salutes** cum **affectū**, .i. cum desiderio bonæ in te uoluntatis. Item habete **affectū** pro **effectu**, .i. uoluntatē pro eo quod fieri nequit, quod q̄ bene nescio, autē raro ego legi, quinimo negāt eruditi bene dici **afficior** tibi, p̄ cōpatior, uel

bene uolo tibi, attamē p̄ter alios dicit **Corneli. Taci.** li. xvij. de **Othone** Cae
 sare, neq; ut affectus uestros in amorē mei accenderē cōmilitones ueni pos
 stulaturus &c. Et **Plini.** ad **Traianū.** cedis affectibus nr̄is, ubi affectus accipi
 uidet̄ pro uolūtate, quā uultu, uerbis & ope ostēdimus, de q̄ re eruditū iud
 cēt. At dicimus insup̄ affectatus sermo, affectata oratio, uel affectata uerba,
 hoc est minus anxie & curiose quæsitā, & affectatio nimīa curiositas & dili
 gētia. Appodiare uerbū est quo nemo latinus utit̄. **POD**ū autē a quo for
 tan istū uerbū hoc formarūt, est in theatro locus ad spectandū aptus, & a pe
 de nomē accepit, qua dictione utit̄ **Suetonius, Iuuenalis, Victruuius.** Ans
 tistes ecclesiæ dici pōt̄ latine, qui uulgo dicit̄ **Præpositus,** uel **platus,** legitur
 & antīstita in sermō. genere. **Prælat**us ut sit nomē dignitatis nūq̄ apud ido
 10
 neos legi, nec itē p̄positus apud ueteres, sed hñ adiectiue accipit̄, ut **Iustinus,**
 p̄fectus ipsi **Mædis** p̄positus, & **Curtius, Zephyrus Thraux** p̄positus. **Pos**
 test̄ it̄ dici meo iudicio p̄fectus uel primarius uel primas ecclesiæ. **Prior** etiā
 nō bene ponit̄ pro noīe dignitatis, sed forsā primas uel potius pater, ut di
 cit̄ **Hiero.** in epi. ad **Eufiochiū** uirginē. **PRI**oratus nō est latinū, At **Apule**
 ius noue sicut in aliis multis, **Præpositū** accipit̄ pro noīe dignitatis, pro p̄
 cō militū dicens. Ipse ad p̄positū suū qui mille armatorū ducatū sustinebat
 sollicit̄ proficisci. Et **Iulius Firmicus** lib. ij. **Matheos.** quosdā autē facit in
 20
 templorū cultu semp̄ p̄seuerare, aut p̄positos religionū. Et **Vlpia.** ff. de in
 situ. actio. l. quicūq; dicens. Itē **fullonū** & **sarcinatorū** p̄positus. Et **diuus**
Hiero. lib. iij. reg. ca. iij. dicit. **Præpositus** domus, quē nos magistrū curiæ uo
 camus. Et **sc̄tus Ambrosius** p̄positus cubiculi dicit̄ quē nos parū eleganter
 camerariū uocamus. **Tantis** igit̄ stipatus auctoribus nō facile dānabo post
 hac p̄positus pro noīe officii poni. **Aduocatus** quis sit norunt uel me
 diocriter docti, q̄ scilicet alteri adest in causa. sed nūi male & barbāre accipis
 unt pro p̄tore uel p̄fecto urbis, aut uillæ. Sed q̄ differentia sit inter aduo
 30
 catū & patronū, **Valla** te in suis elegantiss̄ docebit. **Pontificū** decreta facis
 unt aduocatū, qui apud eos causis tractandis p̄sistit, & uocat̄ alias **syndicus**
 sed male, q̄s eim̄ sit aduocatus dixi supra. **syndicus** uero græce, latine dicitur
 30
 cōis, duū uiri itē municipiorū græce **syndici** sunt appellati. illorū autē duū
 uiratus erat fere eiūsdē dignitatis qualis in urbe **centura.** **Audacia** & au
 dētia differunt teste **Nonio.** **Audacia** est temeritas. unde **Cic.** li. ij. rhetorice:
Sic unicuiq; uirtuti finitū uitiū reperietur aut certo iam noīe appellatū,
 ut **audacia** q̄ **fidētia.** **Pertinacia** q̄ **perseuerantiæ** propinqua est. **Cic.** item
 pri. offi. ita diffinit̄ **audaciā.** animus paratus ad periculū si sua cupiditate nō
 utilitate cōmuni impellitur, **audacię** nomē potius habeat quā **fortitudinis.**
Audentia est **fortitudinis.** Inde **audax** est temerarius. Sed **audens** est fortis.
Virg. in vi. **Tu** ne cede malis sed contra audētior ito. **Virgilius** & **Lucanus**
 nūq; **audacē** appellant quēq; cui deinde nō sit semp̄ aduersa fortuna secu
 40
 ra, ut **Turnus** **audax,** & **Lucanus.** nanq; rates **audax** **lilybæo** littore soluit,
 & alibi, **Audax** uenali comitatus curio lingua. **Hinc** etiā **audacter** & **audē**
ter. **Vbi** aduertēdū q̄ quidā dicunt **audaciter** qdā **audacter.** **Caper** grāmā
 h iij

cus utrūq; dici posse cōtēdit. Sed audaciter melius, quia noīa in x̄ l̄a tertiā
nata in aduerbīs iter assumunt, ut atrox atrociter, uelox uelociter. At nōs
usum doctōrū secuti, dicemus audaciter nō audaciter, qd̄ norit Quintili. in
i. insitū. dicens. Inhærent tñ quidā molestissima diligētē pueritate, ut auda
citer potius dicāt q̄ audaciter, licet omēs oratores aliud sequant. Vnde & dī
uus Augusti. in sua grāmātica dicit de aduerbijs. Sed ex his quedā p̄ syno
pē euphonię causa dicimus, ut audaciter, difficulter, nō audaciter & difficulte
10 n̄. audaciter protulit secundū analogiā, & Cicero p̄ sexto Roscio, multa se
lerate, multa audaciter, multa improbe fecisti. Argētarij require in dicti
one trapezitar. Anomala debemus dicere uerba uel noīa, nō anomala,
sicut Gothicorū mos est, ἀνωμαλία anomalia em̄ græcū uocabulū (ut di
cit Gellius) est inēqualitas declinationū consuetudinē sequens, & Fœlix Ca
pella dicit, quę nouātur regula uulgo docti quęq; anomala uocāt. Apo
stata uide in dictiōe satani. Appreciare & appremiare uerba penitus grā
matica & inelegātia crederē, Romanaq; ciuitate interdicēda, nisi illis uterē
disertus n̄ Hiero. sed interdū (ut alias dixi) assumit cōsulto uerbū uulgare,
utpote ad uulgū scribēs. Nec depreciare elegās est, quo uti Sidonius dicit.
20 nā apud te s̄atorū curā turba depreciet imperitorū. Premior aris, aut depo
nētaliter. i. precitū capere, Sueto. uti in Tito, dū inquit. In cōcionibus patris
nūdinari, p̄miariq; solitū. Analogia, ut dicit Gel. in ij. noct. atti. est similiū
declinatio, quā teste Quintili. ex græco transferētes in latinū p̄portionē uo
carūt. Sed nostri quibus cū lingua latina nullum est cōmertiū hanc uocant
grāmāticam regulatiuam barbāre & nullo auctore. De analogia eadem di
cit Martianus Fœlix Capella lib. iij. de grammatica.

Araneus proprie ipsum animal uocāt teut. spin. Plin. in xi. araneorū his
nō absurde iungatur natura. Aranea est opus ipsū & tela, sed poētę etiam
fœmininū pro aniali usurpant. Virg. Laxos in foribus suspēdit aranea cal
30 ses. Albugo est morbus oculorū cum ulcus circuli oculi infestat, quem
græci lrim dicūt. Leuit. xxi. albugo pro macula oculi simpliciter accipi ut
deitur. Amorosus, hoc est plenus amore, ego nunq; legi apud receptos,
nec item quo indocti utuntur in amōrare & in amōratus, hoc est ardens in
amore. Amorosus tñ & dolorosus tolerātius est, nec repugno qn̄ dici possi
tur. ego tñ nunq; legi, apud Laberij uero amōrabūdus. i. affluens amore legi
tur. Appropriare est uerbū grāmāticū nō elegans & oratorū. Anna
les, ut tradit Gelli. in v. noct. atti. Sunt libri qd̄ factū quoq; anno gestūe sit
monstrantes, nostri dicūt minus latine Fasciculus temporū. Cum uero nō
per annos, sed per singulos dies res gestę scribunt, ea historia uocabulo grę
40 co ἐφημερίσ. i. diariū dicitur. Annales igitur sunt quę nostri gręco uocabulo
chronica noīant. Chronica q̄ ualent temporalia plurali numero debent
enuntiari sicut Phisica. Gelli. li. xiiij. ca. xvi. In chronicis scriptū est, & li. xvi
cap. xxi. Ex libris qui chronici appellatur. Et paulo post, ut Cornel. nepos
in. i. chronicorū dixit. Augu. li. i. ca. xxvij. sed istorū prophetarū duorū tem

pora in chronicis non in eorū libris potuimus inuenire. Hiero. autē super
 Ieremia in singulari usus est, dicens in chronica Eusebii. Melius Augu. lib.
 ca. vi. nam sic scribunt, qui chronicā historiam profecuti sunt. Nam ille adie
 ctualiter, ut ita loquar, posuit. Inde synchroni, quo uocabulo utitur. Hiero.
 sunt æquales & coætanei, græce em̄ χρόνος chronos tēpus significat, q̄ au
 tem quidā dicunt contēporaneus uti credo apud receptos inueniri. Et ut
 dicit Beroaldus cōtēporatiōes nostri fidelit̄ magis q̄ foelicit̄ interpretatur
 Synchronismō. Alodiū a recētoribus iuris peritis dicitur minus latine
 prædiū. Sunt autē alia uocabula, quibus utriusq̄ iuris familiarē hodie utuntur,
 quibus sine pbato auctore, sicut est mansus qui & hubus dicitur. Dicuntur
 autē esse quantitatē terræ, q̄ bobus duobus sufficit ad laborandū in anno. 10
 Item curtes & curtilia pro uillis pprijs utuntur. Vtuntur et uocabulo rēp̄salia
 Item fertones, passagiū, minus latinis. Absentare & præsentare scripsit nup̄ q̄
 fertones, passagiū, minus latinis. Absentare & præsentare scripsit nup̄ q̄
 dam grāmaticus esse gothica uerba, sed ego latina dico. Claudia. lib. in. de
 raptu Proser. Colloquio patrijs, pcul absentauerat astris. Plini. de uiris illu
 stribus. Caput Pompei magni cum annulo Cæsari p̄sentatū est. hoc etiam
 uerbo utitur Quintilia. in. xij. a quo uenit rēp̄sentare, quo Cice. in epist. ad
 Curionē utitur. Accersere, ut tradit Agretius euocare est. Arcessere uero
 aliquē accusate significat, & ab arceo nascit̄, nāq̄ aliū accusare est a malef
 cio arcerē, inde a Cicerone dictū est arcessit̄ maiestatis. i. accusat̄ crimine les
 20
 cio maiestatis. Axioma teste Gel. lib. xv. ca. viij. latine a dialecticis dicit̄ Pro
 positio, a Marco Varrone proloquit̄. a M. autē Cicerone dicit̄ pronūciatū
 sic etiā ab Hiero. contra Ruffinū, imperiti dicunt male axioma. Et nota si
 uolumus sequi accentū græcū, tunc antepenul. ipsius acuetur, quibus penul.
 sit longa, quia per ω scribitur ἀξίωμα. at Martia. foelix antepenul. & penule.
 breuiat̄ dicens. Aduenit & stolidū p̄struit axioma, at licēter meo iudicio.
 Alleuiare nō bene dicitur, sed leuare uel alleuare, est em̄ alleuare souere
 & op̄e, atq̄ auxiliū præstare. Quintili. quare nō petis, ut miserū putetis, nisi
 si & innocens fuerit, non petis, ut afflictū alleuetis, nisi & pbauerit se infes
 30
 liciore &c. Item alleuare est in altū tollere. Quintili. uide multos quorū su
 percilia ad singulos uocis conatus alleuarent. Augustus dicit̄, quasi sacer
 ab auiū gustu dictus, q̄ in auspicijs adhiberi solebāt. unde Oui. in fastis. Sū
 cta patres Augusta uocāt augusta uocant. Tēpla sacerdotū rite dicara ma
 nu. quod aūt Lau. Valla cōtra donationē Cōstantini dicit̄ Non ideo uoca
 tur Augustus q̄ imperiū augere debeat, ut aliqui sentiūt lingue latinæ im
 petiū, nō oīno suffragor eius sentiētix cū dicat Sueto. de Augusto, ut Au
 gustus potius uocaretur nō cum nouo solū, sed etiā ampliore cognoie qd
 loca q̄q̄ religiosa & in q̄bus augurato qd consecrat̄ augusta dicant, ab au
 40
 ctu uel ab auiū gestu gustuue. Ad hoc nomē alludit Oui. scribens. Augeat
 imperiū nostri ducis augeat annos. Cui etiā astipulaf. Aegesippus q̄ sic scri
 bit in. v. belli Iudaici. Augustus apud Romanos nomen imperij est, q̄ au
 geat suos, nō q̄ opprimat alienos, ab isto igit̄ omnes posteri reges Romani
 dicti sunt Augusti, sicut Cæsares a Iulio Cæsare. at Iulius non dicitur CAE

DE ABBVSIONE

far, q̄ c̄so matris utero natus sit, nam scribit Suetō. Cæsarē matri **Aureliæ**
 olim dixisse. Mater aut pontificē, aut exulem filiū hodie uidebis. Nec pri-
 mus Iulius dīctator apud Romanos hoc nomine decoratus est, sed Scipio
 Africanus, ut auctor est Solinus cap. iij. dicens. Rursum necatis matribus
 ortus, est auspiciator sicut Scipio Africanus, qui defuncta parente, q̄ excelsō
 utero in diem uenerat, primus Romanorū Cæsar dīctus est. Idem dicit
 Plin. lib. vij. natura. histo. Et sicut Cæsares & Augusti nūc appellatio no-
 mine dicunt reges romani, sic apud Albanos oēs Siluij, apud Persas Arsa-
 cidæ &c. unde Seru. in. vi. aeni. dicit postea oēs Albani reges dīcti sunt Sil-
 uij ab huius noīe, sicut hodie Romani imperatores Augusti uocant. **Aegy-**
 pty Ptolemēi, & Persæ Arfacidæ, Latini Murani. Et ego addo Beli phoeni-
 cum reges, quod latius exequi meus Hiero. in. ix. super Ezechie. dices. **Vi-**
 deturq̄ mihi non unus esse Pharaō, sed apud ægyptios hoc uocabulo des-
 monstrari regiā dignitatē, sicut apud Romanos Cæsares & Augusti reges
 eorū appellant a primo Caio Cæsare, & secūdo adoptiuo eius Octauiano
 qui postea Augustus est appellatus. Et apud Syros Antiochi. apud Persas
 arfacidæ, apud Philistim Abimelech, & post Alexandrū in Aegypto Pro-
 lemēi, usq̄ ad Cleopatrā, qua uicta apud Actiū, Aegyptus Romana est sa-
 cta prouincia. Hæc ille. Alioqui non alioquin scribendū, sicut & atqui
 nō atquin, de hoc ita dicit Valla super Quintilia. In pluribus diuersorū au-
 ctorū uetustis codicibus inueni alioqui non alioquin scriptū dici, post apud
 Caprū gr̄maticū legi hoc p̄cipi, sicut atqui n caret, sic & alioqui. **Angis-**
 na, ut dicit Beroaldus morbus fauciu, & dicunt etiā tonsillæ. Imperitū mes-
 dicorum uulgus squinantia uocat, cū Hippocrates & Galenus sijnanchen
 appellauerint. Et ut idem dysenterian gr̄æce, tormina latine uocantur. Inde
 dysentericus, latine torminosus. Iam nomen dysenteria peruulgatū est in-
 ter medicos, cum torminū nomē ignorēs, quod sane perq̄ mirū est gr̄æcā
 dictionē esse latinis cognitissimā, latinā penitus ignotā, ut idē dicit, at ego
 audio hanc dictionē esse in usu eorū, sed pro alio significato. **Nuper enim**
 pro cruciatu uentris accipi audiui a quodā, teuto. kimmē. **Amarus in-**
 terdum significat ruch, hert und herb, in hominibus. unde Iustinus contra
 Antipatrum, amariorē semp ministrū regni q̄ ipsos reges fuisse. Interdum
 amarus uulgariter saur oder starck, sicut poma uel uina. **Sene. epi. lxxiij.**
 quo modo poma quædā sunt suauiter aspera quomō in uino nimis uete-
 ri ipsa nos amaritudo delectat. Est igit̄ ut etiā Hiero. tradit. **Amaritudo cō-**
 traria dulcedini. Et amarus dulci. Saporū igit̄ uini & aliarū rerū tradente
 Plinio lib. xv. ca. xxvij. natu. histo. sunt genera tredecim. dulcis, suauis, pins-
 guis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus, de alijs postea dī-
 cit. subiūgit item unū, in quo plures pariter sentiunt sapes, ut uinis, nāq̄
 in his & austerus, & acutus, & dulcis, & suauis &c. **Vbi austerus dulci, &**
 acutus suauī opponi uidetur, suauis em̄ alius quā dulcis. **Suauis sensu. dul-**
 cis sensu. Sic uinū in infantia est dulce, in pubertate suaue. **Homerus pariter**
Mel dulce, uinum suaue uocat. Inde nolcis significationem austeri & acuti.

Hic nota eodē modo accipi posse asper de uino, & cæteris similibus, & de homine, unde & **Quintili.** lib. viij. necessitate enim nos dicimus durū hōminē aut asperū, non enim propriū erat quod daremus his affectionibus.

Aue uerbū imperatiui modi non dicitur ab a, id est sine & ue, sed uenit ab aueo es. ere. quod apud nos gaudere significat, ex nimia cupiditate, imo & aueo cupere significat. Angelus græca lingua significat nuncius, unde dicit **Martia. Foelix Capel.** li. ij. philologiæ suæ de genio. Et quoniam cogitationū arcana superæ annuntiat potestati, etiā Angelus poterit nūcu pari, hos autē angelos græci ἀγγελοὺς dicūt, latini medioximos, quos etiā greci agathos & cacos dæmonas uocāt, hoc est bonos & malos dæmonas & angelos, at generali uocabulo apud nos Manes uocantur. Sunt em̄ manes eodē teste tam boni q̄ truces angeli. Inde uenit euangelīū ab eu q̄d est bonū, & angelos nuntius, quasi bonū nuntīū. euangelia itē .orū. p. n. sacrificiū & supplicationes dicunt, que pro bono & iucūdo nuncio decerni solent, mercedē itē significant eiusdē iucundi nuntij. **Cice.** ad **Atticū.** o suauēs duas epistolās quibus euangelia deberi fateor uernacula lingua nostra, botten brott. debet autē proferrī euangelīū u secundā litera fontū cōsonantis s habente, quod est oīno cōtra uulgi opinionē, dicentis differentiā esse inter euangelīū per u consonantē, & u uocalē, sed tēdet me in re superuacua plura uerba facere. Audi q̄ de hac re scripserit homo impense doctus, defecatiq; sermonis **Ioannes Capnion Phorcēsis Sueuus**, ita em̄ ad nos scripsit. De euāgelio idem quod de **Euandro** tibi iudiciū sit. Nam cū post eu cōsonans litera sequitur, tunc diphthongi, hoc est duarū uocū sonus retinetur, ut euge, **Eusebius. Eunuchus.** Sequenti uero aliqua uocali cōperrū est enunciationis quandā diuisionē admitti, manente diphthongi quantitate, ut cum dicimus, **Prolemus Euergites. Bacchus** euius, ut **Virgi.** in. viij. Tū pater **Euandrus** dextrā cōplexus eunū. Naud secus atq; in au diphthōgo accidere solet, ut gaudeo gauisus & econtrario auis, auiceps. Appellare pulchrū & elegans uerbū est, primo ut dicit **Vlpianus.** ff. de iniurijs. & fa. li. est blanda oratione alicuius pudicitia attendere, teuto. einer vnerlichs an muten. **Quintilia.** uxor marito dixit appellatā se de stupro a priuigno. Alias appellare dicitur creditor quādo creditā pecuniā reposcit, uel in iudiciū debitorē uocat. Idem **Quintilia.** in. v. non debui tibi pecuniā, me appellasti. Appellare itē est uocare & requirere, uos appello centuriones dicit **Cice** ro pro **Milone.** Appellare itē est prouocare, uti est titulus apud iurifconsultos de appellatiōibus, quod & si idem sit appellare & prouocare, in elegantia tamē differūt. Ita em̄ eleganter loquimur, appello iudices uel principem sine præpositione, sed prouoco ad populū, uel ad principē cum præpositione, lego tamē etiā apud iurifconsultos, appellare ad principē, unde hæc differentia non oīno seruatur. unde **Vlpia.** iurifconsultos. quid faciat iudex uidentū est, & poterit ad principē appellare. Item appellare a iudice uel principe. **Modestinus**, ut appellari a præfectis prætorio non possit. **Apuleius** etiā prouocare sine p̄positione ponit (si saltem idoneus auctor est confirmadæ

DE ABySIONE

latinatatis) dicens nihil prodest prætorē aut potestātē aliā prouocare. Item a
 principe prouocare dicit. **C**ellius. lib. xvij. ca. viij. ego nunc ab hoc **C**æsar
 ris libro prouocassem. **B**acca per duplex cc sine aspiratione describit. Et
 rat hic **M**artinus phileticus q̄ in de senectute **C**iceronis per simplex c scribi
 iussit. **D**ifferunt autem **A**cini & baccæ teste **V**allenſi **L**autentio, **Q**uæ **A**cini
 uulgo beer inter fructus minutiores arborū fructuū ue dentius nascuntur.
Baccæ uero dispersius & rarius. **I**nter acinos numerant uuæ, grana hederæ
 grana sambuci, grana mali punici. **A**dde etiā morū, & quicquid his simile
 est. **I**nter baccas uero fructus lauri, fructus oliuæ, corniloti quæ **F**abā syriā
 uocant myrtulentisci, similiūq̄. **I**nde uenit baccalaureus, quasi laureatus,
 hoc ē coronatus bacca lauri, q̄uis apud ueteres, nec hoc uocabulū, nec res
 fuerit in usu. **B**iblos uel scdm **T**heodorū **G**azam & **G**eorgiū **V**allā, by
 blos per y græcū apud nos significat liber. **I**nde biblia orū. pluralis numeri
 tm̄ scdm **G**eorgiū **V**allā significat librū ueteris & noui instrumētū. **S**ic em̄
 inquit **G**eorgius. **B**IBLIA generis neutri pluralis numeri, ut rhetorica cū
 codicem significamus, & physica, quæ faciunt bibliorū, rhetoriorum, phy
 sicorū. **I**nde uenit bibliopola, id est uenditor librorū, & dicitur a βιβλιον q̄
 est liber, & πωλώ, id est uendo & producit po syllabam. **M**artialis in apo
 phoretis. **S**unt quidam qui me dicunt non esse poetā. **S**ed qui me uēdit bi
 bliopola putat. **Q**uidā autem græcæ literaturę penitus ignari dicunt a bi
 blos & polio is. ire. quos cum sua ignorantia relinquemus, nō enim digni
 de quibus uerba fiant. **B**ursator & imbursator uocabula sunt barbara,
 & non latina, a latinis **Q**uæstor dicit, uide in dictione quæstor. **B**allista cū
 duplici l̄ scribit, nam deriuatur a βάλλω quod est iacio, uulnere, sagitto, &
 significat tria. **P**rimo teste **N**onio, maiora saxa & grauiora, quibus iaciunt
 teuto. bichenstein. **V**nde **V**ale. **M**axi. cum telorū iactu perforare nequit
 ret, ad ultimū balistarū tormentis undiq̄ petitam, silicum crebris & ponde
 rosis uerberibus percubuisse, unde lectū est etiā balistas talentareas esse, id est
 lxx. librarū saxa. **S**ecundo balista accipitur pro tormento mœnia concutiē
 te. **Q**uidi. de tristū. lib. i. **Q**uā graue balistæ mœnia pulsat onus. **N**em. in. ix.
 meta. **N**ec leuius pulsata sonat q̄ ferreus olim. **Q**uā laceras aries, ballistæq̄
 concutit arces. **T**ertio significat teuto. ein armbrost, quæ a quibusdā aīo
 nomine scorpio dicitur, ut auctor est **A**miānus **M**arcellinus assistit (inquit
 ens) artifex contemplabilis, & subtiliter apponit in tetrones cauamine sa
 gittam ligneam spiculo maiore conglutinatam, & cum ad extremitatem
 neruorum acumen uenerit, summū percito interno pulsu a ballista ex ocū
 lis aduolat. **E**t sanctus **H**iero. lib. i. contra Iouinianū. **B**allista quanto plus
 retrahitur, tanto fortius emittitur. **B**ombus & bombitatio est proprie so
 nus iste quem faciunt apes. **E**t bombitare uel bombifare (si modo dicimus)
 sed uix inuenit, non est sicut nostri dicit pedere, sed sonare quemadmodū
 apes faciunt. **B**ombarda uulgo dicitur metallica machina, quæ ignis
 incendio & sulphureo puluere, ut ita dicam glandes æneas, stāmaſq̄ pilas,
 & globosa, grauioraq̄ saxa conuoluens, horrifono fragore ac tonitru lon

ge, lateq; iactat, muros uerbum quatens, & obstantia quæq; molliēs. Hoc aut no mē bōbarda apud idoneos linguę latinę scriptores nusq; inuenitur qm nec noie, nec re erat apud antiquos, hmōi aut nois impositio a sonitu tracta nequaq; uidet absurda. Inde bombardariū dicūt tā peritū bombardę emittendę q; ipm artificē. Baiuli q; gręci bastazontas uocant, sunt q onera humeris portāt, & uesturas onerū faciūt suo corpore. unde & Festus dicit baiulos dicebāt antiq quos dicimus operarios. Inde baiulare est onera ferre apud Quintili. in. vi. ego te baiulare nō possum. Bancalia q sacri canones usurpant, illiteratū est & barbarū uocabulū. Dicunt em perī stromata siue peripetasmata, siue aulæa, siue insignia. Sunt autē **Aylæa** siue græce perīstromata, aut peripetasmata, aut etiā **Italica**, panni & uela pīcturata, & uersicolore textura spectabilia. Nec itē bancū uel stallū quibus nostri utuntē latina credas, sunt em indigna q ciuitate Romana donari debeant. **Baldassar** uel **baldassar** baldassar reperio apud idoneos recētiores, non baldasar, & declinabiliter contra nostrū usum. **Barbiton** sonitum mundum est uocabulū & barbarū, teste **Valla**. **Bladū** barbare & nō latine frumētū dicimus, uel potius teuto. suter. **Braca** nō est femorale, ut uulgo putatur, sed tegimētū a coxendicibus & umblico ad crura productum & uestis qua totū corpus tegit. unde **Pompo**. **Mela** scribit. farmatę braci totū corpus, & nisi qua uident etiā ora uestiti. Et **Diodorus Sicu**. uestes femoralia, uel perizomata, uel subligacula uel succinctoria, uel cāpestria accipiuntur pro tegimēto pudendorū, ein bruch. Græci bracas periscelidas uocant. Unde **Hiero**. ad **Fabiolā** græce περισκελι periscelle, a nostris fœminalia uel bracæ usq; ad genua pertingētes. **Bancarij** malū uocabulū est & barbarum, sed uocantē hi **Trapezitæ**. Item banca est barbarū. **Belial** uide in dictione **Satan**. **Banna** imperialis uel papalis. **Bāna** barbarū est uocabulū testis est **Valla** cōtra donationē **Constantini**, sed potius proscriptio dicitur. Et **banniti** latine proscripti dicunt. **Bursa** apud barbaros & ineruditos accipit p repositorio nūmorū, teut. seckel, cum deberēt dicere crumena uel marsupij, & scdm aliquos loculus. Nec bursare latinū est. At cōtuberniū studentij significat tabernā seu cohabitationē studentij, quā barbari etiā bursam uocāt. Inde & bursatores dicunt apud monachos, qui latine dicuntur o:onomi uel dispensatores, uel quæstores. Inde cōtubernaes sunt ipsi sodales, qui ab indoctis cōstantes dicunt, nec meo iudicio pōt collegij dici. Collegij em apud idoneos est cōgregatio hominū uel collegarū, non ædificij uel domus collegarū. At nostri ubi deberēt dicere collega, dicunt **barbare** collegatus uel collegiatus. **Byrsa** autē significat coriū, ut **Virgilij** interpretes scribunt. **Breuiarium** scribit **Sene**. lib. v. episto. ad **Lucillū** uulgarīa esse parumq; latinam ditionē. ait em, **Olim** cū latine loqueremur. **Breuiariū** uocabatur id qd nūc uulgo breuiariū dicitur. At refragor in hoc **Senecę**. cum **Plinius** non pessimus auctor, dicit libro. viij. ca. xxvi. hoc est breuiariū eius ab oriente &c. Et idem ait lib. xlvij. uerū ut pariter

DE ABRVSIONE

omnis culturæ quoddam breuiariū peragatur. & Suetonio de Augusto. Tertio breuiariū totius imperij &c. Idē de claris grāmaticis. Alterū breuiario rerū omnium Romanorū instruxit. Bellū latine dicit sed guerra uel briga barbare, & brigatores barbarū uocabulū, sicut & arbitriū latine dicit quod hodie legulei barbare laudū uocant. Bassus a. um. & bassa uox apud Latinos nuncq̄ legi, pro qua dictio bene legi pressa uel grauis uox apud eruditos, & per contrariū acuta uox, quam nos altā uocamus minus bene. Media autem uox est quem Tenorē uulgo nuncupamus. unde Quintilia. li. instit. ij. Nō enim laus est dicere prelle tantū, aut subtiliter aut aspere, quā phonaſco acutis tantū, aut medijs, aut grauibus sonis, aut horū etiā partibus excellere. Nam sicut cythara, ita oratio perfecta nō est, nisi ab imo ad summū omnibus intēta neruis cōsentiat, & Plini. lib. x. ca. xxviii. de Philomela. plenus grauis. s. sonus, acutus, summus, medius, finis. Et Apuleius in Cosmographia, ipsaq; musica, quæ de longis & breuibus, acutis & grauis oribus sonis constat. Item nec dicas in Bassa Germania, latine em̄ nō loqueris. Ita scripsimus in quendam sciolū sacerdotē astrologū, q̄ dicit per alemaniam altā, bassam, erras, deberes dicere alemaniam inferiorem et superiorem Bassus enim bassa non reperio nisi apud paganos sacerdotes, quibus nullum est cum lingua latina cōmerciū. Item altum est uocabulū mesum, & ut dicit Celsius anceps, non enim celsum tantū significat, sed & profundum, ut crebro apud poetas inuenias. Amianus item Marcellinus inferiorem Germaniā nominat secundā & primā Germaniā, quam alij superiorē rem, uel melius ut ego sentio, prima Germania est cis Rhenum. secunda est trans Rhenu, hoc est belgica quæ hodie est Germania. Capitiū autē & cappa latina non sunt, sed barbara & gothica. Capitia autē per i uel capitula, teste Nonio. Marcel. sunt capitū tegmina. Varro de uita patrū. lib. iiii. Tunicas nec capitia, nec strophia, neq; zonas. Idem in eodē, neq; id ab orbita matrū familias instituti, q̄ ea a pectore ac lacertis erāt apertis nec capitia habebāt. M. autē Varro li. i. de lingua latina dicit. Capitiū uenire ab eo quod capiat pectus. i. uestimentū pectoris, quod & superius exemplū contra Nonij allegationē uidetur uelle, cū dicit, q̄ ea a pectore ac lacertis erāt apertis nec capitia habebāt. Varronis sententiā uidetur cōfirmare Aul. Gel. lib. xv. ca. vii. ex mimis Laberij qui dicit, induis capitiū tunicæ pietatum. Vlpia, autē. ff. de auro & argen. dicit capitiū esse tegimētū mulieris atū capitis, di. m̄iebrīa sunt q̄ matris familias causa parata sūt, q̄bus uir nō uti facile pōt sine uitupatione, ueluti stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ q̄ magis capitis tegēdi q̄ ornādī causa sunt parata, poteris igit nō sine auctoritate dicere capitiū, teu. i. ap. CAPIdulū etiā & caliptra est genus uestimenti quo caput tegebat, teste Festo, & sic pōt dici, teu. kap, uel hut, sine delictu crimine, ut ego credo. Hic optime aduertēdū, q̄ si quā res aliqua est dicenda uel scribēda, q̄ nec re ipsa nec noīe sit in usu uel græcorū, uel latinorū, id quod doctus scire pōt, exēpli gratia, si tibi eēt Mesucca exprimēda, q̄ est uestis polonorū, atq; bohemorū, etiā in Germanorū usu, cum non sit in usu græco

tum uel latinorū, ut opinor, diceret, da mihi hesuccā, cū illa particula semper addita, ut ita loquar, uel, ut more nostro dicā, & sic de omnibus consimilibus facies, quia plura talia sunt in usu barbarorū, quæ non sunt apud Italos, unde optime testis **Sidonius**, licet nouis rebus noua notā imponere. Et **Apul.** de dogmate **Platonis**, detur em̄ uenīa nouitati uerborū, rerū ob securitatibus seruienti. & **Hiero.** Noua uerba nouis rebus fingemus. Cū curis uel cicur, ut est apud **Varronē** (non cicurris per duplex rr, ut scribit apud **Catholiconē**) significat quoddamq; animal quod cicurari, hoc est manuefferi potest, ut testis est undecunq; doctissimus (**Teste terentiano**) **Mar.** Varro de lingua latina. lib. ij. Et **Cice.** de natu. deorū. in. ij. quæ & q̄ uaria genera bestiarū, uel cicurū, uel ferarū, ubi feræ & cures opponunt. Errat igit **Catholicon** qui dicit. Cicuris est porcus natus ex apro syluestri & domestica porca. **Siliter** & **Papias** delirat qui dicit, cicurris est sus domesticus.

Charistia pro penuria uel caritate non inueniri apud idoneos, supra scripsi. At bene dicimus charistia per ch, & gratificationē significat. unde **Val.** maxi. lib. ij. ca. i. Conuiuū etiā solēne maiores instituerūt, idq; charistia appellauerūt. Vnde charistia celebrare apud nos, potest significare teuto. hofhalten, sicut consuetū est inter amicos, uel apud principes reperiri, & est pluralis nu. tm̄. Inde uenit **εὐχαριστία** eucharistia quod interpretat apud **Hieronimū**, id est gratiarū actio. Colores rhetoricos ineruditū uulgus putat significare exornationes & elegātiās uerborū atq; sententiarū, ut cū perferunt elegantem orationē, dicit cōmitti colorē rhetoricalem, sed male sentiunt, audiamus **Vallā** super nonū librū **Quintiliā**. in situ. sic inquitentem. De figuris & coloribus uerborū hic titulus ab imperitorū aliquo est appositus, qui putant figuras uerborū ac sententiarū colores dici, cum a rhetoricis probabilis causa alicuius facti color uocetur. Vocant igitur latini colorem excusabilem facti causam. Nam cum in declamationibus, tum in ueris causis i primis color querebatur, qui si absuisset, uix causa stabat, quē colorem in narratione præcipue & per omnes orationis partes seruari debere **Quintilianus** præcipit. Et **Seneca** in declamationibus refert ab egregijs declamatoribus sepe extra causam quæsitū fuisse de colore. **Figure** igitur uerborū, uel sententiarū dicendi sunt, non colores. **Figura** ut suo loco dicemus non est uitiosa, sed elegans & oratoria oratio. **Census** quid sit & quomodo eo nomine abutamur, uide in litera p, in dictione pensio.

Conterraneus, quere in dictione **Verna**. Colonia dicitur multitudo ciuiū Romanorū, missa ad aliā ciuitatem, in qua agri publici per triumuiros ei diuidebātur. Et deducere colonias est de urbe Romana, uel aliā ciuēs tollere, & in aliā ciuitatē ducere, in qua agri publici diuidunt eis. Inde coloris, id est habitatores. **Virgi.** Vrbis antiqua fuit tyrij tenuere coloni. Et iā colonos accipimus pro rusticis. Et colonia a colo is. ere. deducitur, ut ab idoneis in scriptis relicū esse scimus. Et penul. syllaba breuis est in colonia, uocalis em̄ ante uocalē in latinis dictionibus semper corripit, paucis exceptis, quapropter nō possum satis ridere, ne dicā stomachari, quosdā germaniæ

leguleios, qui cū in iure ciuili de colonijs deducēdis loquat, dicūt colonia penulti, producta ad differentiā Coloniae urbis Agrippinae, quae differentiā facit eos peccare in grāmatica, cum uocalē natura correptā, pducāt. Ne sciunt etiā boni homines Coloniaē Rhenensem esse cū praedictis eandē Romanorū & Agrippinae matris Nononis coloniaē. In una igit dictione eandem rem significante faciunt differentiā & quātītatis syllabarū diuersitatē.

- Camera dicitur latine testudo seu fornix & lacunar, parsq; superior cubi-
 culi, teuto. gvuelt oder schneck, non autē, pprie significat totū cubiculū
 in quo dormimus, ut nostri dicunt. Inde uulgo uocāt camerariū qui cubi-
 10 cularius dicitur. Apud. de asino, nam mytilū mulionē & ephestionē cocum
 hyppathamū cubiculariū. Corā aduerbiū significat teuto. gegēvuertig
 & tantū ad personas refertur. Barbari autē dicunt praesentialiter & ore te-
 nus. Ore tenus enim ualet usq; ad os, sicut mente tenus usq; ad mentē. Cor
 de tenus usq; ad cor, quod nihil ad propositū facit. Casu aduerbiū. i. for-
 titu, ut Cice, in. ij. de natu. deo. intelliges declarare horas arte, non casu. La-
 20 ctan. v. lib. ca. ij. nisi forte casu in manus eius diuināe literae inciderunt, pro
 quo imperiti dicunt casualiter, quod ego apud idoneos nunq; legi. Ca-
 lebs & cēlibatus, uide in dictione uirgo. Correspondeo non est latinū
 uide in dictione respondeo. Coniugatio apud grāmaticistas est declinatio
 uerborū, q; paria sint & quasi uno astricta iugo, possumus tamē dicere ul
 30 declinatio, uel. coniugatio uerborū, uel ordo, ut neoterici iam dicūt primi
 uel tertij ordinis, hoc est coniugationis. Coniugare igit & cōiugatio corri-
 piunt mediā, contra quorundā grāmaticistarū usum, quia componuntur a
 con & iugum & iugare, quae primā corripit, unde Quintus Serenus. Ca-
 rica, uel Betis lento cum melle iugatur. Confessor non est, ut uulgo pu-
 tat auditor cōfiteutiū, sed ille ipse qui cōfiteatur, teuto. ein er der beicht. Inde
 dicimus de confessoribus, von beichtigern. Claustrū a claudendo, non
 significat proprie atrium monachorū, teuto. ein closter, sed significat (ut ita
 loquar) clausurā, teuto. ein clausen, quā barbari & indocti dicunt clusam.
 40 Sicut est in alpebus tridentinis, Sic Solinus de Nilo. Tunc quoq; (in q; emē
 sus magna lōginquaq; loca, cum primū occurfantibus scopulis asperatur
 tantis agminibus extollitur inter obiecta rupium (ut ruere potius q; ma-
 nare credat) demumq; a cataraete ultimo tutus est. Ita em quaedā claustra
 eius Aegyptij nuncupauerūt. Et Florus per alpes. i. claustra Italiae ferebant.
 Copia æ. uulgo Copei, nō bene, uide in dictione exēplar, adde q; nec la-
 tine dicitis copiare uel excopiare pro excribere. Chorus graece latine si-
 gnificat cōtū hominū, & cōgregationē uel choreā, nostri autē indocti acci-
 piunt, p subsellis sacerdotū in tēplo, teuto. chor in der kirchen. Inde chorau-
 lis est is q; tibis ad choreas canit. Nam aulos graece tibia latine est, teuto. ein
 45 fvuogler. non korsinger, ut nostri accipiūt, unde apud nos usitatū nomē, p
 latino Auledus. Et dicitur chorus a chara, i. leticia. Inde Mesochorus dicitur mo-
 dulator, q; in medio canat choro. Cōplacere uulgo dicimus, ubi rieto-
 res utuntur his uerbis, morē gero, uel obsequor, uel obsecūdo, adde q; cō-
 placentiā dicitur indocti, ubi nos obsequiū latine dicimus. Carpētū uide

in dictione faber. **Christus** $\chi\rho\iota\sigma\tau\omicron$ per ch aspiratū & i latinū scribitur, & ualet unctus, qui hebraice **Messias** dicitur, ut refert **Laetan.** Vnde **chrisma** similiter per ch aspiratū. Sed caue ne per x scribas **Christus** hoc modo. xps indocti em sic decepti sunt per graece literaturę ignorantia, ubi sic scribitur abbreviatum $\chi\rho\sigma$ ubi χ litera ualet ch. non x. Item ρ ualet r non p. Caue post hoc ne sic scribas, q̄ autē quidā indoctiores uolūt reddere rationē cur per x scribas, ad designandā crucem christi, & ita seribi religionis gratia, nō adhibeas fidem, indoctissime em & intollerāter hęc conlingunt. **Cœmi** terium in principio cum œ diphthongo scribitur, non cimiteriū dicendū, teuto. kirchhoff, est mortuorū dormitoriū, & a $\kappa\omicron\mu\epsilon\delta\omicron\mu\epsilon\alpha$ uerbo deducit, 10 quod est dormio, non a cimis. i. dulce, ut græcista fabulatur. **Calculus** est quē latronē, & p̄ diminutionē latrunculū antiqui appellarūt, uulgo autē recentiores **Schacū** appellāt. **Coralliū** simpliciter scribit, non coralliū, ut nos **luri**, a enim est breue, unde **Oui** sic & coralliū dum crescit in æquore uimē, & sic **Quidi**, produxit primā, sed contra **Claudianus** de nuptijs **Honorij.** **Mergit** se subito uellitq; coralia clothe. Sed **Sidonius** cum uulgo errat dicens. **Lactea** puniceo sinuatur colla corallo, optime **Quidius.** Nam prima apud græcos per ω scribitur, sic $\omega\rho\acute{\epsilon}\lambda\omicron\upsilon\upsilon$ ubi prima longa, alię breues, male etiā **Vocabularius** rerū dicit. **Corallus** korellen, sed **Coralliū.** **Crinale** nostri uocāt fertū uel coronā, teuto. ein krentzlin, ubi deberēt dicere crinae 20 le, q̄uis & crinale apud idoneos nunq̄ absolute legerim, sed adieciue ut ualeat crinale aliquid p̄tinens ad crinē, ut **Stati.** in **Achilleide.** Et fronti crinale reponeret aurū. **Claudi.** **Crinali** florens hedera &c. **Sertū** igitur uel corona significat, teuto. ein kranz, nec tm̄ corona ex auro est, ut uulgus putat, sed ex gramine corona myrtea, oleagina, lignea, spinea, pampinea, rosea, florea, de insignioribus coronis docebit te **A. Gellius.** lib. v. ca. vi. no. 30 **ti.** atticarū. **Conchile** uel conchiliū est lapis preciosus. teuto. berlin. Indocti autē & barbari plam uocāt, latine etiā hic lapis margarita uel margaritum p̄ eodē. **Vnio** onis idem significat, estq; ge. maf. ut dicit **Valla.** Nam unio forminini quod & pro unitate nunc accipit, nec auctoritate nitū, nescio em apud quē reperiat, nec arte, cū deberet esse ge. maf. ut talio, stello, curculio.

Cæcellarius, ut multis placet, dicit a cæcello ala palatij, sic dictus, q̄ olim ibi officiū suū exercebat iuxta thesauriū impatoris, cuius sibi cura demāda batur. Attū illud uocabulū minus tersum doctiores uitant, ut testis est, nos bis quidā **Ioānes Bap̄ti.** **Bononiensis** sic dicens. **Ab** epistolis latine nuncupantur & uenuste quos cancellarios semidoctū uulgus appellat, quorum principes archigrāmatei uocant. **Plutarchus** auctor est **Eumenē** archigrāmateū **Alexandri** fuisse, hoc est scribarū principē. **At** qui dixerit cancellari 40 us nō oīno caret auctoritate. **Flauius Vopiscus** in uita **Carini** amicos optimos quosq; relegit aut tenuit, præfectū urbi unū ex cancellarijs suis fecit, q̄ foeditus nec cogitari potuit aliquādo nec dici. **Consuetudo** teste **Martino Philetico**, elegāter usurpatur pro eo quod quidā dicunt conuersationem. **Et** teste eodem, tu ne dicas conuersationē, hoc enim nomē non memini me

legisse apud Ciceronē. At bone philletice leges apud Quintiliā. Senecā crebrius & alios. **Causare.** i. causam facere, uel in causa esse, solū apud dialecticos ieiunō orationis genere gaudentes reperio, non apud elegantiores. **Ac** causari apud doctos significat causam rei gestæ afferre, uel ut Nonio placet, causam dicere uel defendere. **Character** habet characteris penult. longa in obliquis, & scribitur cū aspiratione in principio, sic em̄ apud græcos scribitur, χαρακτήρ χαρακτῆρος penult. longa. **Corollariū** simpliciter & duplici ll, non correllariū, ut indocti scribūt, est dictio frequēs in ore dialectorū, sed a paucissimis uel intellecta, uel recte scripta. Est aut̄ corollariū ut **Varro** dicit dictū, quod significat id quod addit, p̄ter id quod est debitū teuto, zugebūg oder ein schenckung vber den lon. uocabulū fictū a corollis, q̄ h̄c, cum placuerāt actores, in cena dari solitę sint. **Sueto.** de **Augusto.** **Corollaria** & p̄mia in alienis quoq; muneribus ac ludis crebra, & grādia de suo offerebat. **Aufonius.** Interea tamē ne sine corollario poetico tabellarius tuus rediret, paucis iambicis præludere putauī. **Comessator** uocatur κομῶδω comazo, quod est ebrietatibus operā dat, deduciturq; a uerbo græco μεδο, cum comedo primā corripiat, comessator eandem producat. **Martialis.** Qui nec leno potes, nec comessator haberi. **Inde** comesor. aris. comesatio quæ fit quotiēs post coenā aliquid comeditur. **Sueto.** de **Vitellio.** Epulas triphariā, interdū quadrifariam dispertiebat in ientacula et prandia, coenas & comestationes. **Ciuitas** teste **Leonardo** arretino, non dicitur quasi ciuū unitas. Sic em̄ & pari ratiōe paruitas dicere paruorū unitas, diuersitas diuersorū unitas & uarietas, & sic de multis alijs, quod est in primis absurdum dicere. Sed ut idem dicit ciere est uocare, inde coetus, inde ciues, inde de ciuitas, inde alia hmōi cōgregationis uocabula ex eo dicta, q̄ multitudo uarie dispersa in unū conuocabat, a ciere itaq; ciuis, & a ciuibus ciuitas & sic etiā uult **Cassiodo.** dicens, nam cum omnis ciuitas a ciuibus dicatur uerius tamē illa ciuitas dicitur quæ unanimes ciues continere monstratur, dixit ergo ille ciuitas a ciuibus, non quasi ciuū unitas. Et ut dicit **Gellius** lib. xvij. iuxta sententiā **Valerij** Flacci. Ciuitas accipitur & pro loco, & p̄ oppido, & pro iure quoq; omnium, & pro hominū multitudine. **Canon** primā lego correptā (non productā, ut tradit **Sulpitius**) **Aufonius.** Hic demū excessit grāmaticos canonas, in quo multi errāt. **Inde** uenit græcū uerbum canonizare, quod apud latinos in rariori usu ē. & significat regulare, ut ita loquar, non sanctificare, ut uulgo loquit, dicens ille est canonizatus, hoc est in numerū sanctorū relatus, quod inauditū est. **Latine** item dicimus canonis gratiā facere, uel soluere canonibus quod uulgo nunc dispensare uocant, ita etiā legis gratiā facere, uel legibus soluere. **Carnifex** (ut dicit **Donatus**) est qui carnes ex homine facit, & ut **Iulius Firmicus** dicit, cui damnatorum hominū officia creduntur, teuto. ein diephencker, male autē nostri dicunt teutonice, ein fleischer oder metzger. hic em̄ **Ianius** dicitur, unde **Senecca.** deinde cum scholasticos. sumo fragore, & tu quisquis es carnifex cū

fricta sustuleris securim, anteq̄ serias patrē respice. Inde carnificiū est opus carnificis, unde **Tertulianus** in apologetico, longe aliud carnificii munus in **Christianos** imperatis. Inde carnificina est locus carnificii teutonice. die haubstat, uel ipsa excarnificatio cruciatulq̄.

Complacentia est uocabulū indoctorū, docti pro eo obsequiū dicunt. **Castriū**, ut dicit **Seruius** grāmaticus in v. æneid. est ciuitas. Inde castellū pars uī castrum, & locus muris munitus, sicut etiam arx, quæ ab hoste arcendo dicitur, teutoni. berckschlos, nōstri uocant fortalitium minus latine & bene, ut ego sentio. **Castra** aut pluralis numeri tantū potest dici locus ubi milites tentoria fixerunt, teut. vuagenburg. Sed uilla non significat teuto. ain dorff, uerū pagus uel uicus paganus. Sed uilla proprie significat domū in agris, nō tñ inepte plures in uno agro domus uillæ uocari possunt. **Virgilius**. Et iam summa procul uillarū culmina fumant. **Suburbana** aut pluralis numeri tantū significat teuto. uorstat. edificia ante ciuitatē pagi instar cōstruata. Inde castellū & castellani, qui non sunt præfecti arcū, ut uulgo putat, sed dicunt castelli inhabitatores, teste **Liuius**, sicut oppidani oppidorū inhabitatores. **Cōtrarior** aris, uerbū est penitus grāmaticū, ideo scribentibus epistolas, & his qui syncere loqui uolūt uitandū, sed cōtrarius sum, bene. **Carpio** genus est piscis peculiaris **Benaco** lacui (qui nunc uulgo gardæ lacus dicit.) Sed nō est carpio isle de genere istorū pisciū quos nos nūc carpones uocamus, ut mecum falso multi putauerūt. **Capus** uel capo teutonice. ain kapon pro eodē possunt dici, teste **Seruius**. **Cloacæ** nō proprie loca ad onus uentris efficiendū disposita significant, sed sunt uix illæ subterraneæ parietibus in modū aquæ ductuū munitæ, per quas aquæ pluuiæ extra urbē uel in fluuiū dilabuntur. **Contentor** aris, uerbū est satis barbarū, sed cōtentus sum bene dicitur. **Conciues** uulgo uocant qui sunt ex eadē ciuitate teut. mitburger, in quo errore uersatur & **Lau. Valla**, sed audi **Philippū Beroal**. In ualuit consuetudo, ut cōciues passim dicamus municipes nostros, recte an perperam uiderint illi in quorū ore & labris dictio hæc est tam frequens, me riualem nō habebunt, ego latinitatē elegantia sequens dicere malim, hic meus ciuis est q̄ cōciuis. Et ita locuti sunt ueteres omnes qui pure, probeq̄ loquūt, ita **Marcus Tul.** loquēdi norma ubiq̄ uoluminū, ciues suos dicit, nūq̄ cōciues. **Tertio** tuscula. **Legimus** librū **Clitomachi** quē ille euerfa **Carthagine** misit cōsolādi causa ad captiuos ciues suos. **Lactā**. in lli. institū. diui. loquēs de **Sybillis** dicit, de q̄nta **Erythræa** quā **Apollodorus** **Erythræus** affirmat suā fuisse ciuē. **Luca**. in pri. **Nec** ciuis meus est in quem tua classica **Cæsar**. Et **Apul. li. iiii.** floridorū. **Protagoras** **Democriti** physici ciuis. **Neoterici** aut. i. re. eūores, conciuēs dīctant tanq̄; id sit elegantissimū, latinissimūq̄. **Auctoritas** mihi dux & magistra rerū oīm. **Alio** mō latine & eleganter dicit municeps meus, p. ciuis meus. **Plinius** & iuriscōsul. & scholasticus eruditorū municeps usurpāt in hoc significatu. Et sicut nō dicimus cōmuni cepus, ita nec cōciuis pari rōne, unde **Paulus** iuriscōsul. ff. de uerbo. ignifi. dicit, municipes intelligendī sunt & hī qui in eodē municipio nati sunt. Sic

DE ABBVSIONE

- etiā ut dicit **Festus**. **Curiales**. i. eiusdē curiæ, nō cōcuriales. Et **Georg.** merula dicit. **MVNiceps** est eiusdē patrię nō solū ciuitatis ul' oppidi, & sic usurpat **Orosius** li. vii. dicens, apud **Britānias**. **Gratianus** m uniceps eiusdē insulæ ty rānus creatur & occidit. Sic etiā dicimus popularis eiusdē populi, nō cōpo popularis. **Plaut.** in pen. **V**bi penus ad penū loquit, o mi popularis salue. Inde **POP**ularitas est eiusdē populi natio. Idē, & si qd opus est quælo dicatq; im pera popularitatis causa. i. quia de eadē gente. l. **Aphricana**. **POP**ularis in habitator alicuius ciuitatis & ciuis eiusdē **Gel.** li. v. cap. iij. **Protagoras** de p ximo rure in abderā oppidū, cuius popularis fuit, caudices ligni portabat
- 10 &c. **Cōplexionē** corporis medici barbare magis q̄ latine dicunt, cū latini elegāter dicant cōstitutio corporis uel temperamentū, cōpositūq; corporis moderationē, quā græci uocant crasim. **Itē** corpus bene cōstitutū, qd barba ri dicūt bene cōplexionatū. **Cice** in tuscu. **Cui** corpus bene cōstitutū sit & exploratū. **Idē** in ij. de finibus bonorū. **Ipse** em **Metrodorus** beatū describit his fere uerbis, cū corpus bene cōstitutū sit & exploratū ita in futurū. **Cha rita**s per ch est amor, uel saltē species amoris. **Caritas** autē sine h dicit penus ria teut. teure. **Sed** differūt, quia caritas fere frumētū dicit & ānonæ. **Penuria** autē inopia oīm rerū, & præsertim earū quæ in penu recondi solēt, barbare autē & nō latine quidā caristiā uel caritudinē dicūt. **Adde** q; carentia nō nisi
- 20 a grāmatisis nō oratoribus dici reperio. **Dicas** igitur annona est cara, nō ut uulgares in caro precio, ita testat **Martinus phileticus** sup **Cice**. epi. **Dicitur** autē penuria teste **Festo**, q; pene min⁹ sit q̄ necesse est. **A** penore autē descēde re nequit, quēadmodū uult **Catholicō**, cū penus prima breuis sit, penuria autē illā pducatur. **Mor.** **Supremū** tēpus in se penuria uictus. **Et** sicut carū dicit teut, teuer oder vuerd, sic econtrario uile uilius, uilissimū, vuolfsail oder un vuerd, exēpla inuenies apud iuriscosul. ff. de rescindēda uenditione. **Plaut.** in milite. & postea qui hoies probi essent, ut esset his ānona uilior. **Clamo sere** a clamor dicimus nō clamorosus. **Iuue.** **Securum** iubeant clamoso infir
- 30 clamosa molossi. **Silius**, **Sidonios**, **Drepani** atq; undæ clamosus **Helorus**. **Certificare** & certiorare uerba sunt potius grāmatica, q̄ oratoria & ele gantia, ut multi uolunt quibus tñ utunt iuriscosul. **Certificare** dicit ff. de excu. & temporibus eorū. l. si duas. §. sunt autē. **Certioratus** dicit **Papini**. ff. si quis onus cau. testa. l. prima. §. si autē. **Cōmuniter** hoc aduerbiū indocti & barbari accipiūt pro fere uel pro plerunq; reūto. zum offiern mal, & sic esset aduerbiū temporis, nec aliter audio usurpari, sed cōmuniter significat pariter, ita oēs teut. gemein, ut cōmuniter utimur hac re, teut. mir gebrach ens mit ainander in gemain, & sic latini accipiūt. **Cice**. in ij. de na. deo. sic dis similimis bestiolis cōmuniter cibus querit, & **Tertulia**, apologetici ca. xvi.
- 40 **Cæterum** quod uideri cōmuniter, quod cōprehendi, quod æstimari potest minus est oculis. **Ciuitatensis** indocti & barbari dicūt, pro inhabitatore ciuitatis, quoniā latinū non est. **Concio** si credimus **Aul.** **Gel.** li. xvij. tria significat. **Primo** significat orationē publicā alicuius sacerdotis ul' magistræ

tus, quā græci uocant *δημογορίαν demegorian*. Inde concionari deponētale, est facere sermonē ad populū, & ad populum loqui, ut exponit Aug. in grāmatica sua. **Lactan.** in ij. Sed quid prodest ad uulgus & imperitos hoies hoc modo concionari. Et concionator quē indocti prædicatōrē uocat, ut in dictione ecclesia inuenies. **Secundo** concio dicitur locus uel suggestus, aut cathedra, unde uerba fiunt, quę uocat ab indoctis ambo onis. quod latinum non est. **Tertio** significat cōtū & multitudinē populi assistentis quā græci *ἐκκλησίαν* ecclesiā uocat, ut in eadē dictione uidebimus. unde **Cice.** in. ij. de de ora. in hac ultima significatione accipit, cum dicit **Conciones** sæpe exclamare uidi cum apte uerba cecidissent. **Cōmeatus** accipit pro cibo ad ciuitates necessario, uel ad exercitū, uel pro alemonia ad uitā uel domū priuatā necessaria, ubi uulgo & plebei literatores dicūt uicualia. **Cice.** p. lege manilia iam cōmeatu priuato uel publico, phibemur. Itē cōmeatus in singulari tm̄ accipitur pro facultate & potestate abundi uel recedendi ad rēpus a militia, ab alioe ministerio, sic q̄ redeat ad diem sibi statutū ab imperatore, ut **Tit. Li.** magna pars sine comeatibus dilabebat. Inde cōmeare est abire cum animo redeundi. **Collegiū** quid sit, uide in dictione bursa. hic tm̄ nota dicendū esse collega non collegatus uel collegiatus quemadmodū barbari dicunt. **Kyrie eleison** uide de erroribus Græcistæ. **Cerdo** non tm̄ signi. teuto. ein ledergerber, sed quicūq; exercet artes illiberales & mechanicas lucri gratia. **Cerdo** enim græce iucrū latine dicitur. Inde cerdo. i. lucrío lucrionis, ut **Festus** uult. **Contuberniū** dicitur contubernaliū habitatio, conuictus & sodalitas, sicut contuberniū studentū significat eā domum quam indocti uulgo bursam uocant, ut in dictione bursa uidimus. **Seneca** epist. vi. ad **Luciliū**, **Hermacū** & **Polienū** magnos uiros non scholæ **Epicuri**, sed contuberniū fecit. Inde contubernaes dicuntur in uno contubernio habitantes. **Lucius Apu.** de asino. **Cur** utiq; cōtubernalis arctissimi relicta cœnula præmaturus afforet. **Et** idem loquens de duobus fratribus simul habitantibus, unico illi contubernio cōmunē uitā sustinebat. **Et** **Cyprianus** contubernalitatē usurpat pro ipsa sodalitate. **Contuberniū** autē a con & taberna deriuatur, & græce dicitur *κοινόβιον* cœnobiū quasi cōmunis uita aliquorū quorūcūq; non monachorū tm̄, ut uulgus existimat.

Curia a cura dicta, proprie dicitur locus ubi senatus tempore. curat, teuto. rathus. **Et** ita dicit **Lactā** grāmaticus sup thebaida **Statij** in secretis locis curę publicę disserunt ad hoc electa loca curias noiauit antiquitas, alio uocabulo senaculū dicitur, & græce gerusia. **Varro** autē duo genera curiarū annumerat. Nam & ubi curarēt sacerdotes res diuinas, ut curię ueteres. **Et** ubi senatus humanas. hæc ille. **Improprie** igitur nostri uocant curiales, teuto. hoffleut oder hoffgesindt, eos sc̄ qui sunt in atrijis uel palatijis principū, qui ab elegantioribus dicunt aulici. **Sicut** etiā palatini canes dicunt hi rabulę q̄ sūt in palacijs principū. **Palatiū** em̄ uel aula, uel atriū, uel regia dicitur domus imperatoris uel principis. **Martia.** **Atria** **Pisonū** stabāt cū stēmate toto. **Et** **Suetonio.** **Tranquillus** de **Galba.** Imperator uero stēmata in atrio pposuerat quo

DE ABEVSIONE

paternā originem ad Iouē &c. Indocti etiā barbare dicunt curia Romana Item illud. Curia Romana non petit ouem sine lana. Nemo enim eorum qui proprie & signate loquuntur illi orationi suffragatur. Item & barbare curialem uocāt eū qui sit facetus & comis, quoniā lectū est nunq̄ in ea significatione, sed curiales dicunt eiufdem curiæ. Copiarū duces dicunt eleganter a **Q.** Curtio qui a nostris non satis latina uoce capitanei dicunt.

10 Camelus notū animal est, pascitur inter armenta, in oriente duo sunt genera. **Bactriæ** & **Arabix**, differūt. **Q.** illa bina habent tubera in dorso, q̄s uulgo **Dromedarios** uocāt, & a luculentis scriptoribus **Dromades**. **Quintus Curtius** de rebus gestis **Alexandri magni** lib. v. **Dromades** cameli inter dona erant uelocitatis eximix duodecim. **Cambire** & **campiores**, uide in dictione **Trapezita**. **Crux** tam mascul. q̄ femi. generis est, testibus **Capro**, **Probo**, **Pompeio**, & item **Hiero.** qui lib. i. super episto. ad **Ephe.** dicit, **Crux** scdm̄ græcos est mascul. ge. unde est illud, in oratiōe **Gracchi**, dignus fuit qui malo cruce periret. & **Hiero.** ad **Gala.** **Mihi** autē ablit gloriari nisi in cruce dñi nostri **Iesu christi**, per quem .i. crucē mihi mundus crucifixus est, quod quidā literatores indocti putant esse relatiuū huius genitiui **Iesu Christi**, quod non quadrat. Et sicut translator ex imitatiōe græcorū trāstulit crucē in mascul. ge. lic em̄ in **Matthæo** ca. xx. transtulit, scitis quia principes gentiū dominant eorū, earū latine dicere debuit, sc̄ gentiū, sed quia græce gens est neu. ge. ideo interpret non aduertit, sicut in episto. **Pauli** prima ad **Corint.** maior horū est charitas, ubi harū dicere debuit. uix autē interpret hic excusari potest, nisi ex græca imitatiōe, uoluit enim fideliter transferre. Et in plurali habet cruces, teuto. galg. honorandas etiā cruces uocat **Iulianus** in auten. de sanctis, epist. colla. ix. Non est uerū autē ut imperiti putāt, q̄ accipiatur pro meretricibus, qui decipiūtur ex illo **Teren.** in **Eunuchō**, & illis crucibus quæ nos nostrāq̄ adolescentiā semper habēt despiciatā, & quæ nos omnibus semper cruciant modis, ibi em̄ crucibus nō meretrices sed tormēta, & pœnas earū effectus significat, qui em̄ meretricē sufferre cogitur, idem tormenta & durissimas cruces tolerat. Sic & nos accipimus.

30 Ah quis sollicito non gestat mille dolores. **Petio**re quisq̄ suas iustinet ecce cruces. **Crux** igit̄ & cruces significāt patibulū. **Seneca** i. decla. suffixorū corpora crucibus in sepulturā suā defluunt. & **Curtius** in. iij. lib. **Crucibus** affixi per ingens litoris spaciū pependērūt, ita & **Corne.** **Tacitus** dicit. Et **Iulianus** in. ij. quicūq̄ capi potuerunt supplicia crucibus luerunt. **Nec** te perturbent grāmatici, qui dicunt q̄ crux careat plurali. **Nam** auctores allegatos habes in contrariū, sicut nec uita nec alia quædā carent. **Cice.** enim dicit mortes primo de natu. deo. & primo tuscu. **Quintili.** in declama. & **Augu.** lib. i. ca. xi. dicunt mortū in genitiuo plurali. Item mortibus. **Orosius.** **Mortes** etiā **Seneca** dicit & mortibus. & **Hora** paces dicens in episto. ad **Iulium.** **Bella** quis & paces longū diffundit in æuū. **Capella** in. iij. glorias dixit. Et **Gellius** gloriarū. **Luces** **Apuleius** in colmograpia. Et **Quidi.** Post septem **lucis** **Iunius** actus erit. **Capella** lucibus dixit. Et **Quidi.** in. vi. **Falso.**

Aspicit instantes medijs sex lucibus idus. Item uitas inuenies apud **Gelliu**,
 & uitaru apud **Augustinu** li. xv. ca. ix. & illi auctores immo solus **Cicero**
 plus facit mihi q̄ omnes regulæ grāmaticorum. Et sic si apud idoneos au-
 ctiores inuenies aliquid contra grammaticas regulas, sequere auctores, nō
 grammaticam, præsertim apud auctores illos qui non nimis uetusti sunt
 ut **Lucilius**, **Pacuius**, & similes, uel nimis recentes, quibus etiā non datur
 auctoritas, nec temere etiā usurpanda sunt, quæ unus semel tm̄ etiā si rece-
 ptus sit licentiose dixisse uideatur. Nam ut **Asconius** dixit **Pedia**. quod ses-
 mel fieri dicitur, ac si nunq̄ fiat accipi solet. In hoc tamē **Ciceronē** excipio,
 apud quem quicquid inuenio regula est. usitatū, cultū & usurpandū, alio-
 rum licentias quantū possumus uitemus, q̄ & si latine locuti sint, nō tamē
 usitate p̄sertim prosam orationē scribentes, non sequant̄ in omnibus poe-
 tas qui liberiores sunt in uerbis q̄ oratores, q̄ & si **Hora**. paces dixerit, ego
 in carmine, non tamē facile in prosa dicerē, sed si quis dixerit, defendi con-
 tra grāmaticos auctoritate, quæ interdū plus defendi q̄ q̄ cōmendat ora-
 tionem, dum a cōsuetudine separati, alioqui maxima est. Auctoritas em̄ eo
 modo, ut dicit **Quintili**. in primo, ab oratoribus & historicis peti solet, nec
 est ulla ratio danda in grāmatica, quod idem notat **Quintilianus**. Cū sum-
 morū in eloquētia uirorū iudiciū pro ratione sit, & ut idem tradit, non est
 lex loquēdi, sed obseruatio, ut ipsam analogiā nulla alia res fecerit q̄ cōsue-
 tudo. Hinc ut graphice dicit **Georgi**. **Valla**. In tota grāmatica nullū magis
 efficac̄ p̄scribi potest p̄ceptū, q̄ ut diligēter obseruetur quid & quo modo
 locuti sint clarissimi in dicēdo auctores, uel etiā quibus eloquentiæ doctrinæ
 næq̄ aliqua tributa est auctoritas. Vnde dicendi præcepta pariterq̄ loq̄n-
 di eliciunt̄. Præterea ut eleganter dicit **Valerius probus**. Si aut uersum pans-
 gis, aut orationē soluta fruis, atq̄ ea uerba tibi dicēda sunt non finitiones
 illas præcidas neq̄ fetutinas grāmaticas spectaueris, sed aurē tuā interroga,
 hoc est euphoniā. Nec bene dicit̄ uolumus ire cum cruce, uel crucibus, teu-
 ro. mit dem kreutz, sed cum reliquijs, quia cum cruce uel crucibus ualeret
 cum patibulo. **Cerasus** media correpta arbor est nota, teuto. kirsbaum. 30
 Inde **cerasum**, uel teste **Seruo** **Cerasū** fructus eius, teu. kirs. **Indo** & **goti**
thici dicunt **Cerusa**. **Cerusa** autē uel sc̄dm̄ alios **Cerussa** spuma est quæ ex
 seruescente materia plumbi fit, qua mulieres ora depingere & uenustare so-
 lent, teu. plei ueis. **Auso**. **Sandix** & **Cerussa** alias simulate puellas. Et **Hie**
ro. in episto. ad **Marcellā**, illæ em̄ solent purpurisso & cerussa ora depinge-
 re. & **Plini**. suo loco plura. **Capitosus** ut significet eigensinnig, ego adhuc
 apud idoneos non multū legi, sed **cerebrosus** uel **morosus**, de qua dictiōe
 als dicemus. Sed quis repugnet etiā dici **capitosus** sicut **cerebrosus**? **A** capi-
 te etiā sit **capitatus**. i. in caput crescens. unde **Lucius** **Columella** in. xij. **Cul-**
 tus autē porri capitati assidua sarritio & stercoreatio est. **Plini**. **Capitato** ma- 40
 ior est ad eadē effectus. Inde etiā **capitulū**. id est paruū caput. **Teren**. **O** lepi-
 dum **capitulū**. Hic autē notabis parua initia in libris potius capita dici, q̄
 capitula. Et sic dicit **Raphael Regius** sup̄ **Quintilia**. **Caput** dicit̄ in ea signis
 i ij

DE ABRVSIONE

ficatione quæ nonnulli capitulo utuntur nomine, in usum non sane a doctis in ea significatione recepto. Idem dicit **Omnibonus Leonicensis** super oratorem, **Ciceronis**, & **Beroaldus**, & quidam alij, ut **Gelli**, in. x. quod id capite superiore a **Critolao** scriptum esse diximus, Idem sic ca. viij. legis Iuliae. Et **Pli**. Recitauit capita legum, & **Augu**. de trinitate dei. lib. xvij. ca. xxij. sed in una serie coniecta ponentes solis capitibus distinguenda curauimus. At cum uenia aliorum dico etiam posse capitulum accipi in ea significatione, si modo exemplar **Ciceronis** non est mendosum, qui dicit lib. i. de legibus, nec uero feret si audierint te primum capitulum optimi prodidisse, in quo scripsit nihil curare deum, uti & **Vlpi**. ff. de mili. testa. l. i. & **Modestinus**. ff. de excu. & tempo. l. si duas. §. est autem.

10

tem, & **Hiero**. in **Isaie** explanatione, ut non tam commentarios, quam indices capitulorum nos legere credamus, quod & saepe utitur, & **Aemilius Probus** capitulum primum protulit, & **Pli**. lib. ij. natu. histo. ca. xij. breuiter atque capitulum attingam. Nam & capita apud **Pli**. ea legimus quae columnis adduntur, unde naturalis historia. lib. xxxvi. habemus proximum columnis spirae subditae & capita addita.

Caelibatus significat abstinentiam rei uxoriae uitaeque sine matrimonio. Et coelebs is dicitur qui caret uxore, & ita dicit **Aug**. noster in sua grammatica. **Celebs** dicitur qui non habet uxorem, uel quae non habet maritum. **Quintilia**. lib. i. institutu. de tribus uirtutibus elocutionis deridet **Modestum**, qui quia **Caelio Saturnus** genitalia absciderit coelibes appellatos ait qui uxore careant. **Gabinus** ingeniose sibi uisus est dicere coelibes dici, ueluti celites. **Priscia**. quoque ait coelebs dicitur quasi caelestium uitam ducens. **Hiero**. lib. ij. ca. xlix. contra Iouinis animum. Coelibibus nomen inditum esse autumat, quod caelo digni sint qui coitu careant. & **Fulgentius** dicit coelibatum dici uoluerunt uirginitatis abstinentiam. Videntur hi omnes accipere non tam pro uxore caribus, quam pro castis & omnibus uenere abstinentibus, sed nescio an satis exacte, satisque significater locuti sint. Namque apud eos qui latine loquuntur, coelibes, per his qui uxore careant usurpantur, etiam si habeant concubinas. **Plau**. in merca. Si quem inquit scribitur seu maritum, seu **Heracle** adeo coelebescortariet. **Sueto**. in uita **Galbae**, uerum amissa uxore **lepida**, duobusque ex ea liberis, mansit in coelibatu.

20

Conuentus masculini generis idem est quod **Synodus**, ut alio loco dicemus, & auctore **Festo** Conuentus quattuor modis intelligitur. Vno modo cum quolibet hominem ab aliquo conuentum dicimus. Altero cum significat multitudo ex pluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertio cum a magistratibus iudicij causa populus congregatur. Quarto cum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis, aut gratulationis causa colligit. Inde conuentus religiosorum significat congregationem ipsorum, non autem domum uel habitaculum. Errant igitur qui dicunt. Ego fui in conuentu fratrum minorum, cum uelint intelligere monasterium, non enim significat domum, ut iam dixi. Inde etiam uenit conuenticulum quod fere semper in malum accipitur pro congregatione aliquorum hominum perditorum. **Cicero** pro **Roscio**. Conuenticulum inquit, hominum quae ciuitates nominantur.

30

Hiero. sup **Naum**. Vide hereticorum conuenticula, & captos multos a leone. Idem **Hiero**. saepe utitur uocabulo conciliabulum etiam pro conuenticulo pessimo.

40

Idem super **A**cremia. Diuersa hereticorū & omnium mendaciorū conciliabula demonstrantur, alio loco dicit, & ecōtrario hereticorū cōciliabula mor tuorū terra esse credat. **C**horaules est is qui tibijs ad choreas canit, nam aulos græce est tibia latine, unde apud nos usitatū nomē est pro latino **A**uledus. **C**icero. Qui cytharedi esse nō possunt, auledi fiunt. **A**scāules autem græce latine **V**tricularius, teuto. ein sackpfeiffer. **A**scāula ein sackpfeiff.

Choragus autē dicit choreæ princeps, & expensę suppeditator, & chori magister, sicut conuiuator dicit magister conuiuij, & qui parat conuiuiū græce. **S**YMPosiarches, Conuiuij uero & cōuictores dicūt inuitati ad cōuiuiū. **C**ontinēs scē. generis dicit terra firma, in cōtinēti autē (dicit **B**e 10 roaldus) apud iuriscōsultos usurpat pro cōfestim & sine cūctatione, quod non facile reperies apud oratores & historicos, nec ego legi nisi apud Iustinum qui eo utitur, & in. i. lib, & in. v. nescio an alibi. **C**ontinens itē. i. continū. **L**iuus dicit continēs bellū, & **C**æsar continēs agmen. **I**nde continēter. i. continue, unde **C**æsar in primo gallici belli. **P**roximi sunt germanis q̄ trans **R**henū colūt, quibus cū cōtinenter bella gerūt. **C**ontinens etiā apud oratores firmamentū orationis dicit, & ut dicit **V**alla. **P**ræsentis temporis participia cū substantiuant, solent esse generis neu. ut accidēs, antecedens, p̄sens. **Q**uædā tamē alterius generis sunt masculini, ut oriens, occidens, p̄fluentis pro flumine, & confluentis quo duo flumina cōueniūt scēmi. **C**ontinēs 10 pro terra quæ non est insula. **C**ōsonās pro litera non uocali. **P**rægnās pro unde sit participiū nescio, & animās, nōnuncq̄ tamē hoc nomen in neutro genere reperit, sed magis in plurali. hec ille. **E**go autē dico animās reperiri apud **C**ice. in formi. & masc. genere, in masculino plusq̄ semel apud **L**actā. **C**ōmensales a parū eruditis dicuntur, uel cōuictores dicūt. **V**nde **P**hilel. in epi. docti sodales uel cōmanducones, uel cōuictores dicūt. **V**nde **P**hilel. in epi. ad Ioannē quendā euāgelistā, nam & uicinia tua omnis & tui ordinis socij & sodales, itē cōmanduconesq̄ tui cōstātissima testimonia aduersus te serāt. **V**nde & **A**ugu. de pastoribus. **S**odales em̄ dicunt tanq̄ unius cōuiuij. **L**at 30 tina em̄ lingua sic dicti sunt quasi simul edales, eo q̄ simul edant. **C**amisia barbarū est & uulgare uocabulū, unde **H**iero. in epi. ad **F**abiolā, uolo pro legentis facilitate abuti sermone uulgato, solent militantes habere uel stes lineas quas camisias uocāt, sic aptas membris & asiriētias corporibus. ut expediti sint, uel ad cursum uel ad prælia dirigendo iacula, tenendo clypeum, ense librando, & quocūq̄ necessitas traxerit. **C**alculari. i. rationari uel cōputare, dicit **P**etrus **M**arsus in pri. offi. esse barbarū uocabulum ad quod quid dicā nō habeo, scio em̄ q̄ calculator latinū est, & ab idoneis usurpatur, unde **M**artia. nec calculator, nec notarius uelox, maiore quisq̄ circulo coronet. **S**unt igit̄ calculatores & rationatores q̄ & cōputatores, uel 40 supputatores dicunt, **E**t ratiocinari est cōputare. **E**t ratiocinariū est liber & codex in quo accepti & expensæ rationes describuntur. **C**ancelli nō significat, ut uulgo putat, predig stuo, sed caneri dicebant ab antiquis claustra & septa, nūc diminutiue cācelli dicunt, uulgo getter, sūt autē lignis in trās

uerſum per modica interualla connexis, ad ſimilitudinē retis, qui frequēter habentur in ſacellis & ſanctorū aedibus. Cancellare autē apud iuriſtꝝ conſultos eſt delere, & ex tranſuerſo calamū ducere ad delendū ſcripturam.

Compile reſte **A**ſcanio eſt ita peruellere ac furari, ut ne pilos quidē in corpore relinquāt compilatores. Hinc compilare dicitur ſcriptor qui alie na furatur. & in unū quali corpus redigit, unde **V**irgilius dictus eſt cōpila tor **H**omeri ab æmulis, quoniā uerſus **H**omericos ad uerbū pene trāſtere bat, & furtim in librū ſuū tranſtulit, noſtri autē cōpilare pro cōponere acci piunt, ut me puero audiuerā. **A**lexander de uilla dei fuit compilator quali cōpoſitor doctrinalis **E**xpilare quali in eadē ſignificatione, crebrꝝ eſt apud iuriſconſultos de expilatione, uel crimine expilate hereditatis. **C**alior animal ſauis notū, alio noīe ſiber, teuto ein biber, in aqua & in terra uiuēs, non dicit a caſtrando q̄ ſe caſiret, ut uult **L**idorus, ſed eſt nomen græcū, q̄d latinā etymologiā nō patit, ut dicit **S**erui, & ſæpe ego in hoc opusculo, nec item, ut doctis perſuaſum eſt, ſe caſtrand. dicit eim **P**li. lib. xxxij. ca. ij. ſicut & ſiber quos caſtores uocāt, & caſtorea teſtes eorū amputare hos ab ipſis cū capiuntur negat **S**eſtius diligentiſſimus medicinæ, quinimo paruos eſſe ſub ſtrictorꝝq; & adhæretes ſping, nec adimi ſine uita animalis poſſe. **I**dem refert **A**lbertus magnus, recentiu philoſophorū princeps **E**t idem **P**lini. lib. viij. ca. xxx. cum de fibris loqueret dicit inter cætera. **C**auda piſcium his cætera ſpecies lutræ, utriꝝq; aquaticū, utriꝝq; mollior pluma pilus. **H**ic nota **L**V tram dici teu. otter. **D**oleator & dolearius quere in diētiōe uietor de u.

Diſcretus non ſignifi. uulgo beſchaiden, ſed modeſtus, & modeſtia quā uos dicitis diſcretionē. **E**t ut dicit **C**ice. i. offi. ipmꝝq; genus iocandi non pro fuſum, nec immodeſtū ſed ingenuū, ac facetū eſſe debet. **D**iſcretus enim ni hil aliud eſt q̄ diuiſus, unde **T**ertulianus ca. xxxix. loquēs de **C**hriſtianiſ; itaq; qui animo, animaq; miſcent, nihil de rei cōmunicatione dubitamus, omnia indiſcreta ſunt apud nos præter uxores. **A**uſo. diuidat hæc ſi quis fa ciunt diſcreta uenentū **E**t **H**ermogenes iuriſcōſul. **E**x hoc iuregentiū intro duſta ſunt bella, diſcretæ gentes. i. diuiſæ. **Q** **C**urtius in. ix. **A** cæteris diſcretos milites, elephantis in conſpectu totius exercitus obſicit. **E**t **P**li. lib. xxix. in prologo, & omnes eas dānauit. **E**rophilus in muſicos pedes uenarꝝ pul ſu, diſcreto, per etatū gradus diſcreta, & inde hæc ſecta, de quibus rebus plu ra leges contra **P**ontiu de ſtatibus hominū. **E**t uulgo dicimus, diſcretionē habere, cum debeamus dicere habere rarionē, uel ſapere, uel habere. mode ſtiam, non tamē me fugit temperantiā (cui etiā contrariā facit eſſe luxuriā), a **C**icerone modo modeſtiā, modo moderationē uocari. **D**efinire eſt, ut ita loquar, determinare, & quali ſinem dare, ſed diſſinire eſt hoc ab illo qua ſi diſperſiōdo diſtinguere. **V**nde diſſiniriō uocata eſt non ut multorū uſus habet definiō, qua in diſputatione uti ſolemus, ut ſic oratio eſſe rei demon ſtrans, definiō credo debere eſſe. de ſomniō **S**cipionis cum dicit **C**icero, ſic habero omnibus qui patriā conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certū in cœlo delinītū locū, ubi beati ſempiterno æuo fruuntur. **E**t ſic definiō ſignā

fi. teu. bestimmen. Iustinus, quibus magna p̄mia definiēbāt **Diues** est ge-
 ois non tm̄ cois. Quid de arte lib. i. **Addidit** externo marmore diues opus
 Et **Hiero.** in epi. ad **Nepotianū**, nemo mihi obiiciat diues illud in iudga tēs
 plum. Et habeat in cōparatiuo contra uulgi op̄inōnē diuitior & diuitius.
Calphurnius in ægioga **Iollæ Lycidæ**. Sum quoq; diuitior certauerat ille
 tot hedos **Pascere**, Quid de **Ponto** lib. iij. **Textaq;** fortuna diuitiora sua, &
Martia. Romanū propius diuitiusq; forū est. **Hem** ad **Carinū**. **Cresco** diuiti-
 or licet fuisset, & diuitissimus dicit **Sidonius**. **Dis** aut̄ (tam & si dis & dite
 in ntō uix repiatur, sed bene diti ditem a dite) de se format ditor ditissimus,
 nō diues, in quo plebæi gr̄amatisæ allucinātur, sicut & in amicus. **Amicus**
 em facit amicior & non amicior, ut **Cice**. **Appio** neq; tibi amicior q̄ ego 10
 sum, unde & **Fran.** **Petracha** ægl. x. **Hunc** alius misis qui pastor amicior al-
 mis. Sicut **Stultus** stultior & nō stultior, ut indocti p̄cipiūt. **Horatius**. **Ob**,
 uoluas uitiū quid si me stultior ipso. De qua re tam manifesta, superflū est
 multa exēpla proferre. **Obiter** hic nota q̄ exiguus, tenuis, egregius &c. aliis
 ter cōparantur apud scriptores aliq̄n q̄ a gr̄amaticis p̄cipitur. **Tenuior** em̄
 inuenio apud **Ciceronē**, **Pliniū**, **Salustium** & **Corneliū Tacitū** lib. xvi. Et
 apud iuriscōsultū. ff. de p̄cnis. l. **Calistratus**. **Exiguior**. ff. de lega. iij. l. nūmis.
 assiduior dicit **Varro** rex̄ rusti. li. ij. **Egregius** pro magis egregie. **Iuue**. **Egre-**
 gius cēnat meliusq; miserimus horū, & est tetrasyllabū propter metrū. **Lu-**
 cretius. **Nam** nihil egregius q̄ res secernere aptas a dubiis, & **Plautus** indu-
 strior pro magis industrie in **Mustellaria** ponit. Itē strenuus strenuor. **Plau-**
 tus in epidico, nam strenuor si p̄dicat suas pugnas de ore illius sunt sordi-
 dæ. **Idoneior** dicit iuriscōsultus de in diem adiectione uel potius adiectio-
 ne. l. eum qui. §. melior aut̄, quod igitur tanti & tam docti auctores in usu
 habuerunt quorū auctoritate nititur lingua latina sequi non dubitabo, &
 impius pro magis impie, apud interpretem **Iosephi** legimus.

Diuersimode nemo ex latinis scriptū reliquit, sed est barbarorum.

Dia cōposita, ut tradit **Nestor** cū **δωρον** q̄d apud nos donū signi. do sylla
 bā p̄ducūt, ut **Isidorus**, **Theodorus**, **Calliodorus**, **Diodorus**, **Polydorus**, **He-**
 liodorus, & si q̄ sunt s̄s̄ia, de aliis exēpla regre in **Nestore**. **Q;** **Theodorus**
 cōtra uulgi cōsuetudinē do p̄ducatur, audi **Martialē**, **Vierios** uatis **Theodori**
 in flāma penates. Et scribit **Theodorus** p̄ th aspiratū in principio, cōponi
 q; a theos, id est deus & doron, id est donū. Sic de similibus dicendū erit.

DE QVIBVS DAM HEBRAEIS NOMI.

nibus & eorum quantitate.

Dauid prima longa regius propheta teste **Iosepho** indeclinabile est. sed
 dauides in gr̄o habet dauidis media longa. Et si **Sedulus** contra fecisse dices-
 tur. **Iuuenius** poeta. **Edidit** hic **Mariam** **Dauidis** origine **Ioseph**. **Fortuna-**
 tus episcopo. De magno magno dauides scripta reliquit, qui **Dauides** dicit in
 noiatiuo, Et **Iuuenius** sæpe. Et cantatissimus ille hymnus, **Israel** tu rex **Daui-**
 dis & inclyta proles, ubi studiosos admonuisse uolo carmē hoc perperam
 legi a uulgo sic, **Israel** es tu rex, es enim non debet hic poni, uitiōsum enim
 k

DE ABRVSONE

redderet carmen, unde Fortunatus ecclesiasticus poeta, **I**sraheliticus iussit
 adesse uiros, ubi **I**srahel secundā & tertiam producit, ita enim apud græcos
 scribitur *ισραηλ*. **S**edulius. Qui regit **I**srahel neq; prorsus dormiet unq;. **E**t
 iterū Fortunatus. **I**srahel reliq; floreat ante genus, male **S**idonius dicēs, **I**srahel
 appensī per cōcaua gurgitīs. **E**t **I**uuēcus aliquādo. In eodē hymno perperā
 legitur obuiā, sed obuiā legi debet, quod si qdā homunculi futuri sint, qui
 mihi studiose detrahere conabuntur (ut uerbis utar sancti **H**iero. ad **M**ar-
 cellā) **C**ur aduersus auctoritatē ueterū & totius mundi opinionem aliqua
 10 in sacris literis emendare tentauerim, quos ego cū possem meo iure contē-
 nere, asino quippe lyra superflue canit, tamē ne nos supbia (ut facere solēt),
 arguant, ita responsum habeāt, me nō emēdare sacra scripturā, sed uitiosita-
 tem codicum, quā prohdolor uariis in locis experimur. **N**ec quisq; est qui
 uel uelit, uel audeat præter aliorū morem quicq; in mediū adducere. **E**go
 autē nihil eorū quæ recte instituerō immutans, & si rumpatur illa idōtis,
 bene mereri de repub. literaria si possum nūq; abfuerō. **Q**uod si auctor a mor-
 tuis reuocaretur, non secus ac ego sentiret, sed uulgus omnia contaminans
 ad cōmodiorem sensum es addidit, nec possum adduci, ut auctor nō indo-
 ctus auctoritate ante nominatorū sic scriptū reliquerit, qui fuit ut **S**panhai
 20 mēsis meus abbas ante germaniæ decus prodit **T**heodolphus episcopus au-
 relianensis, **I**srahel, **M**ichael, **R**aphael, & id genus similia mediā producit, &
 similit̄er ultimā. **V**alerius flaccus. **H**ic & odoratus fragrantī crine **M**ichael
 nec placet mihi hoc carmen **A**ngeli **P**olitiani alioqui doctissimi, ut meum
 est iudiciū cum dicit. **V**errinus **M**ichael florentibus occidit annis, quoniam
Fortunatus & **F**laccus plus apud me ualebunt, & ratio græcæ literaturæ
Debeo es. ere, latine significat id quod teut. dicimus schuldig sein, ut debeo
 tibi mltos aureos, debeo tibi uitā. **S**eneca, ut statim tibi soluā quod debeo.
Et **L**actan. lib. i. institū. quemadmodū potest esse deus principalis qui aliis
 ortū suū debet. **M**acro. in ij. satur. loquens de **A**ugusto, habenda est ad som-
 nū culcitra in qua ille cum tantū deberet dormire potuit. **M**ale autē indo-
 30 ctū dicūt, sum tibi in debitīs, es mihi quattuor florinos in debitīs. **O**bligo &
 passiuū eius obligor in rebus pecuniariis nondū legi apud oratores, cū sint
 crebro in usu nostratiū literatorū & apud iuriconsultos, licet nō fere in ea
 significatione. **D**icunt & nostri obligor tibi magnam summā pecuniæ, qd
 q̄ congrue & latine sit, ipsi uiderint, cum obligor passiuum respuat hunc
 actū. **M**agis forsan tolerandū esset si dicerent, obligo me tibi in decem aure
 is, uel obligor a te quattuor libris pecuniæ, sed deest apud me auctoritas. **S**cio
 apud scriptores dici obligare fidem, amicitia, amorem & similia, ut **C**icero
 pro **M**urena, qui se nexu obligabit. **Q**uintilia, neminē magis obligauerunt
 40 expectatiōes. **E**t **P**lini. iunior suo **S**abino, proinde firmianis tuis ac iam pos-
 tius nostris obliga fidē nostrā. **E**t idem **C**ornuto suo, neq; em obligadus est
 in amoris officio, qui prior cepit. **Q**uintilia. in decla. positis meritis quibus
 obligatus sum. **E**t **V**ictruius cum eo beneficio essem obligatus, obligatus
 nomine pecuniæ, dicit iuriconsultus. obligatus autem pecuniæ sicut obli-

gatu sfurti dicere possumus. Obligare, insuper signi, teu, uerbindē. **Q.** Cursus, suppressi sanguinē & uulnus obligare iussit. **Cice.** li. iij. de natu. deorū. Esculapiorum primus qui speculū inuenisse, primoq; uulnus dicitur obligauisse, eodē modo loquor de obstringo & obstringor, deuincio & deuinctior, sicut de obligor quibus nostri male utūtur. **Displicentia** uulgu accipit pro eo quod docti dicunt offensio uel molestia. **Diatim** audio ufurs pari pro quotidie ab indoctis, quod tamē an sit apud doctos in usu, nondū quod ego sciam, legi. **Dica** est accusatio, uel causa et iudiciū e graeco sumptum, non significat teuto. kerff holtz. **Terent.** in **Phormione.** Scribam tibi dicam. **Et Cice.** in **Verrem** actiōe. iij. Scribitur **Heraclio** dica. **Talea** autem ualeat, teuto. kerff holtz. **Dato**, q; sit interiectio concedētis nufq; apud idos neos reperi, q; uis semel quod ego scia posuerit **Boccatius** in genealogia deorum, cui eruditionem, auctoritatem in dicendo non tribuo. **Dialina** thetica uocatur ab indoctis quam graece & bene **Syntaxim** dicimus, ut in dictione eadem uidebimus. **Delecrare** & degradare uide in dictione grado & grador. **Diffidatus**, teuto. ein abgefagter. Itē diffidare & literas diffidatorias nuncq; legi apud latinos scriptores, quae tamē dictiones in usu germanorū sunt, perperā qdē meo iudicio. **Apud eosdē** dicitur exultio, id est cautio de non uindicando, & iuramentum exultionis, hoc est de non uindictando, ab exulcor, sed barbare, & sine exemplo alicuius eruditi scriptoris. **Diabolus** graece, ut testis est **Lactant.** in. ij. diuina. institu. latine criminator dicitur, q; crimina in quae lapsus est ad deum refert, unde **Trismegistus** eodem **Lactantio** teste uocat dæmoniarchen, hoc est principē dæmonum. **Dæmonas** autem teste eodem **Lactantio**, grāmatici dictos aiūt, id est peritos ac rerum scios, unde **Eudæmon** dicitur bonus dæmon & angelus, & **cacodæmon** dicitur malus dæmon & angelus. **Diabolus** nō dicitur quasi deorsum ruens, ut interpretantur quidā indocti, quoniā ut dixi graecum est, nec item dicitur diabolus, ut duobus bolis hominē deuoret, ut absurdus theologus confingunt. **Dux** est generis cōmunis, ut etiam uester **Augustinus** in grāmatica dicit, ducissa non dicitur latine. **Dicecesis** cum i latinis no in principio scribitur & ex diphthongo. & est penul. syllaba longa, contra morem uulgarem, potest dici gubernatio, dispensatio, seu iurisdicatio. **Et** descendit a **Διοικέω** diceceo, id est gubernatio uel ministro, & nō ab ex & caesio, ut tradit **Hugutio** cum sua cohorte. **Dialogus** est non ut imperiti dicunt sermo duorū, a dia quod est duo quod nufq; legitur, sed est qlibet oratio ubi disputatiue introducunt quotq; auctori libuerit loquētes, dicit autem dialogus a **Διαλέγομαι** dialegome qd est sermocinor uel disputo. Ita etiā dialectica cū i latino post d scribit, & in fine cū ct, nec dicit a dia qd est duo sicut impiti dicūt, sed dialectica etiā a dialegome, quod est disputare & sermocinari, ut in dialogo diximus. **Decanus** est qui sub se decē milites habet, nostri aut faciūt quādā dignitatē sacerdotij & studiōrū decanarū, sicut **Hiero.** uocat decanos. s. monachos q; decē p̄sint. **Vege.** li. ij. de re mili. dicit. Erāt decani q; decē militibus p̄positi nūc caput cōubernarij uocant. **Des**

DE ABBYONE

curio etiā scdm Moniū & diuū Hiero. in episto. ad Eustochiū a decenario numero dicitur, quod ego a libi contra dixi, fecit usus uocabuli decenario numero contrarius. **Deducere** is dicitur, qui alicui officij gratia præstat comitatū, teu. das gleit geben, nostri autē dicunt cōducere quod ego nunq̄ legi apud eruditos. **Conducere** autē modo significat cōgregare, modo locatū accipere, teu. beston, sicut domos cōducimus, interdū conducere significat beston, sic faciūt qui preciiū accipiūt pro aliqua re faciēda, uel expediēda sicut locari econtrario, uerdingen. **Conducere** item significat interdū emere, aliquādo cōuertere, interdū prodesse. **At** q̄ sacri canones interdum dicunt saluū conductū non credo bene & satis latinū. **At** docti saluū iter, uel literas salui uel tuti itinēris dicūt, aut melius literas publicæ fidei. **Di** uinitas latine & uetuste dicitur, ubi nostri iam nouo uerbo & non elegātī dicunt deitas. **Id** quod **Augu.** etiā testat de ciuita. dei. lib. vii. ca. i. Hanc diuinitatē, uel ut sic dixerim deitatē, nam & hoc uerbo uti iam nostros non piget, ut e greco expressius transferāt, quod illi **Theotera** appellant. hæc ille.

Duco as. are. pro eo quod est ducatū regere & ducem esse sepe usurpat **Iacobus Bergomensis** chronicorū scriptor, at ego nunq̄ legi, sed bene ducere pro eodē significatu. **Vnde** **Quintili.** ait discipulis ducere classē multo pulcherrimū, id est quādo pueri sunt principes classis. i. sui chori uel societatis. **Scholastici** em̄ diuidunt per classes apud eruditos. **Vbi** apud imperitos per primā uel secundā lectionē, item per doctrinale primā partē, secundam.

Dyscolus cū greco y & c non aspirato scribitur, & est grecū uocabulū. & non ualet tantū quantū uagus & disciplinatus, ut barbari dicūt sed signi, malū perniciosumq̄ ac toleratu difficilē, unde **Petrus** epi. i. **Serui** te dñs non solū bonis, sed etiā dyscolis, & cōponit ex dys qd in cōpositiōe malū uel difficile signi, & κέλομαι iubeo, ita ut dyscolus is dicatur cui difficulter iubetur, neq̄ dyscolus a schola quod ch aspirato scribitur deduci potest, ut tradit **Hugutio.** **Catholicon** & libellus qui docēs de disciplina scholariū, seu melius scholasticorū, false **Boetio** ascribit, qui ait dyscolus a schola diuisus, sicut & permulti alij delirāt.

Duellū uel duelliū nō est tm̄ duorum bellū, ut uulgus existimat, sed duarū partiū de uictoria contendentiū hoc est bellū totius exercitus, alioqui non diceretur duellū inter thebanos & theleprotos, & ab **Horatio,** **Græcia** barbariæ lento collisa duello, bellum em̄ teste **Quintilia.** & **Cice.** ad **Brutū** per literarū mutationē a nomine duellum. sic olim duellum nunc bellū. **Inde** antiquitus perdullē dicebant, quem ut dicit **Cice.** in pri. offi. nunc hostē, & nunc hostis peregrinū significabat, qui suis legibus uteretur. **Perduellio** autē est crimē læsę maiestatis, de quo **Vlpia.** **Diplomata** (ut scribit **Beroal.**) tabellæ sunt & codicilli, uidentur propriē accipi pro his principalibus libellis & publicis quibus imperator. item breues & breuia apostolica, hoc indicare uidetur **Cice.** in quadā epistola ad **Titū Apitiū.** **Diploma** statim non est datū & mox **Pansa** recipit perceleriter se ablaturū diploma. **Corne.** **Tac.** eoq̄ diplomatibus nullum

principē prescripisset. Apud iuriscōsul. de uerbo. obli. diploma aliud signi
 ficat, uideturq; accipi pro duplicata itinēris festinatione breuis & breue ha
 betur. **C.** de cōueniendis fisci creditoribus. lib. x. Apud item **Lampridium**
 in **Alexandro**, & **Vopiscū** in **Aurelio**. Diēta signi. cōnationē siue locū
 in quo habitamus. Inde diētarij ministri diētæ, & dicitur a διαίτα qđ
 signi. uiuō & uersor, scđm **Varro**. uero q; in ea per diē edatur. Diēta etiā
 est uictus, unde & **Hiero.** contra **Iouinianū** lib. ij. qui ægrotat non aliter re
 cipit sanitatē nisi tenui cibo & castigato uictu q̄ λεπτι διαίτα lepre diēta,
 id est tenuis uictus dicitur. At nostri diētā uocāt, teu. tagung. sicut diēte pri
 cipum, quod ego nūq; legi, nisi forsan diētā accipiāt ut non multū discre
 pat pro loco iudiciorū & loco ubi arbitri cōueniūt, ut ueniat a uerbo græ
 co διαίτω diēteo. i. iudico, sicut arbiter, a quo etiā διαττω diētetes. i. ar
 biter deriuatur, nostri pessime diētā accipiunt pro unius diei itinere, teuto.
 tagreis. nam nūq; ita inuenitur apud idoneos. Iter etiā unius diei latine di
 citur mansio. **Pli.** Gebannitarū caput thomna est, abest a gaza nostri lirtos
 ris iudæꝝ oppido. **M. D.** xxxvij. millia passuū, quod diuiditur in mansiōes
 camelorū sexaginta duas. Discus est uas escariū, & a nobis notissimū uo
 cabulo **Scutella** dicitur. Inde discophorus qui prandīū in disco portat, teu
 to. aufstragen. Alias discus est genus ludi ex ferro siue plumbo orbis latus
 & ponderosus. Et dicitur a διοκείν quod iacere signi. nostri autē nō plūbo
 uel ferro utuntur, sed lapide. Inde discobolas dicitur qui discū uel lapidem
 iaculat. Deuouere signi. detestari, execrari, imp̄cariq; & ut uulgo loq
 mur blasphemare atq; maledicere, de blasphemare scito apđ græcos βλασ
 φμείω, id est execror bene dici, scđm **Craſionū** & alios multos. **Lauren.** au
 tem **Valla** cōtra **Raudensem** ita inquit. Blasphemare græcū uerbū signifi
 cans non execrari, ut **Raudensis** uideretur significare, siue ut suo uerbo utar
 maledicere, sed uerbis contumeliā facere, dignitatiq; alterius honoriq; de
 rogare. At male dicere pro execrari, & in eo significato in quo nunc eccles
 siastici utuntur noue & barbare accipitur, hoc **Augu.** noster tradit in epist.
 ad **Paulinū**, qui inter cætera sic dicit. Qui autē distinctiūs latine locuti sunt
 precationibus utebantur in optandis bonis, deprecationibus uero in deui
 tandis malis. Precari dicebāt em̄ esse precando bona optare. Imprecari ma
 la, quod uulgo iam dicitur maledicere, deprecari autē mala precando de
 pellere. Maledico igit̄ cum regit accusatiuū & signi. detestari barbare dicit̄,
 ut enim **Sergius** dicit maledico tibi non te dicimus, sed maledico cū regit
 datiuū & signi. male loqui de aliquo, bene et latine dicitur. de bendico au
 tem ita loquitur **Valla** homo in primis eruditus, bendico non inuenitur
 pro uno uerbo dito, licet eo **Prisci.** utatur, & hoc tēpore utamur more grę
 corum, quorū auctoritate dedimus uerbo accusatiuū p̄ter naturā suā, cū
 postulet datiuū. Idē est & deuotare quo utitur & **Cicero** & **Apuleius**. De
 uotiones autē sunt execratōes atq; maledicta. Et deuoti dicunt proprie exe
 crati & maledicti, quæ uulgus nunc in bonā partē accipit, quod ego acces
 ptarem magis cum diceremus, sum deuotus Christo, deuoueo me christo,

DE ABRVSIONE

hoc est totum me trado & dedo christo, adeo ut sim deuotus & execratus mundo, sic forsan tolerandū esset. **Et** sic ego scripsi. **Disce** sacros libros **Christo** deuote sacerdos. **Nec** dicere deuote pater more uulgari, sed deuote christo, uel religioni, uel pecunia, uel diabolo, quod etiā uix tolerat, si ueterū more loqui uoluerimus. **Valla** autē ita dicit. **Deuouere** proprie est dicere hoc & hoc mali mihi cōtingat, uel hoc & hoc mali mihi deus faciat, si hoc ego non agam, aliquādo etiā detestari, cum quo magis conuenit anathematizare. **Deierare** non est periuriū facere, ut nostri loquuntur & accipiunt, qui male deiurare dicunt, **Deierare** enim dicendū est, & significat ualde iurare, de enim augere solet, ut deamo, demiror. hinc deiuriū dicitur iusiurandum, elegantius autē dicitur deiero uel iuro deū, uel terrā sine prepositione, q̄ per deū uel terrā cum prepositione. **Peierare** uel periurare est falsum iusiurandū dicere. **Vnde Tertulianus** in apolo. **Citius** apud uos per omnes deos q̄ per unū geniū **Cæsaris** peieratur. **Dij** cum duplici ḡ latino scribitur, unde manifeste colligitur duplicem esse syllabā, cum quælibet uocalis præter q̄ in diphthongo per se syllabā faciat. **Est** ergo duarū syllabarum & sic debet enunciari, sic etiā ḡdem & ḡ in plurali, nisi in carmine aliquādo ex necessitate per syneresim unā faciat syllabā, habet autem deus in plurali indifferenter & usitate apud receptos dij uel dei. **Tertulianus** contra gētes.

20 **Si** enim non sunt dei pro certo, nec religio pro certo est. **Luca.** **Fatis** accede deisq̄. **Et Plau.** in gurgu. cui homini dei sunt proprii, lucrū ei profecto obijciunt, falluntur autem hoc in loco quidā imperiti uersificatores qui dicunt. **Scribe** dij sed lege di si uis urbanus haberi, ut modo diximus. **Decuriones** dicuntur gubernatores & rectores primarij municipiorū & oppidorū qui **Romæ** **Senatores** dicuntur. **Decurionatus** uel **decuria** est dignitas senatoria in re militari, dicuntur & **decuriones** equitū, hoc est præfecti & magistri equitum, hi apud nos uulgo & barbare dicuntur **marſchalci**. **Item** **decuriones** palati, hoc est præfecti palati, quos nostri magistrōs curiæ appellant. **Et** **Decuriones** popinæ quos nostri magistrōs coquing uocant. **Decurio** item cubiculariorū & scribarū, quos nostri **Camerarios** barbare & **Cellarios** uocitāt. **Decurio** autē ut dicatur q̄ decem equitibus præsit, omnino non suffragor, sic em̄ & **decurio** senator diceretur, qui decē sit hominū præfectus, quod omnino nō quadrat, & **decurio** palati, q̄ decem palatijs, quod est absurdū, sic & scribarū, aut quæ dignitas esset decem tantū equitibus præesse. **Illi** autē potius decani dicuntur, & græce **Decarchi** qui decem præfunt. **Vallā** ideo in hoc probo qui dicit. **Non** dicitur **Decurio** q̄ decem militibus præsit. **Sed** **Pomponij** iuriscōsulti opinio est sequenda dicentis. **Decuriones** quidā dictos aiunt ex eo q̄ initio cū **Coloniæ** deducerētur, decima pars eorū qui deducerētur consilij publici gratia conscribi solita sit, & ut idem dicit, quidā horū temporū docti equitē uocant, sed rectius **decurionem** uocarent hunc quē uulgo militē auratū uocamus. **Nam** eques est aut qui **Romæ** ex ordine equestri est quod non facit ad gloriā militārē, aut qui equo militat, cuius nulla dignatio est. **Explicit** expliciunt quod pos

30

40

nit **Alexāder** grāmāticū, per q̄ barbarū uerbū est, nec dignū q̄d in penū **Romanæ** linguæ admitti debeat. Nec te decipiat **Martialis** carmē. Quouisq; loco post hunc finire libellū. **Versibus**, explicitū est omne duobus opus. **Hic** explicitū ab explicare uenit, & non ab explicit. Nec epistola **Iustiniani** ad **Theophilū** & **Dorotheū** dicens, per nostras orationes tam in græca lingua q̄ **Romanorū** quas eternas fieri optamus, explicita sunt &c. hic etiā ab explicare uenit, non ab explicit. **Episcopus** a **ἐπίσκοπος** scopin quod speculari signi, deducitur, quali speculator uel superintendens, ut dicit **Hiero.** ad **Euagriū**, non autē signi, pōtificē, teu. bischoff, saltē proprie, ut nunc uulgo putatur, sed ut **Archaelius** iuriscōsul. ff. de honoribus & muneribus tradit, hī, pprie dicūtur episcopi, qui præsunt panī & cæteris uenaz libus rebus quę populis ciuitatū ob quodiānū uicū necessaria sunt. **Apontifices** ideo iam dicūtur transumptiue episcopi, quia debent esse speculatores dei quo ad animas uenandas, & **Christo** emēdas. Id quod graphice **Hiero.** tangit in translatione epistolæ **Pauli** ad **Titū** dicens, oportet enim episcopū sine crimine esse tanq̄ dei dispensatorē. **Eleemosyna**, siue ut tradit **Georgius Valla**, **Eleemosyna** per y græcū in penul. syllaba, & duplici ee post scribendū erit, non elemosyna, ut ex græcis intelligi datur, apud q̄s sic scribitur, ἐλεημοσύνη, unde maxime errauerunt nostri, & quidā **Itali** in quātitate syllabarū huius diuisionis. Et elemosyna signi, misericordiā siue miserationē. Sed uulgo apud nos, nūc munus inopi datū dicitur. Sed raro hoc uocabulū apud ueteres in usu fuit, nec enim unq̄ reperitur, nisi forsan apud unū, & eū ne inter ueteres quidē enumerandū **Heliū** scilicet **Spartianum**, qui de **Antonio Caracalla** scribit, non tenax in largitionē, non lētus in elemosynā, sicut in uno pariter loco solū reperitur apud **Latinos**. **Exorcizatio** & **exorcizo** ἐξορκίζω græcū uerbū. i. adiuro apud **Vlpianū** scilicet qui dicit. ff. de extraordinaria cogni. **Medicus** fortasse si (ut uerbo uulgari utar) in posterū se exorcizauit. **Emulatio** dupliciter dicitur, ut **Cice.** in tuscula. dicit, Est enim hoc nomē in laude & in uitio. Nam imitatio uirtutis æmulatio dicitur, & tūc laudis est. Est item emulatio egritudo, si eo q̄ quis cōcupierit alius potiat, ipse careat, latine æmulatio, græce zelos dicit, male nostri zelos simpliciter p amore ponūt, sicut nec æmulatio poni debet.

Euaginare uerbū est grāmāticū, & nō in usu eorū q̄ pure locuti sunt, si significat gladiū educere, latine autē & elegāter dicim⁹ stringere uel distringere gladiū. Inde stricto gladio uel ense. **Euaginare** autē frequēter utunt ecclesiastici scriptores, & **Iustinus** non inelegans oīno historicus lib. pri. Interim gladio ipsa sua sponte euaginato. Et **Vegetius** lib. de re militari. **Euaginato** etiā gladios uel contos tenētes. **Extraneus**, ut scripsit nup̄ qdā in priapicis, non est frequēs uerbū apud excultos auctores. Attamē reperit apud nō pœnitēdos scriptores, & eosdē plane **Latinos**. **Plini** lib. xxviii. naturalis historię. **Extranei** interuentu, aut si dormiēs spectetur infans. **Seneca**. li. iij. de ira, puerū ætas excuset, foeminā sexus, extraneū libertas, domesticū familiaritas. **V**titur & **Virgilius** in. vii. si bene memini, æneidos. **Suetonius** in

DE ABBVSIONE

uita Augusti. Et quidem in diurnos cōmentarios referetur extraneorum quidem cōreū adeo prohibuit &c. Iustinus lib. xliiij. Si extraneus deest domi hostem quærent, & eodē utitur lib. v. Apuleius. Nuncq; profectio tā cōstāter hominē extraneū tot tantorūq; criminū postulasset. Tertulianus in apologetico. Saturnus nō pepercit extraneis. Hic obiter dicā me in primis delectari si quādo possum puræ latinitatis assertioni testes adducere. **Lactā** tium, **Hiero.** uel **Aug.** quoniā his maxime faueo tamē non adeo addictus sum ipsidem, ut eos mihi in omnibus sequēdos proposuerim, quoniā sæpe a pura & uetusta latinitatis obseruatione paululū discedunt, & sic amici, magis tamē amica ueritas. Nam & interdū discedo a **Macrobio**, **Apuleio**, **Vegetio**, & multis alijs qui post **Plinij** tēpora floruerūt, q; & si sint doctissimi mi plane & latini, tamē non tantū habent auctoritatis, ut aliquod uocabulum a superioribus nō usurpatū ipsi uel singuli linguæ latinæ donare possint, ut ab alijs accipio, & præsertim a **Laurentio Valla**. **Oeconomus** ὀκονόμος cum œ diphthongo in principio scribendū est, non autē ut nostri dicunt iconomus, cōponit em̄ ex ὀίκος œcos, quæ est domus, & νόμος nomos. i. lex, ualetq; œconomus. i. domus dispensator, hic a nostris studentibus uulgo & male præpositus dicitur. Et apud monachos bursator. Et dispensator, ut **Varro** dicit ab ære pendendo dicitur. Et proprie dispensator res erant, quantum ex **Pompeio Festo** habemus, qui æs pensantes expendebant non numerabant, & ut diuus **Hiero.** in episto. ad **Algasiū**. **Villicus**, proprie uillæ gubernator est, & a uilla nomen accepit, sed œconomus tam pecuniæ q; frugū & omnium quæ dominus possidet, p̄ter rationē & latinitatē familiæ tam legalis, q; p̄tōficalis prudentiæ loquūtur, de œconomō quē etiam falso iconomū uocitant, præsertim de sacrosancta eccle. **C.** iubemus & distin. lxxxix. dicentes. iconomus est qui habet potestātē super res canonicorum, cui. s. res ecclesiastica gubernanda mandatur. Vice dominus autē qui habet super res ipsius episcopatus, est autē hoc oīno barbarū uocabulum, similiter & castaldia officiū castaldi ab eisdem usitatū. Similiter & maior domus idem cum castaldo minus latine dicitur. **Eremus** (tēste **Diony.**) sine aspiratione scribendū formi ge. græcū est uocabulū quod apud illos in medio syllaba scribitur, hac uidelicet scriptura ἐρημος eremos, ergo media producta, contra omnium quasi recentiorū obseruationē, neq; ab hæreo deducitur, ut **Hug. u.** cum cætera indoctorū turba scribit, cum eremus prima breui, & hæreo prima longa enuncietur, sed est penitus græcū uocabulum. Quæ autem media longa sit & scribenda per η, testis est **Sibylla**, ut allegat **Lactā.** lib. iij. diui. insti. ca. xv. in hoc. ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρημῷ πέντε κτόρεσι, **Andrō** chiliadas en eremo **Pentecorelli**. Vbi legitur eremo prima breui & media longa. Ergo **Prudentius** errauit cum dicit. Excidit ergo animis eremi sitis. Nec ualet iste uersus in hymno sancti **Ioannis**. Præpotis martyr eremiq; cultor. Et **Mapheus**. Expediā primāq; eremū, primosq; recessus, & plures alij. **Æstuaria** ab æstu dicta non significāt, ut indocti credunt balnea, teu. badstuben, sed æstuaria sunt loca quæ marinis aquis refer

ta, sunt ex inundationibus, p̄ quas sæpe in mediterranea fluuioꝝ instar nauis
 gantes ascendunt, aliquando non nisi nando transiri possunt. **A** grecis anachy-
 sis ἀναχυσίς; hoc est inundatio dicit. **C**æsar in cõmentarijs, pedestria itidem
 concisa æstuarijs nauigatione impediri. Et **V**ale. Maxi. lib. ix. idẽ videlicet
 ne gulã Neptuni arbitrio subiecta haberet, peculiaria sibi maria excogitas
 uit æstuarijs intercepto fluctus. Et **O**rosius lib. vi. Quippe tamẽ hostes p̄
 interfusa ex oceano æstuaria atq; inaccessos recessus terrarum finibus
 munirentur. **E**xistimatio, quære in dictioe reputare. **E**thnicus. quære
 in dictioe gentilis. **E**go sum **R**omanus **A**ustingensis. **P**etrus florẽtinus,
Ioãnes uenetus. **S**tanislaus **C**racouianus dicendũ est, & melius q̄ ego sum
 de ulma. **E**gidius de **R**oma, **P**etrus de **V**enetijs, **H**enricus de **I**ustingen. **V**n
 de **F**ranciscus **P**hilel. in epistola quadã. **S**ed quonia te ex omni tẽpore & ca-
 stigatũ in dicendo, scribendoq; & perpolitũ cupio, nolim post hac cum uel
 de patria, uel de familia mẽtionẽ feceris, aut **B**artolomeũ de colle, uel de ale-
 manis scribas, quãdo em legisti usq; uel **H**annibalẽ de **C**arthagine, uel **P**u-
 blium de cornelijs: **I**ndoctoꝝ enim aut arrogantium iste mos est, qui uim
 istius p̄positionis de ignorãt, uel sibi licere uolunt, quod ab omni ueritas
 tis usu est alienũ, uerũ apud nos germanos illũ errorẽ extirpare non possu-
 mus, ignominia em loco acciperet nobilis, nisi adderemus p̄positione de, tã
 tã differentia faciunt inter de **I**ustingẽ, & **I**ustingensis, & sibus. **A**dde in sup
 ut qdã nuper p̄cepit. **N**oia talia uenustius terminari in us q̄ ensis, ut me-
 lius moguntinus q̄ moguntinẽsis. **C**racouianus q̄ cracouiẽsis. **V**enetus q̄
 uenetenis, ubi tamen usus spectari debet & uocalitas. **V**bi etiã nota quod
 plæbeia quædã gramatistarũ colluuiens uolens scribere **I**ustingensis, uel **V**
 mensis, scribit **I**ustingensẽ. **V**lmensẽ, ac si illa nota s̄ ualeret sis, quod nuncq;
 auditũ est, imo nec, sed quod idem credũt. **M**elius etiã dicitur natus sum in
 in **S**ueuia, in **V**lma, q̄ ex sueuia, ex ulma, & in cõsimilibus, ut multi præci-
 piũt, attamẽ & latine dicit, ille ex **S**ueuia natus est, ex **P**olonia, i. sueuus, pos-
 lonus. **T**eren. in **A**nd. **E**x andro hæc est ancilla, & in **E**unucho, dixi cupere
 te ex æthiopia ancillulã. **E**pitheton, uel epithetũ cum i latino sequenti th
 aspirato scribitur, & i exili in ultima syllaba, debetq; media correpta enun-
 ciari contra uulgũ opinionẽ, & dicitur, ut dicit **M**acrobius adiectiũ, aut ap-
 positũ latine. **E**xemplar est ex quo simile faciamus, & a grecis ἀντίγρα-
 φον ἀντίγραφον dicitur. Idẽ exemplare, uel exemplariũ, ut dicit **N**estor. **I**n-
 docti autẽ & barbari ubi deberẽt dicere exemplar dicit copia, teuto. copei.
 quod latinũ nõ est. **A**sinus **P**ollio, deinde ex literis quas **P**ansa mihi misit
 cognoscens omnia. **N**am earũ tibi exemplar misi. **E**xemplũ autẽ est quod
 sequamur, aut uitemus. **V**erũ exemplũ & exemplar pro eodẽ accipi & cõ-
 fundi hanc differentia idonei testes auctores sunt, ut apud **N**estorẽ **D**ionysiu
 legere potes. **I**tem exemplaritas est in usu non doctoꝝ, sed semidoctoꝝum
 gramatistarũ. **E**xtrinfecus & intrinfecus, ut sint noia apud idoneos uix
 credo reperiri. **S**ed externus & internus magis dicunt. hæc **V**alla, **E**xtrinfec-
 us tamẽ & intrinfecus aduerbia usurpat **C**ice. **Q**uintili. **C**urtius & oēs aliq;

Epicureus dicitur qui epicuri sectam fouet & sequitur, habetque penultia longam
 contra uulgi morem. **Sidonius Apollinaris.** Aut epicureos eliminat undique uir-
 tus. **Auctor** in priapeiorum corripuit dicens, ut credas epicureos citari, & melius me iudic-
 ce. **Esto** interiectio uero legitur ut credas epicuros oscitari, & melius me iudic-
 ce. **Esto** interiectio uero legitur ut concederis. **Vir.** Non dabit regnis esto phibere lat-
 nis, nisi autem dicitur dato, quod ego nunquam legi apud idoneos & doctos. **Aegro-**
ratio & **ægritudo** per æ diphthogon in principio scribuntur. **Cic.** li. iij. tuscu-
 sic distinguit dicens, sed proprie ut egrotatio in corpore, sic ægritudo in animo
 nomē habet. **Ægritudo** igitur a **Cic.** uocatur quā tristitia alii **Sicut Seneca** &
 10 **Augu** appellat, teut. trurikeit oder bekūmernus. **Sic** eger proprie signi. mor-
 stum & tristē, nō infirmū corpore, sicut nos dicimus, teut. bekummert. **Sed**
 ægrotos quo ad corpus, teut. krank. **Lactan.** lib. i. insti. Atqui illa oratio &
 doctrina, & exemplis, & ipso loquēdi genere profecta non ægri, sed cōstan-
 tis animi ac iudicii fuit. **Poetæ** tamē, ut in aliis paulo licentiores hæc aliqua
 do confundūt, unū pro reliquo ponētes, sic **Terentius** in **Andria**, ipm animi
 mū ægrotū plæruq; ad deteriorē partem applicat, pro ægrū, ubi caue ne di-
 cas more cuiusdā indocti hoīs, famulus meus ægrotat, dicēdū em erat egro-
 tat. **Item** æger apud **Vergiliū** aliquando, id est male ualens, quo ad corpus
 ut, quatit æger anhelitus artus. Idē tñ sæpius ægrū pro morbo posuit, ut ibi
 20 curisq; ingentibus æger, & alibi. Ipse caua solans ægrū testudine amorē, &
Corne. **Cel.** in prologo (ut alimēta sanis corporibus agricultura sic sanitatē
 ægris medicina promittit) accipit ut eger sit in corpore. **Existimare** & **estī-**
 mare sic differunt, quod æstimare est considerare. **Existimare** uero iudicare,
 nam prius consideramus ea quæ iudicanda sunt, hæc **Donatus.** **Æstimas**
 re nō extimo more indoctorū. **Etyologia**, id est ueriloquū, teste **Quin-**
 30 **tilia.** in pri. institu. uerborū originē inquiri, quæ a **Cicerone** dicta est nota-
 tio, a quibusdā originatio, ab indoctis autē & uulgo grāmatica positua dicitur.
Scribitur autē etymologia per t sine aspiratione, & post y græco, & dicitur
 ab etymos, id est uerus, & logos sermo uel ratio. **Emplastrū** est tenax illa
 cōpositio qua **Chirurgi** utunt ad uulnera curanda, teut. salb, sed malagma
 uel cataplasma, teuto. ein plaster. **Econtra** non dicitur latine, sed contra uel
 econtrario, ut uult **Valla**, legi tamē si exemplaria non sunt mendosa apud
Pliniū econtra, & **Quintilia.** in viij. **Vel** omnia econtra liberiora poetis q̄
 oratoribus, & **Senecam** de ira. uide ne econtra placidior. **Inde** discedimus a
Valla, item etiā apud iuriconsultos. ff. de legatis. iij. l. qui filiū, sed ecōuerso
 uix latine dicitur. **Essendi** essendo essendū nō reperitur apud idoneos, p̄-
 ter **Donatū**, quod si reperiat, non regeret casum, ut indocte **Alexāder** ue-
 ster tradit dicens. **Presbyter** essendi causa, sicut etiā a sum. ens quo usi sunt alii
 40 qui, non est in usu frequēt, nisi apud philosophos huius tempestatis & dias-
 lecticos. **Et Cicero** primo essentiam & indolentiā finxit, si credimus **Sido-**
nio Appollinari, qui dicit lecturus es hic etiā nouū uerbum, id est essentia-
 m, sed scias hoc ipsum dixisse **Ciceronē**, qui essentiam & indolentiam no-
 minauit. **Nec** item siens a suo dicitur, **Nec** siendi. do. dum, nec siendus, sed p̄

eo docti faciendus dicunt. **E**phippium dicitur tegmē, quod equo ad inſi-
dendū imponitur, propter molliorē uecturā paratū, teu. ſattel, quod indo,
ēti ſellā uocant. **S**ella uero ſignificat ſedem, quā græci thronū uocant, hinc
θρονον & βασιλικον .i. ſolium, hoc eſt ſedem regiam uocant, & θρονον ηγεμος
uicov .i. ſellam curulē. **E**cceſia quoq; latine concio dicitur (ut ſuo loco habi-
tū: ſt) eſt coetus uel populi multitudo aſſiſtens ad audiendū oratorē concio
nātem, hoc ita eſſe teſtatur etiā præter **H**ieronymū **C**aſſiodorus, pſal. lxxxii.
nec illud omittendum eſſe diuidico, quare ſynagogam antiqui uocitaues
rint, quā nūc eccleſiam **C**hriſtianiſ temporibus nuncupamus **S**ynagoga
eſt cōgregatio nō ſatis exprimēs hominū coetū. **E**cceſia uero cōuocatio nūc
cupat, q̄ de diuerſis gentibus aggregata colligit. **I**nde eccleſiaſtes εκκλησια
ſta græce dicitur latine concionator, teu. prediger, hæc oīa ita eſſe teſtatur
ſanctus **H**ieronymus ſuper libro eccleſi. dicens. **E**cceſiaſtes autē græco ſer-
mone appellatur qui coetū i. eccleſiam congregat, quē nos poſſumus nunc
cupare concionatorē, eo q̄ loquatur ad populū, & ſermo eius non ſpeciali-
ter ad unū, ſed ad uniuerſos generaliter dirigat. **E**rrant hic uehemēter incu-
rioli, & infrequētes bonarū literarū lectores q̄ dicitū eccleſias ſignificare ſa-
cras eſdes & delubra deorū, q̄d ſi uolumus more græcorū quorū dictio eſt
proferre εκκλησιαν eccleſiā dicemus penultima acuta. **N**on poſſum etiam
ſatis admirari cur ſyllaba ſecunda a poetis **C**hriſtianiſ breuis ponatur, cū
apud græcos ſic ſcribatur εκκλησια per η quæ ſemper apud latinos in e loſ
gam conuertitur, quā bene & recte **A**lcimus auitus poeta **C**hriſtianus pro-
duxit libro primo. **D**e lateris membro ſurgens eccleſia nupſit. **F**orenſes
indocti accipiūt pro extraneo quod non eſt lectū apud eruditos, at foreſis
ſignificat in foro exercitatū, ut **V**arro teſtat. **H**ora. **N**e uelut inati triuūſ ac
pene forenſes. **E**t forenſis ſermo uel eloquētia qua utebantur in foro.

Falx inſtrumentū eſt quod eſt falcatū, hoc eſt recuruum. **E**t ut **V**arro teſ-
tatur a farre dicitur litera cōmutata. **V**nde falx putatoria, quam indocti
urangam dicunt, teutonice ein hau der uingarter. **F**alx meſſoria, ein ſichel.
Falx ſcœnaria, ſeges. **H**æc omnia inuenies apud iuriſconſultos, pſertim **V**l-
pianum. ff. de fundo lega. l. inſtrumenta fundi &c. **I**tem falces ſtramentar æ
ſyluaticæ, arborariæ, adoreæ falces, falces lumectariæ quibus lumecta, hoc
eſt ſpinas in agro ſecamus. **F**œdericus cum œ poſt ſcribitur, non fredes-
ricus ſcribendum, uenitenim a fœdere & ico. is. ere. & teuto. dicitur **F**rides-
rich, a fœdere, & corripit penultimā ſyllabam, ut tradit **N**eſtor uocabula-
rius. **A**t **C**laudia. producit **A**laricus. **E**n **A**laricus ait non qualē nup ouan-
tem. q̄ ſi alaric⁹ etiā uenit ab icus, **N**eſtoris regula nō tenebit, unde ego ma-
gis, pduxerim, ſicut etiā ſimilia, ut alibi dixi. **F**rugī uocāt proprie qui in
uictu tēperatus eſt, non nuncq̄ in ueſtū ſimilibuſq;. **C**icero etiā frugī uult
eſſe qui ad omnia aptus, utiliſq; eſt, & omni uirtute p̄ditus. **E**t igitur frugī,
ut **B**eroal. dicit omniſ generis, & per omnes caſus declinat, & nō dicimus
frugalis, q̄ ſiſ frugalior & frugaliffimus dicamus, q̄d ſatis liq̄t teſtimonio
Iuena. cū ait. **V**etre nihil frugalius. **E**t **C**icerōis in **V**errē. hic ſolus inducī

DE ABVSIONE

tur, cæteri sæpe frugalissimi excluduntur. Animaduerti apud Quintilia. in pri. lib. de tribus uirtutibus elocutionis, taxari eos a quibus dicitur frugalis nuncq; frugi, tanq; frugalis sit dictio parū proba, libuit obiter hoc annotare ppter inueteratā cōsuetudinē eorū in quorū ore semp est frugalis, nūq; frugi, qui latinitate deficiūt. Cōtrariū frugi est nequā dictio. Est autē nequā ut dicit Gel. homo nihilī neq; rei, neq; frugis bonę, inutilis, libidinosus &c. Nostri autē improprie furē uocant nequā. Nequicia, ut idem Aulus Gel. dicit significat luxū uitæ prodigū, effusumq;. Frequēs modo crebrū significat, siue de loco, siue de re animata dicat, ut frequēs miles, frequēs, i. creber

10. copiosus, multus, modo quod ab alijs frequētatur, ut frequēs locus, frequēs templū, in quo multi conueniūt, & quod multū frequētant. Et infrequens dicitur uel parū frequentatū. ut infrequēs forū in quo pauci cōueniūt, uel rarū, ut phœnix infrequēs auis, hoc est quæ raro reperit. Fontanalia dicuntur festa q̄ circa fontes fieri cōsueuerūt, quæ nos nulla suffragāte auctoritate & male, fontanea appellamus. Audi Varronē fontanalia a fonte, q̄ is dies seriatu cum in fontes coronas iaciunt & puteos coronant. Facile aduerbiū reperit, de facili uel faciliter nō reperitū apud idoneos, cum enim facilius reperit, in. i. inusitatū apud latinos uellet demonstrare, itē dicit in his permittamus & audiuisse & sciuisse, & tribunale & facilius dicere, ubi aperte ostēdit apud latinos facilius non esse in usu. Et Martianus

20. Foelix Capella lib. iij. cū habilis (inquit) habiliter dicamus, cur facilius facilius ter non dicimus. Diomedes autē grāmaticus utitur facilius si nō est mendosus. Viāruuius etiā in primo utitur, si liber nō est mēdosus, uerba eius sunt. itaq; mathematici facilius contra eas disciplinas disputare possunt, q̄ pluribus telis disciplinarū sunt armati. Figulus. teuto. hafner. Et sic docti usurpāt, apud ecclesiasticos autē Iustifigulus dicit, quod non facile apud ueteres inuenies. Hiero. autē dicit sup Iohelē. Plastes quē nos fictorē & figulū possumus dicere. Felēs græce dicitur eluros, uulgo, autē cattus dicitur katz.

30. Cattus autē & muriceps non uidetur mihi satis latine dici & uenuste. Muriceps enim insuetū uocabulū est. Nestor autē uocabulariu s dicit, cattus, p isto aīali duplici scribi debere, qd mihi nō placet. Vulgo em̄ felē cepisse dici constat cattū, quod ueteres dixerūt cattū astutum, in quo genere maxime excellit felēs. Cice. in pri. de legibus ait, quis igitur prudentē, & ut ita dicā cattum non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicaret. Si igitur cattū admittimus non cattus, sed cattus dicitur. Faber nomē est generale omnīū qui corporis labore artificū aliquod exercēt, dicitur em̄ faber murarius, teuto. ein murer. Faber ferrarius, teuto. ein schmid. Faber lignarius, teuto. ein zymerman. Et hic etiā multiplex est. Nam & faber lapidarius, multiplex. Vnde etiā quælibet opera fabricari dicuntur teste Nonio. Indocti autē p sa

40. bro lignario absolute dicunt carpentarius. Cum carpentarius magis adiectiuum sit, ut equus carpentarius dicit, qui carpentū uehit. Et faber carpentarius qui carpenta facit. Est autē carpentū uehiculi genus, teu. schlit, latinū uocatur bylū nō a carpo is. ere. ut Catholicon cū suo Hugutioe dicit, sed a Carmēta

Euandri matre potius. Famofus famofior,iffimifimus, ut inuenio apud eos
 qui latine pprie & fignate loquunt, in malū accipitur pro infami, teut. uers
 limpt, ut testat Philolphus in quadā epiftola. Hubertinus Cressentinas, &
 Domitius Chalderinus, Cicero li. ij. de orato. nō pol audeo. Nam me ad fa
 mosas uetuit mater accedere. Salustius in Iugurū. postq̄ famofam largitis
 onē impudentēq̄. Lactantius, philosophus ad meretricē famofiffimā coms
 mearet, & Hierony. li. ij. super Galatas, hęc i. circo cōgellimus, quia famof
 iffimā questio est, & nobis solet a Iudēis pro infamā obici, quod saluator
 nolter & dñs sub dei fuerit maledictō. Item iurifconfulti de famofis libellis,
 qui & ubiq̄ famofus pro infamibus accipiunt, nec te decipiat sicut pluris
 mos ille Iuena. uersus. Famofos equitū cū dictatore magistros. Illic em̄ les
 gendū est. Fumofas, id est fumofas imāgines maiorū, qui magistri equitū
 dictatorefq̄ fuerunt. At famofus etiā in bonū accipitur, pro eo qui est bos
 nę famę, sed apud eos auctores qui nō tm̄ apud me ualuerūt, sicut Cicero
 & sui æquales, quos tm̄ non reprobo. Iulius Firmicus in vi. Athletā faciet
 istā gentura quę sacris certaminibus uictor famofa reportet insignia coro
 narū. Pli. in epi. ad Triariū. Ad curā pulcrā alioq̄ & famofam. Lucius Flo
 rus li. iij. nec quicq̄ amplius tm̄ de tam famofa uictoria, q̄ cognomē creticū
 reportauit. Apuleius, hic uxore generofam & eximia famofitate præditā.
 Idē. atq̄ ipsa potiffimū famofa castitate inftitutus, etiā idem, at ille uir alioq̄
 grauis & sobrię religionis obseruatiōe famofus. Corne. Tac. li. xxi. Haud
 procul Hierosolymis castra facit, sed qa famofę urbis supremū diē traditu
 rum sumus, idem etiā in malū accepit li. xi. Claudius famofos probris quo nā
 modo senaru depelleret anxius. Ruffus sextus. Cyprus famofa diuitiis pau
 pertatē Po. Ro. ut occupare sollicitauit. Orosius li. ij. Ibi tūc Crcesus rex lys
 dorū famofus opibus &c. Et itē a Iulio firmico xxx. matheseos famofis ora
 tores cū laude dicuntur. Tu seq̄re latiniore. Item apud poetas fere oēs famo
 fus in malū accipit. Horatius sermonū li. pri. Saty. iij. Quod mœchus foret
 aut sicarius, aut alioqui famofus, & lib. ij. sermo sa. prima. Famofisq̄ lupo
 cooperto uersibus. Festus & festiuus differūt, quā drām pauci obseruāt.
 Festus. a. ū. em̄ potius de die dicit, significatq̄ apud nos, teu feirtag. Idem ses
 tus dies. Festiuus (.i. lepidus & iocundus) autē magis ad alias res, ut festiua
 oratio, festiuū dicitū. i. lepidū & iocundū, unde Cic. de ora. Dicēdi uis egres
 sia sūma festiuitate, ac uenustate cōiuncta, pfuit. Et Pli. in prolo. natu. hifto.
 Me uero nō pōnitet nullū festiuorē excogitasse titulū. nō signate igitur di
 cēt festiuitas sanctę Marię, sed festū, ubi sepius peccāt canonica iura. De his
 lege Laurētii. Inde uenit p̄festū & profestū dies, teu. vuerck tag, unde Festus
 Pompeius. Profestū diē dicebant qui festus nō erat. Et in alio loco profestū
 dies procul a religiōe numinis diuini. Et Macro lib. i. satur. Profestū dies hos
 minibus ob administrādā remp. priuatq̄ cōcessi. Et nō dicunt qui ante ses
 sitos sunt, teu. feirabent, quos sacrarū literarū scriptores uigilias appellant.
 Qz uigillare ante diē festū mos est in sacrificiis faciendis & sacris hymnis cā
 tandis. Memini tm̄ legisse me apud Gel. li. ij. ca. xxxiij. festiuis diebus, sic enīq̄

inquit, postremo lex Iulia ad populū peruenit Cæsare Augusto imperante quō profectis quidē diebus ducētū finitū Kalēdis Adibus, Nonis & aliis qui busdā festiuis trecenti &c. **Ar.** Acron Horatianus interpres sentit in dictōe profectū cū uulgo. **Figura**, ut diffinit Quinti. in ix. institū. suarū, est cōfir-
 matio quædā orationis remota a cōmuni & primū se offerēte rōne. Et paulo post idē. Ergo figura sit arte aliqua nouata forma dicendi. **Indo.** cū grāma-
 tistæ uocāt colores rhetoricales, quæ figura dici deberet, de qua re supra di-
 ximus. **Figura** igitur est exornatio uerborū ac sententiarū, & male grām a-
 rici dicunt. **Figura** est uitiiū ratione uel rationibus excusatū uel excusabile.
 10 **Cum** exornatio sit & sine uitio, quod ex eodē Quintilia. in. i. colligi datur
 his uerbis. **Enim** uero maiori cura iam doceat tropos oēs quibus præcipue
 nō poema modo, sed etiā oratio ornat. **Schemata** utraq; i. figuras quæq; le-
 xeos quæq; dyaneas uocātur. **Idem** in. i. li. liquide oñdit dicēs, prima barba-
 rismi ac solœcismi scēditas absit. **Sed** quia interim exculantur hæc uitia,
 aut a consuetudine. **Nam** sæpe a figuris ea separare difficile est. **Hic** aperte
 20 **Quinilia**. barbarismū & solœcismū nominat uitia nō figuras, immo & di-
 stinguat contra figuras. **Quinq;** igitur figure. **Appositio**, euocatio, cōceptio
 siue qd idem est **Syllepsis**, **Prolepsis** & **Zeugma**, quas ponit **Alexāder Gal-**
lus nō sunt uitiosæ, sed ornatae & grāmaticis orationibus multo elegantio-
 30 **res**, quibus usi sunt doctissimi & summi in eloquentia uiri, quorū iudiciū, ut
 tradit **Quintilia**. in. i. lib. pro rōne habetur, nec alia pōt dari ratio in grāma-
 tica, nisi ex auctoritate eruditorū aut ex analogia, aut etymologia, sed auctō-
 ritas multū præualet, nō est em̄ (ut idē dicit) lex loquendi sed obseruatio, ut
 ipsam analogiā nulla alia res fecerit q̄ consuetudo, intelligo eloquentiū ui-
 rorū, non em̄ cum primū fingerent hoies analogia celo missa formam lo-
 quendi dedit, sed inuenta est postq̄ loquebantur hoies, & notatū sermone
 quid quoquo modo caderet, itaq; nō ratione utitur sed exēplo **Papirianus**
 grāmaticus. **Latini** secuti naturā, affluentia ex technis non sunt adepti. **Rō-**
 40 **mani** ingenio fecerūt imperia, græci arte dixerunt, **Romani** exemplo fecerūt
 re, quæ scripserāt arte græci uel p̄ceperant. **Idē** dicit diuus **Augusti**, lib. ij. de
 doctrina **Christiana**, quid est ergo (inquit) integritas locutionis nisi latinæ
 cōsuetudinis conseruatio loquentiū ueterū auctoritate firmata. **Nec** mihi
 obesse debet, q̄ **Diomedes** dicit, auctoritatē in regula loquendi nouissimā
 esse, ad quā confugiamus tanq̄ ad anchorā ubi oia alia defecerint, ipse em̄
 auctoritatē a consuetudine distinxit. **Vbi** sola auctoritas unus hois oratio-
 nē defendere debet, sine aliqua rōne cōsuetudinis analogiæ aut nature. **In** ap-
 positione non esse uitiiū **Quintilia**. in. i. lib. institū. ostendit, dicens quædā nō
 & faciē solœcismi habent, & dici uitiosa nō possunt, ut **tragœdia**, **Thiestes**,
 & **Iudi floralia**, quanq̄ hæc sequētū tempore interciderūt, nūq̄ a ueteribus
 aliter dicta, uides hic ut **Quintili**. dicit has & plures orōnes, hoc est appositio-
 40 **onē Alexandri** nō esse uitiosam, & penitus ab usu loquendi recessisse, quas
 p̄pter inutile est magna de hac re facere cōmentaria, quæ admodū nri scho-
 lastici (quos **beanos** uocamus uulgo) scitare conueuerūt. **Syllepsis** autē &

Zeugma & Prolepsis orōnes ornatissimæ & species schematis, ut uidere licet in opusculo Aelii Donati in figuris. Et Quintilia. Schema autē nihil aliud significat nisi ornatū & figuram. Hic etiā nota dicendū esse prolepsis, syllepsis nō ut indocti grāmatilæ dicunt prolemis, sillemis. Est em̄ prolepsis græca dictio tm̄ ualens quantū præceptio. Et ut Cicero dicit de natura deo. anticipatio, a pro. i. ante, & ληΐσ. i. acceptio. Itē syllepsis conceptio dicitur latine, ex σὺν quod est con, & ληΐσ acceptio, adde q; Synecdoche per y græcū in principio scribit, & ec ante d, non synodoche, ut nostri imperiti & scribunt & proferūt, quod græca inspicienti notissimū est. Sic etiā a pluribus scribit in synechdoche per ch aspiratū ante d, ut nup apud Raphaelem regijū uidimus. Hic admonuerim somniculosos scholasticis oīno abstinentiū esse a magnis Alexandri cōmentarijs, quæ cōgesserūt quidā **VI** menses, & nescio qui alij in quinque figuras, quæretes quod uitū in hac uel illa figura, quibus rationibus excusari pōt. Item arguit in contrariū Notā dum primo, secundo, a parte ante, & a parte post, q̄ incongrue dicunt, nihil em̄ est æque puerile, & tam dānosum studiosis, q̄ occupari in hac re utilitatibus nihil laboris aut, & ut nostri loquunt, speculationis multū indigēte. Adde q; tota secūda pars Alexandri miseria & cōfusio est, & corruptela iuuenum, non fructus. Adde enim difficilis est p̄ter hæc q; infructuosa, ut multo facilius **Virgiliū**, **Quidiū**, **Terentiū**, uel alios intelligant pueri q̄ secūda partē. Stultissimū autē quære a iuuenibus ex qua ui regatur ista. uel alia dictio, cum id ne grandiores quidē natu bene iudicent, nec grāmatici est talia inuestigare. Nam quis puerorū intelliget facile, quid sit ex ui relationis ex ui a ctus conuersi in habitū, ex ui effectus causæ formalis, materialis, finalis, uel efficientis; item ex ui transitionis. Multū em̄ excedunt hæc deliramenta captū grāmatici, nec talia inuenies apud **Priscianū**, uel ullū aliū ex ueteribus, aut etiā recētoribus italīs, quare hæc docentes ueluti errorū & ignorantie magistros fugito, quicūq; cupis euadere in uirū disertū & eruditū. Quid referā insuper aniles fabulas & indignas lectione schedas de impeditis **Alexandri**, & monstrosa uix ipsis qui cōposuerūt satis nota cōmentaria, in quibus nihil oīno utilitatis inuenies, sed obscura sphingos enigmata pueris tanq̄ uenena uitāda (ut merito ista secūda pars impedimentū studiorū generaliter possit uocari) **Resipisce** tādē **Germania**, & **Alexandriū** cū scrupulosi cōmetarijs in eternū exiliū relega. Nā citius quis iurisperitus uel theologus q̄ grāmaticus ex **Alexandro** euaserit. Familiares dicuntur amici nostri & de familia, atq; parētela nostra existētes. Caue p̄ famulis uel seruis accipias, nisi cōsulto honestiore uocabulo eos sic appellandos; ut amicos uolueris, quod prisci fecerūt. unde & **Macro** dicit, maiores nostri omnē dominis inuidiā, oēm detrahentes seruis contumeliā, dominū patrē familias, seruos familiares appellauerunt. **Hodie** tm̄ familia & filios, & seruos cōprehendit, ut habet **Ulpia**. ff. de uerbo. signi. **Fœdus** uel cōfœderatio latine dicimus, ut fœdus pcutere, uel inire cōfœderationē, uel coire societate latine dicimus. **Liga** uel ligā facere barbare dicitur. **Inde** socij uel

DE ABESSIONE

confœderati dicuntur. Sicut sunt liberæ ciuitates Sueuiæ cum alijs regulis
 socij uel confœderatæ. Sunt & alijs confœderati, quibus indigni hoc noie, po-
 tius cõspiratores & peditores, de qua re plura alias scribã. Feudũ, aut̃ quo
 passim nunc legulei utuntur uocabulũ est gallicũ, non latinũ, sicut & feuda-
 rarius & alia ab illo descendentiã, sicut nec uasallus probe & latine dicitur.
 Nec uasallagiũ quod itali dicunt, & homagiũ quod galli, & hominiũ, latinis
 ne dicuntur dum fidelitatis iuramẽtũ exprimere uolũt, nec homo legius uel
 10 legius latine dicitur, qui suo domino ligatus sit, uel legalitatẽ teneat. Licet ius
 ra cõsãrũ nouissima, & iura canonica illis uocabulũ passim sint referta. Va-
 falli autẽ latini clientes dicuntur, & homagiũ clientela. Fratrũ appellatiõne
 etiã sorores continentur, ut dicitur, ff. de lega. in. 1. Lucius Titius. §. quæsitũ est, et
 ergo fratres possunt dici, teu. gescv uisterig, hoc est mas & saxmella, ita dicit
 Lactan. in Statio, Deucalio nãq; & Pyrrha fraures, idemq; cõiuges sunt. Et
 Augu. li. xxij. de ciui. dei. decẽ quidẽ fratres quorũ septẽ sunt mares, tres so-
 minæ de cæsaria Cappadociæ suorũ ciuitũ nõ ignobiles maledicto maris
 recẽti patris eorũ obitu destitute, quæ iniuriã sibi ab eis factã acerbissime tu-
 lit, tali pœna sunt diuinitus coercitũ. Favorabilis apud eos qui caste &
 latine loquuntur, dicitur is qui gratiosus est, & impetrabilis, ac fauoris plenus,
 teu. der vil gunst hat. Caius iurisconsultus, ff. de regu. iuris. Favorabiliores
 20 rei potius q̃ actores habentur, sic Quintilia. in. xi. institutionũ, ut quisq; ho-
 nestus, hũilis, inuidiosus, fauorabilis erit. & L. florus de bello muinẽsi. Octa-
 ui. Cæsar ætate & iniuria fauorabilis, & nois maiestate quod sibi induerat
 Imperiti aut̃ accipiunt fauorabilẽ pro eo qui fauorẽ præbeat ac opinuletur.
 Ita fauorabilẽ iudicem dicunt cum deberẽt æquũ, & suspectũ cum deberẽt
 dicere iniquũ. Falsus, ut dicit Perottus habet falsissimus, non autẽ falsior
 saltem in usu doctorũ. Nec rudis aut mediocris habent comparatiuũ. Nec
 inclytus inclytior habet, licet inclytissimus dicat. Feriæ seriarũ (raro enim
 reperitur in singulari) sunt dies festi, a seriendis (ut dicit Pompeius) uicimis
 dictæ, teu. feirtag. Adde q̃ idem Pompeius dicit, serias antiqui festas uoca-
 30 bant, unde Vlpia, ff. de ferijs. Si seriatis diebus fuerit iudicatu lege cautum
 est &c. Et Cice. in. iij. offi. Venit ipse mature scalmũ nullũ uidet, quærit ex
 proprio uicino num feria quædã piscatorũ essent q̃ eos nullus uideret. Et
 Seneca de breuitate uitæ. De Liuiõ Drufo dicitur dixisse, qui sibi ne puero
 quidẽ unq; ferias contigisse Ergo improprie loquitur qui dicitur. Feria ses-
 cũda, tertia, uel feria quarta &c. accipientes feriã pro quolibet die, siue festus
 sit siue non. est enim locutio uiolenter usurpata, de qua re alias melius &
 copiosius locutus sum. Inde uenit uerbum deponẽs ferior, aris. quod signi-
 ficat agere & esse ociosum, teuto. feirtag hon vnd mæssig sein, unde Trebo-
 nius in episto. ad Ciceronẽ, nec putes in Asia feriatũ illũ. i. ociosum fuisse. Et
 40 Macrobi. quoniã tertiũ diem iam feriatũ sumus. Plin. in epi. ad Aciliũ. Erdis
 es feriatũ patitur plura contexi. Et Hiero. memini me puerũ cursitasse per
 cellulas seruulorũ, diem feriatũ duxisse lusibus. Gratiosus teste Gel. libro
 viij. ca. xij. dicitur tam is qui gratiã admittit & ceteris impertit, q̃ cui homi-

mines fauēt, & gratiā apud hoīes habet. **A.** Gel. nullū exemplū affert quod
 actiue accipiat pro eo qui dat gratiā, in frequētissimo apud nos rates est usu
 dicētes, Gratiōse pater. Item gratiōse princeps, quod tamē ego rarissime pu
 to inueniri apud classarios & sūmates scriptores, nec ego unquē inueni. **Sed**
 passiuē pro eo qui habet gratiā bene inuenit. **Sene.** lib. i. de clemētia ad **Nes**
ronem. Nemo non cui alia desunt hoīs noīe apud me gratiōsus est. **Et Q.**
Cice. ad **Tulliū** fratrem de petitiōe consulatus. **At Antonius & Catilina** mo
 lesti sunt. imo hoī nouo industrio, innocētī, diserto, gratiōsus apud eos qui
 res iudicat. **Gloriōsus** autē usitate in utrāq; partē accipit tam pro gloriā
 habente, gloriōsq; plenitudine, q̄ pro eo qui affectat intēperanter gloriā. In **10**
 malū accipitur apud **Teren.** miles gloriōsus **Thraso**, hoc est ostentator iaz
 stāticulusq;. **Et Pli.** natu. histo. lib. x. ca. ij. loquēs de **Pauonibus**, ab auctoris
 bus (inquit) nō gloriōsum tm animal tradit, sed & maleuolū. **Sed** in bonū
Cice. de diui. lib. pri. loquens de **Decio**, cuius mors ita gloriōsa fuit, ut eādē
 concupisceret filius. **Seneca** epist. lxxxij. nullum malū gloriōsum est, mori
 autem gloriōsum est. **Et Pli.** **Cecilius** in episto. ad **Fraudantiū**, quos ut glo
 riōsum, sic difficile est superare. **Et frequētissimū** ē apud ecclesiasticos, quod
 dicamus deus gloriōsus, gloriōsa uictoria. **Grossus** non legi unquē apud **20**
 idoneos & ueteres in ea significatione, ut significet grob, sed bene crassus in
 ea significatione, ut apud **Ciceronē**. **Crassa** minerua. **Grossi** tamen dicuntur **30**
 fici, teste **Macrobio** in. iij. **Saturna**. quæ non maturescunt. **Vnde M.** articus
 in millibus tot ficos non uidebitis grossum. **Et paulo post.** summas ab alio
 lacte distillas grossos. **Et Posthumius Albinus** annali primo de **Bruto**. **Et**
 causa sese stultū **Brutumq;** faciebat, grossulos ex melle edebat, hic grossus
 est substantiuū & certū genus ficorum non obscure intelligitur. **Sic & Hie**
ron. super **Michea** dicit. **Inmaturæ** f. cus, id est grossi ficorū quas hebraei
 bechora uocant. **Grossitudo** legi apud **Senecam** libro. iij. de beneficijs. sed
 credo mendose legi pro crassitudine. **Item** lib. iij. **Regum** cap. vij. dicit gros
 situdo luteris, & ca. xij. minimus digitus meus grossior est dorso patris mei **30**
 ubi crassitudo & crassior legi debere credo, & esse corruptā lectionem im
 peritia librariorū. **Galenus** medicus, non **Galienus**, uide in hīn dictiōe
Hippocrates **Gastrimargia** græca dictio penul. acuta, ut græcus accētus
 habet, sed apud nos corripitur, ut est in hymno Iesu quadragenariæ, per, g
 non castrimargia per c scribenda, ut literatores indocti scribunt. **Et** signifi
 cat nimīā ingluuiem & gulositatem, non gulæ concupiscentiā, ut indocti
 tradunt. **Graphicæ**, ut ego credo significat concinne & elegāter, & id qd
 uulgo artificialiter dicimus, sed & artificialiter latine dicitur. **Galilæa** est
 regio Iudææ; **Et** scribitur in prima syllaba simpliciter, non gallilæa, & s̄ diph
 thongo in penulti unde **Arator**. **Inde galilæa** reperit saluator **Iesus**. **Gas**
par aris. per g declinabiliter reperio apud eruditos, non per c **Caspar** inde **40**
 clinabiliter, ut indocti præcipiunt, nec casperus dicendum aut casparus.
Grāmaticus & grāmaticista differunt, sicut literatus & literator, grāmatis
 tus em̄ græce latine literatus dicitur, qui est absolute & perfecte doctus, sed

DE ABEVSIONE

grāmāta grāce & literator latine dicit mediocriter & imperfecte doctus,
 hec Sueto. Tranquil. de grāmāticis & rhetoribus, & eodē teste, grāmāticū p-
 prie dicitur poetarū interpretes, qui a Platone Rapsodi dicunt. Glans est
 fructus quercus & aliarū arborū glandifera; nō solū quercus. Et sic glans
 fagi est fructus ipsius fagi &c. Et sicut Paulus iuriscōsultus de uerbo. signi-
 ficat, glandē autē, ut dicit Plin. natu. histo. lib. vi. quæ pprie intelligi ferunt robor
 quercus, esculus, cerrus, ilex, suber. Gratias agere, est uerbo quod indocti
 dicunt regrator. Habere gratias est animo habere. Referre gratiā est factis,
 de quibus uide Lauren. quod aut nostri dicūt fundimus uobis multas gra-
 10 tias, uel fatemur, uel narramus gratias, ppter uarietate orationis, nō credo
 apud aliquē receptū & illustrē scriptorē reperiri. Et unus Apuleius quod
 ego sciā dicit gratias dicere, ita em ait libro floridorū, ut pro eo honore uo-
 bis multas gratias dicerē. Nō aut uisitate multū dices grates, quia plus poe-
 ticū est, licet quidā uisū sint in prosa oratiōe. Q. Cur lib. iij. pro se quisq; dex-
 trā eius cōplexi grates habebāt, uelut præsenti deo. Et Apuleius in prolog.
 Trismegisti, laudes, gratesq; maximas agens. Et Cic. de somnio Scipionis,
 post suspexit ad cœlū, & grates inqt tibi sume sol ago, hoc tū rarū est, & for-
 san exemplar corruptū, ut quidā putant. Sed & Corne. Tacit. lib. ij. dicit re-
 20 dixisse uos in corpus nomēq; Germaniē, cōmunibus deis, sed p̄cipuo deorū
 matri grates agimus, & sæpe alias. Et Martia. Felix Capel. lib. vi. ago tibi,
 habeoq; diua persoluēsq; p̄petes debeo grates. Salust. dicit, debeo gratiā, &
 reddo gratiā, quod ultimū ualeat. i. referā gratiā. Gentilis ut dicit Festus
 Pompe. dicitur & is qui simili nomie appellat, ut ait Cincius, gentiles mihi
 sunt qui meo noie appellant. Vel gentilis est ex eodē genere ortus, teu. ein-
 friend. Cice. i. tus. fuit em meo regnante gentili. Et Plin. epi. lib. vi. Passenus
 Paulus splēdidus eques Romanus, & in primis eruditus scribit elegos, gē-
 tile hoc illi, est em municeps Propertij, atq; etiā inter maiores suos Propertij
 30 nūm numerat. Gentiles sunt, ut dicit Cice. in topicis, qui eodē noie sunt in-
 ter se, non est satis, qui ab ingenuis oriundi sunt, ne id quidē satis, quorū ma-
 iorū nemo seruitutē seruiuit, abest etiā nūc, qui capite nō sūt diminuti, hoc
 fortasse satis est. Ab hoc gētilitas dicta, quæ pprie est multitudo ipsa, uel sa-
 milię uel nationis alicuius. Plini. de uiris illustribus, gentilitas eius Manlij
 cognoie iurauit, ne quis postea capitolinus uocaretur. Scriptores tamē lite-
 rarū sacrarū gentiles & græci ethnicos uocāt oēs idolorū cultores, ideo q
 in gentiliū, hoc est maiorū suorū fide persistere, nec religiōis cultū mutaue-
 re, quos eosdē & paganos uocat Orosius, ideo quia alieni a ciuitate dei ex
 locorū agrestiuū compitis et pagis ueniētes pagani uocātur, uel scdm alios
 dicuntur, & maxime iuriscōsultos pagani non militātes. Inde paganos uo-
 40 citamus gentiles, q; sub uexillo Christi non militent. Grado & grador-
 aris. & gradatus, hoc est habens gradū. i. dignitatē uocabula sunt noua im-
 peritorū & reperititia, nec meo iudicio honeste in penū Romani sermonis
 admitti possunt, sed penitus gothica & barbara. Nec degradare latine dicitur

cimus, ut sacerdotibus aliquādo contingit. Latine autē defecrare dices. Est
 em̄ defecrare ex sacro pphanū facere, ut **Plautus**. Defecrare eū prius oportet
 ne manus contāminē. Consecrare autē est quod nos barbare & gothi-
 cē dicimus canonizare, sicut de sanctis & dijs dicimus. **Tertulli**. male cum
Lucullo actū est qui primus cerasa ex ponto Italię pmulgauit, quod nō est
 propterea consecratus. **Cice**. quod si ullū unq̄ animal consecradū fuit &c.
Et Lactan. & eorū memoriā post mortē consecratā esse. At gradus pro dis-
 gnitate etiā ab idoneis & latine dicit. Vnde **Marcellus** iurifconsul. ff. de ritu
 nuptiarū. obseruandū est inquit, ut inferioris gradus homines ducant ux-
 ores, eas q̄s hi qui altioris dignitatis sunt ducere legibus propter dignitatē p-
 hibentur. **Et Vegetius**, ut ex prima cohorte ad gradū quempiā promotus
 uadat. & **Q. Curtius** lib. v. erat inter duces manu strenuus bello quidē pa-
 cis artiū et ciuilibus habitus rudis, uetus miles, ab hūili ordine ad eū gradū in
 quo tunc erat promotus. & **Cicero** pro **Sylla**, neminē esse ex illo honoris
 gradu qui nō omni studio, uirtute, auctoritate incubuerit ad rempu. con-
 siderandā. Glossa duplici scribitur, non simplici, ut apud nostros, & est
 interdū lingua, interdū linguę obscurioris interpretatio, cuius apud gręcos
 eos quinque sunt uarietates & differētię. Cōmunis, **Attica**, **Dorica**, **Ionica**,
Eolica, **Quintilia**. in pri. protinus em̄ post interpretationē linguę secretio-
 ris, id est quas gręci glossas uocant eadem & glossemata uocant. **Inde** glos-
 sematici qui uulgo glossatores uocantur, nunc ab imperitijs glossę, & quidē
 simplici s̄ pro quacūq̄ usurpant expositione, quod q̄ bene dicat, uiderint
 ipsi qui glossas illas quibus, nihil est ineptius maiore cum apparatu expo-
 nunt, quā priscorū iurifconsulorū scripta, in quorū enarrationē glossę ille
 a quibusdā barbaris ac prorsus linguę latinę imperitijs fuerūt cōparatę,
 nemo certe ueterū, hoc est eruditorū glossam in ea unq̄ accepit significati-
 onē. hęc **Raphahel** regius. **At Seneca** etiā in epistolis cōtra glossemata scri-
 bit. **Et merito** glossę illę interlineares quas nostri triuiales magistri faciūt
 ab omnibus uitandę, & iuuenibus prohibēdę sunt in primis. Imperiti itē
 a lingua linguagium faciunt minus latine, sicut a uia uia-gium usurpauit.
Apuleius lib. vii. de asino, sed uix recipitur. **Genitura** appellatur latino
 uocabulo, & erudito quod uulgo indoctū natiuitatem uocat, hinc est il-
 lud apud **Spartianū**. **Seuerus** genituras spon-sarū requirebat cum esset ma-
 theleos peritissimus. **Et Aulius** firmicus peculiariter utitur. **Ambrosius** ser-
 mone triuij usus natiuitatē, sicut uulgo dicitur appellat in quarto exame-
 ron breui atomo exiguoq̄ momento distare natiuitatē inopis & potens-
 tis &c. **Alias** genitura pro spermate accipitur, de quibus plura scribit **Be-
 roaldus**. **Grabatus** mediā producta apud latinos, est lectica seu paruus
 lectus. **Gręcista** & reliqui ponūt differētiā dicentes. **Pro gremio grabatū**
 pro lecto pone grabatū, sed allucinant oīno, q̄ em̄ grabbatus significet gre-
 mium non est lectū apud idoneos, sed latini scribūt grabatus per g & pro-
 ducunt mediā, sicut **Virgi**. in moreto. **Membra** leuat sensim uili demissa
 grabato, gręci contra per x scribunt & primā producunt. sic xpaββατορ.

DE ABRVSIONE

Helena media breui pronunciat, siue sit græcorū meretrix siue sancta
 Constantini mater, nescio autē cur indocti hoies qui nihil legerūt faciunt
 differentiā inter sanctā & meretricē, quo ad nomina dicētes pro meretrice
 media breui, pro sancta media longa, quasi indignū ducentes sanctā **Hele-**
nam noīe meretricis contaminare, cum plures meretrices uocētur **Marix,**
 plures **Catharinæ,** plures **barbaræ,** plures **Otiliæ,** similiter plures uirgines,
 probæ mulieres eiusdem noibus, cum nō nomina, sed res sit inspicieda. **Quæ**
 autē **Helena** penul. producta uulgo pronūciant, uenit error ex hoc q̄ penul-
 tima acuitur apud græcos sic. ^{Ἑλένη.} **Homilia** per h in principio scribē-
 10 dum est. & per i ante l non e, ita dicendū homilia, non homelia penul. bre-
 ui. Ita scribitur apud græcos ὁμιλία quorū hæc dictio est, testis est loannes
Craſtonus & **Nestor Dionysius,** & interpretatur apud latinos homilia col-
 loquiū concio & sermocinatio. Nam & apud græcos ὁμιλέω dicitur: con-
 labo lōga, ut non obscure datur intelligi in græcis, ita em̄ apud græcos scri-
 bitur λιτανεία, unde **Hiero.** super **Zachariā.** **Holda** interpretat deprecatio
 domini, quod græce significantius dicitur λιτανεύσις ualeatq; apud latinos
 tantū quātū supplicatio. **Hippocrates** cum i latino & duplicato p scrib-
 bitur, fuit medicus insignis, corripitq; penul. syllabā, & nō producit, ut uul-
 20 go proferūt, unde **Martia.** **Os** hominis mullum me rogat **Hippocrates,** &
 cōponitur **Hippocrates** ex ἵππου quod est equi, & κράτος; id est robur; q̄
 equi robur, uulgares & indocti scribūt & nominat **Hippocras** et male. Sic
 etiā scribūt **Galienus,** cum docti & scribant & proferant **Galenus** sine i, fuit
 & hic **Galenus** medicorū præter **Hippocratem** fere princeps ex **Pergamo**
Alia oppido ortus. **Hieronymus** cum aspiratione in principio & i lati-
 no, & cum y græco in penultima syllaba, est & dictio quinq; syllabarū, nō
 quattuor, ut idiotæ pronūciant. Et ualeat ex ui noīs sacrū nomē uel sacra lex.
Primæ duæ sillabæ breues sunt, & tertia longa, quia per ω mega apud græ-
 30 cos scribitur, sic ἱερόνυμος; aliqui faciunt syneresim, ut in illo carmine. **O q̄**
Hieronymo satus parentē (& quos ego aliquādo imitatus errauit) sed hoc
 oino uiolentū, nam o longa est, & i apud græcos nunq; est consonās, adde
 q̄ apud latinos teste **Prisciano** i aspiratū nunq; potest esse cōsonās. Hic etiā
 notare licet omnia cōposita ab hieros quod significat facer, in principio cū
 i latino aspirato scribi debere, ut **Hierarchia** non cum g, ut quidā præcipiūt
Hierosolyma uel **Hierusalem** indeclinabiliter. **Angelus Politianus.** **Tertius**
 us aonijs satus ille **Hieronymus** undis. **Harmonia** quæ est compositio
 uel concordantia contra uulgi consuetudinē penul. habet correptā, ut **Luce.**
Harmoniā graij quā dicunt &c. Et **Vælix Capella.** Quæ istorū laudes
 protulit harmonia. **Humilis** proprie apud latinos est ille qui est obscur-
 40 ro & sordido genere uel loco natus, & humilis. i. uilis apud iurifconsultum
 ff. de pœnis. **L. Calistratus,** humiliores & honestiores opponūtur. Inde hu-
 militas illa obscuritas loci uel generis. Item humilis significat kurtz, sicut p̄
 cerus gerad vnd hoch, sic hūilis hō ein kurtzer, uel humil arbor, tein. in der

Herodotus proprii historiographi cōtra uulgi opinionē do syllabā pe-
 nulimā correptā habet, vnde Ausonius poeta in græco carmine οὐρανὸν
 πύλον εννεα ἰσοδοτον, & similia propria do corri. ut Theodotus, Zenodos
 tus, Furius Bibaculus. En cor Zenodoti en cor crateris. Heraclitus nomē
 philosophi syllabā cli producit nō corripitur, ut uulgus putat, sic em scribi
 tur apud græcos Ἡρακλῆϊ τοῦ. Lucretius, Heraclitus inquit quorū dux prælia
 primus, simili modo Heraclides i producit, & heraclitus. Hurruca nō eru-
 ca (ut scribit Georgi. Valla) paruū est quoddā reptile quod super brassicas
 præcipue repit corrosurū foliā, teuto. raup. præter cæteros autē etiā Iouia-
 nus Pontanus legit eruca, cui paulo plus tribuo q̄ Georgi. tu sequere qd 10
 uoles. Hæresis uide in dictione modernns pulchra. Hypocausta dicū-
 tur latine quæ barbari stubas uocāt, uide in dictione stuba uel stappa, qua
 dictione, ut alibi omisi uti iuriscōsultus Vlpia. ff. de lega. iij. ligni appella-
 tio. dum inquit, lignis autē legatis quod cōburēdi causa paratū est contine-
 tur, siue ad balnei calefactionē, siue dictarū hypocaustorūue, siue ad calcē
 siue ad aliā rem coquendā solebat uti. Hic nota hypocausta & balnea di-
 stingui per iuriscōsul. nota pariter dictā hic optime accipi posse pro stuba
 uulgari uocabulo. Nam dicta est locus cœnationis, ut dixi, & calefit per li-
 gna, ut hic, ergo stuba dici potest. Horrea non tm receptacula frumentī,
 sed etiā aliarū rerū repositoria esse testes sunt eruditi, & in primis iuriscōsul 20
 ti, qui pluribus in locis, & peculiariter in titulo de contrahēda emptione.
 horrea frequēter usurpant pro repositorio mercū & rerū p̄ciosarū, & hor-
 rea uini legūtur. Hastiludior aris, uerbū est uulgo frequens, quod parū
 elegāter & usitate dici & usurpari credo, hasticos in ludos in Caligula Sue-
 tonius uocat eos qui hastis consiciūtur. Est autē decursoriū locus ubi fiunt
 illi ludi hastici, & decurrere, est illa torneamēta (ut cum uulgo loquar) exer-
 cere. Hospitale uulgo uocat quod elegāter & græce Nosocomion app-
 pellat, hoc est domiciliū languentīū, quo ægrotātes aluntur. Hiero. in epita-
 phio Pabiolæ dicit, primo omnīū νοσοκομίων nosocomion, id est languen-
 tium uillā instituit, in quo ægrotātes colligeret de plateis, & consumpta lā- 30
 guoribus, atq; inedia miserorū membra refoueret νόσ. μ. ο. nosimos em id
 est ægrotus, & Nosomaticos ualetudinarius dicitur, unde perperā legit in
 autentica de sanctis. epi. collatione. ix. ita. Sed nec xenodochiū, aut nosiacho-
 miū, aut ptochodochiū, aut alium quēlibet uenerabilis domus gubernato-
 rem &c. ita enim legendū est, xenodochiū per x siue ξενοδοχείον per x nos-
 focomiū, aut ptochodochiū. Et cū Accursus taceat, tu ita interpretare. No-
 focomiū quid sit diximus. Prochodochiū dicit uulgo hospitale medicorū
 πτοχος ptichus em mendicus dicit, & dochīū δοχείον domus uel rece-
 ptaculū. XENODOCHIū autē est locus publicus quo peregrini & hospites 40
 hospitaliter recipiuntur. Xenos em hospes dicitur, & dochion receptaculū
 & penul. longa est in illa & præcedente dictione. Hiero. ut supra, xenodo-
 chium in portu Romana sitū totus pariter mundus audiuit. Hic obiter no-
 ta XENIA esse munera hospitalia, non exenia. ut uulgo proferi. Inde etiam

xenoparachiui dicitur illi qui iussit decurionū & prouincialiuū domo lega-
 tos externos suscipiebāt, & hoc nomen inditū, q̄ peculiari pompa Romæ
 suscipiebant ipsi græci, de quibus mentionē facit Archadius iuriscōsul. ff.
 de muneribus & honoribus. Item orphanotrophiuū dicitur iulgo hospitale
 pupillorū, & eorum qui utroq; parēte orbatū sunt ὀρφανός em pupillus, &
 τροφή educatio est. Item brephotrophiuū dicitur uulgo hospitale paruulo-
 rum, quibus infantes expositici alunt, βρέφος Brephos enim latine infans
 dicitur, & τροφή trophē educatio. Sicut etiā Hierocomjon locus est in quo
 leprosi aluntur, hoc est domus leproforū, Hiera græce lepra dicitur latine,
 & κάμη uilla, de quibus & plura. C. de sacrosan. eccle. ubi perperā omnia les-
 guntur. itē. xxij. q. viij. cap. tributū. **Iacobus** propriū nomē mediā, p̄du-
 cit, non corripit, ut uulguſ enunciat, & ex propria natura syllabarū quatuor
 est. Claudianus. Ne laceres uersus dux **Iacobe** meos, uehemēter hoc
 in loco errauit **Gallus** **Alexāder** qui dicit. **Dalida** **Sampsonis** **Iacobiq;** **Ma-**
ria. **Iacobus** em mediā lōga est, & ego apud eruditiores non **Sampson**, sed
sanson uel **samsōn** lego. Itē **Dalila** non **Dalida**. Sic em nup in quodā uetu-
 stissimo exemplari sancti **Ambrosij** inueni. ad **Vigiliū** epi. lxx. Et ita etiā
 ponit diuus **Hiero.** in interpretatiōibus hebraicæ dictionū dicēs. **Dalila** in-
 terpretat paupcula uel sinula. **Iniuriōr** aris, quāq; uulgo usitatissimū sit uo-
 cabulū, apud idoneos tñ nunq; legi. **Iocūdus** & **iucūdus** differūt. Nam
 primū a ioco dicitur, hoc est homo iocosus, & corripit primam. **Iucundus**
 a iuuo dicitur, & est homo cuius consuetudine & moribus delectamur,
 & cuius præsētia nos iuuat, id est delectat, & contra naturam primitiuū
 prima, p̄ducit. Inde legēdū in sacris literis. **Iucūdus** homo nō iocundus.
Indulgere ut **Valla** dicit est cōcedere, & ut sic dicā obsequēter delicatēq;
 tribuere, & ut **Seruius** dicit, quoties uoluptati operā damus, indulgere di-
 cimus. Inde indulgētia est illa mollis educatio, & ut ita dicā obsequētia. ut
Macrobius. sed indulgētia tam fortunę, q̄ patris abutebat. **Literatores** autē
 uulgo indulgētiā accipiūt pro ueniā dicētes. **Indulgētiā** tibi deus tribus-
 at, uel deus tibi indulgeat, quod quis, negat dici non latine: ut dicit **Valla**.
Dicendū em erat, deus tibi ueniā donet, quare male errat **Græcista** dicens.
Fas tibi sit ueniā peccato non p̄eunte. **Quod** si p̄cedat solet indulgētia dici,
 non tñ oīno sine auctore indulgētia pro ueniā accipiūt. Ita em accipit **Iulius**
Capitolinus in **Antonino** pio, dicēs. His quos **Hadrianus** dānauerat in se-
 natu indulgētiā petiūt, & post. ad indulgētiā, p̄missus fuit. Est em ueniā re-
 missio culpæ, ut peccauī & ueniā peto. **Veniā** tamē p̄ indulgētiā ponit &
 nō ecōtrario. **Cice**, p̄ **Archī**. dabitis mihi hāc ueniā. **Hic** & hęc **INS**ignis &
 hoc insigne, qd sit notū est, habet in plurali numero insignia insignibus nō
 insignijs, ut imperiti utunt, dicētes ille insignijs magistralibus est decoratus
Sene. in decla. non aliud **Codrus** cæteris impatoribus dedit exemplū, quā
 quod positus insignibus impatoris ad mortē cucurrit. Et **Cæsar** lib. pri. de
Gallico bello **Considius** dicit id se gallicis armis, atq; insignibus cognouit
 se. Accipit autē insigne p̄ eo quod uulgo dicūt arma & scuta nobilitatis uel

ſtirpis, ſicut etiā **Virgilius** accipere uidetur in, vii. loquēs de **Auētino**. **Pulcher**
 ceter **Auentinus** clypeoq; inſigne paternū, græce dicit apophragiſma, qua
 diſtione **Plinius** in epiſtis utit. Dicit item apud latinōs, ius ſtirpis, ius gentili
 tatis, & inſignia gentilitia. **Inferna** a um. i. pertinens ad inferos & c. Sub
 ſtantiue em̄, ut dicit **Philel.** apud latinę linguę erudiſſimos nunq; inueni
 es, & ſic in ſymbolo apoſtolorū legendū eſt, deſcendit ad inferos, & nō de
 ſcendit ad inferna. At ut uerū fatear etiā cōtrariū reperi. **Claudianus**. **Mus**
 gitus ab alto redditus inferno, & **Fulgentius** dicit, qualiter & ad infernum
 deſcēderit. **Cice**. in **Arato**. **Cōuexo**q; ſinu ſubiēs inferna leonis, & **Corne**.
Ta. lib. xxi. loquēs de **Iudæis**, eadēq; cura & de infernis, & p̄uaſio celeſtiū. 10
Lactā, ſæpe & p̄ſertim in carmine paſchali. **Qua** deus infernū uicit & aſtra
 tenet, & **Apule**. de deo **Socratis**. **Mallē** tamē ego dicere apud inferos, quā
 apud infernū uel apud inferna, male em̄ ita dicit niſi intelligat ſubſtantiuū,
 ut inferna. ſ. loca uel ſimile. **Imagino** aris. quod nuper p̄cepit quidā non
 eſſe latinū nunq; memini me legiſſe apud **Cice**. & eius æquales. At apud
 iuniorē **Pliniū** in epi. ſepe & apud **Apuleiū** de aſino. peſtiſeros imaginariſ
 amplexus, & apud **Quintili**. in .xij. & tantū oratorē imaginat ac frugi, un
 de nemo iure rephēdere pōt. **Induſtrioſus** & ſerioſus ſcribit **Laurē**. **Val**.
la non dicit, ſed induſtrius & ſerius ab induſtria & ſerio. **Cice**. in. v. tuſcula.
Sūmā fuiſſe eius in uictū rēperantiā, in rebusq; gerēdis uirū & acrem & in 20
duſtriū, at ſi exemplar non eſt corruptū & mendoſum. **Vale**. **Maxi**. habet
 induſtrioſus lib. iij. ca. iij. loquēs de **Tarquiniō Priſco**. **Ceterū** tam p̄ſperū
 conditionis ſuę euentū induſtrioſum pro inuidioſo, glorioſum pro inui
 ſo reddidit. **Incidēter** & incidentaliter non ſunt uocabula digna oratori
 bus, & his qui ſcribunt epiſtolas, hoc tamen teſtabor me dixiſſe de oratori
 bus, & his qui ſunt emunctæ latinitat̄is, plura enim uocabula prope bars
 bara & penitus ſordida cōcedunt grāmaticis & dialeſticis, quoniā in inſi
 mo & uulgariffimo orationis genere uerſant, quę non oratoribus, & his
 qui uolunt & eſſe & haberi latini. **Et** uos ubi dicitis incidenter uel inciden
 taliter, latini dicunt obiter, ut in ſuo loco dicemus. **Illigare** & non inliga 30
 re, ut indoſti dicunt, teu. einbinden, apud doctos tamē lego religare ſapius.
 pro eodē, nec memini me legiſſe illigare, ap̄d iuriſcōſultos tamē libri dicit̄
 tur cōglutinati quos nos religatos dicimus, ut. ff. de lega. iij. l. librorū .ſ. ſed
 præſcripti libri. **Ioānes** ſine aſpiratione h eſt tetraſyllaba diſt̄io, prima i
 breuis ſecūda o longa contra omniū recentiorū morē, qui o corripit̄ per
 perā. **Male** ergo **Fortunatus** dixit, **P̄cipuū** meritis ephesōs ueneranda **Io**
 annē. **Male** **Sedulius**, & male ſi auctor eſt, ut uulgo credimus **Paulus** lon
 gobardus h̄iſtoricus in hymno. **Ut** quæat laxis & c. in adonico, ſanctē **Ioā**
 nes, hunc tamē hymnū noſter **Albertus** magnus diuo **Hiero**. aſcribit. **Ma**
 le & noſtri germani, ita em̄ dicit **Hermolaus** barbarus uir æuo noſtro do 40
 ctiffimus. **Eſt** & in **Ioāne** quē græci **Carithonymon** interpretant̄ litera o lō
 ga **ιωαννης**, quo noīe utunt̄ **Ioſephus**, & **Cornelius Ta**. & **L. Apuleius**, ip̄e
 tamē **Sidonius Apollinaris** breuē facit eā ſyllabā. **Qua** nunc **Helyas** nūc te

DE ABVSIONE

iubet ire Ioannes. Non sic iuuenecus poeta, nō sic alii poetæ Christiani de re
ceptis loquor. de qua dictione loquitur Pontanus, loānes quoq; & Ioacin
que ludæa sunt, aspirationē nō habēt ante a apud græcos, & alibi Iosephus
loānes, loacin, in quibus i uocalis est, nō consonās, apud græcos aspiratiōe
carent, qua tanto magis carebūt apud nos si primā literā consonantē fecerit
mus. Apud hebræos loānes dicitur aspirationē habere, mutata tamē paulū
literatura. Ioanan em apud illos uocat, & quia abundat aspirationibus he
bræi, etiā Iesus dicunt mutatis etiā literis aspirare, quod nō fit apud græcos
lus gentilitium uocat id quod uulgo dicunt ius patronatus. Et san cū tutela
10 res qui patroni uulgo dicunt. Inductiæ, arū pluralis numeri tantū, est secu
ritas præstita hoibus & rebus ad tēpus, bello nondū finito, reut. frid in eim
krieg, intellige ad tempus aliquod data, ubi Indo cū dicitur Treuga illiterato
uocabulo. Q, si hoc in canonibus sacris reperies, nō ob id mundū est uoca
bulū. Sunt em scripti canones maxime eo tēpore quando corrupta erat la
tina lingua per influxionē gotthorū, & tunc forsan loquendū erat secundū
uiuendū qualitates, qui omnes Romanæ linguæ barbariē miscebant, quæ
propter si quādo canones (ut ipsi dicunt) aberrauerint a proprietate cultorū
ris sermonis, imputabimus temporū iniuriæ, nō sanctis patribus, qui omī
sanctitate & uitę puritate claruerunt, simul & splendore scientiæ mirifico.
20 inter cæteros tamen liber decretorū magis placet. Induciari autē quo quidā
utitur pro eo quod est mōrari & differre, est in ore illorū qui latine linguę
bellū indixerūt. Intimare uerbū quo utitur Solinus, Apuleius, Foelix Cas
pella, Julius Capitolinus, Aelius Spartianus, Julius Firmicus, Diomedes
grāmaticus & quidā alii. nuncq; legi apud uetustiores, quod quā elegans sit
uiderint hi quorū in ore tam frequens est. Ego em nec damno uti quidā, q
tāū uiri sint illo usi, nec item uetustū existimo. Inimicor, aris, uerbū est grā
maticū, quod nuncq; apud elegantes legi, sed inimicare quod signi. inimicū
facere, ut apud Flor. Et miseris inimicat urbes. Inuehor uerbū deponen
tale & nō passiuū huius uerbi inueho, ut dicit Nicolaus Perottus Sipont
30 inus pōtifex qñ significat teste Nonio, increpare, uel maledictis aggredi. Er
rant igit uehementer qui inueho actiua uoce usurpāt pro increpare & ma
ledictis inuadere, inter quos est Philephus, qui bis in Satyris peccauit, pri
mo hecarosticha o. staua. Prodigus in tristē ostendit lætus auarū. Alter in est
sufos luxus uitæq; proteruā. Inuehit. Itē alibi, Inuehit in fratē quod uiderit
ore diserto. Est igitur ut sæpius dicā inuehor deponentale non actiuū qñ si
gnificat increpare. Vnde Cic. lib. de oratore. Cū igitur uehementius inuehe
retur in causam principū consul Philippus. Idem li. iij. ad Cēsare, itaq; in eā
Pansa uehementer inuectus. s. Hiero. in epistola ad Riparium presbyterū.
40 Tacita forsan me cogitatione rephendis, cur in absentē inuehar. Idem cōra
Ruffinū, lectis literis prudentiæ tuæ quibus in me inueheris. Caper grāma
ticus dicit inuehor & iocor in Macrū. Et Pedianus, inuectus sit in Ciceronē
& Diomedes inuehor in hominē æmulū & inuectus sum. Ita omnes latini
scripūtarunt, de uere latinis intelligo. Quintilia, in ij. li. sed in illud hominū

genus quod facilitate dicendi male utebatur inuectus est. Inueho autem actiuum est
 compositum ab in & ueho, & significat quasi intro ueho, unde Tertulianus con-
 tra gentes ca. xxx. Coelum denique debellet impator, coelum captiuum triumpho
 suo inuehat. Inde inuehor eius passiuum, i. uehor. Virg. lib. v. gnei. Centauro
 inuehitur magna. Peccauit igitur nup quidam non mediocriter in dialogo quo
 dam, uel ut ipse inscripsit comedia, ita scribens comici quoque poetae leueris-
 me in uicia inuehitur, debebat enim scripsisse inuehitur, ut ostendimus. Indus-
 sum, ut dicit Nonius, est uestimentum quod corpori intra plurimas uestes ad-
 haeret, quasi intussum uulgo camisia uocant, quam dictionem nusquam inueni apud
 idoneos scriptores. Et idem interula quod indussum. Inde dicitur indusatus, i.
 indusio indutus. Itineror, aris, est iter facere, quo uerbo utitur Apuleius, 10
 & quidam recentiores, latinius tamen & melius diceretur iter ingredi uel iter facere
 est enim penitus grammaticum uerbum. Sicut & uiare quo Ambrosius & alii ec-
 clesiastici utuntur, & uiantes apud Apuleium, Sidonium & alios recentiores
 pro uiatoribus usurpatur. Sed uaticari est uaticum parare, quod apud Plau-
 tum inuenitur a uatico descendens. Est autem uaticum quod itineris causa para-
 tum est, & a graecis ἐφόδιον ephodion dicitur, a uatico uaticulum dicitur.
 Vasa autem uiatoria sunt quae apud Plinium reperiuntur, quibus utuntur uiatores
 pro ferendo potu. Et oedæporicon graece dicitur, quod uulgo itinerarium uo-
 cant, sic scribitur ἐδοι τροπικόν. Idioma quod scribendum & quid signi. simi 20
 liter idiota uide in dictione uerna. Insolens nostri grammaticae accipiunt, p
 non modesto, teut. vnbescheiden, & insolentia pro immodestia, sed male, &
 nulla auctoritate suffulti, nisi forsan barbarica, insolens enim significat uel non
 solens uulgo ungev uon. Terentium in Andria, quid tu athenas tam insolens.
 Item insolens, i. imprudens superbus & audax, & quo uulgo utimur presum-
 ptuosus, teuto. stoltz, ubermietig, murv uillig dicitur, & ut Seneca dicit nisi
 nihil aliud est insolentia quam species magnitudinis falsa. Cice. de senectute. Nec
 certe uerendum ne uera praedicans de se nimis uideatur, aut insolens, aut lo-
 quax Iulius Frontinus lib. i. Fabius Maximus aduersus Hannibalem suc-
 cessibus praeriorum insolentem. Ambrosius in episto. ad Vigilium. Verum quod fa- 30
 cile usu uenit insolens rerum secundarum animus, de quibus rebus lege Noni-
 um Marc. Inchoare quid sit notum est, & a chao iungitur, ut Diomedes gram-
 maticus tradit. Venitque a chaos, i. initio rerum, si credimus Acroni grammatico
 quibus a choum, i. mundum uenire alii dicant, & sic scribatur Inchoare, inter
 quos est & Sueto. Tranquillus, ut Lunianus scripsit, cum igitur sit actiue si-
 gnificationis regit post se actum, ut Virg. vi. aene. Tum stygio regi nocturnas
 inchoat aras. Et in georgi. Te sine nil altum mens inchoat, non tamen semper. Clau-
 dianus. Infandis iterum terras accidere bellis. Inchoat, Luca Longis Caesar pro-
 ducere non tamen Inchoat alloquitis. Ideo minus bene Galeottum corripit Georgi-
 us Merula, licet in prosa oratione nunquam legerim. Index latine dicit ubi ma- 40
 periti dicunt registrum uel tabula, uel repertorium, uel directorium. Indica-
 re item praeter uulgatam significationem significat etiam aestimare & praeci-
 sum rei dicere, teut. bieten, & est uendentis, sicut liceri seiffen, emptoris. Plaus

DE ABRVSIONE

tus in **Au.** uenio ad macellū rogito pisces indicēt caras. **Cicero.** iij. officio.
 Cū postulasset, ut sibi fundus cuius emptor erat semel indicaret. **COM**
 mentariū item dicimus cū res nostras nudis uerbis rescribimus quod uul
 go registrū uocāt. **Infatuatæ** mulieres nō sunt proprie stultæ & fatuæ, sed
 quæ uel a **Fauno** uel malignis spiritibus agitantur. Et similiter infatuati uir
 ri quos uulgus nominat spiritu plenos uel obsessos, uel dæmoniacos, uel
 arreptiōs, teutoni. beßessen mit dem bösen geist, qui latine etiā laruati uel
 ceriti dicuntur, ut suo loco dicam. Infatuare tamē significat facere fatuū. **Se**
 ne. episto. lx. cum pro sua quenq̄ portione adulatio infatuat. **Dæmoniacos**
 10 illos & habentes dæmonem græci uocant δαίμωνοφορητοῦς. Imitari &
 sequi differunt. Imitari em̄ ad facta, dicta, moreq̄; aliorū refertur. Sequi uer
 ro ad personā & ad corpus, ut nō recte dicitur, tu præcedis & ego te imitor
 sed potius sequor. Imitari em̄ nūq̄; pro sequi ponitur. Sed tñ sequi pro imi
 tari, ut **Tullii** filius nō est secutus patrem. **Isidorus** per i latini sine aspira
 tione scribitur, & penultima lōga pronunciari debet. **Auctor** est uobis fat
 tis notus. **Iesus** scribitur cum i latino sine aspiratione apud græcos, & est
 trium syllabarum, prima i corripitur, secunda e producitur, & ultima etiā
 producitur us. **Sic** enim scribitur apud græcos ἰησοῦς. Et **Iesus** in hebræo,
 ut dicit **Hieronymus** in græco **Soter**, in latino saluator dicit̄. **Sic** **Christus**
 20 græce, **Messias** hebraice, unctus latine dicitur. Est aut̄ triū syllabarū, ut mul
 tis placet ob diuinam trinitatē repræsentandam, unde **luuencus** optime ser
 uauit quantatē dicens. **Inde** **Galilæam** repetit saluator **Iesus**, at sine illa ratio
 ne quā ego nihili facio. **Iesus** est trium syllabaræ quia cum sic scribatur a græ
 cis i litera per se syllabam facit, nūq̄; enim apud græcos i transit in consor
 nantem, ergo **Ioannes**, **Hieronymus**, **Iacobus**, **Ioseph**, & similia omnia faci
 unt i in principio per se sonare, & syllabā propriam facere, nisi apud **poet**
 tas in carmine tantū synæresis fiat. **Hic** errauit **Alexander Gal.** dicens. **Dat**
Iesus um quarto. quem tñ in prima parte sui operis sine cōmētariō meā
 30 tanq̄; apud **sirenios** scopulos cōsenescamus. **Secundā** aut̄ partē eiusdē peri
 tus in utilē censeo adolescentibus, pestiferūq̄; uirus, quippe q̄ nihil in se con
 tineat quod scire dignū sit, ut tota dicatur merito impedimentū studiorū.
Tertiā aut̄ pars imperfectissime tradit quantitates, hoc est cur nos germani
 facile peccemus in syllabarū quantitatibus, nimīū confisi **Alexandro**, cum
 in aliis multis, tum etiā in hac dictione **Iesus**, nam e & us producit nō corri
 pit. **Iosephus** penul. produ. debet proferri, ut **luuēcus** poeta. **Urget** mo
 nitus **Mariā** puerūq̄; **Iosephus**. Nam teste **prisciano**. Nomina barbara in si
 ne accentū detinētiā more latino declinata accentū ipsum retinēt, & penul.
 producūt syllabā, ut ab **Adā** adamus, ab **Abraham** abrahamus. **Idolum**
 40 cum i latino initio scribitur, & est media longa contra uulgi consuetudinē,
 scribitur enim per ω mega apud græcos, hoc est o longū, similiter & prima
 lōga, quia per ε diphthōgon scribitur. Quod intelligere potes ex hoc car
 mine græco **Sibyllæ**, ut allegat **Lactantius** meus lib. i. insitu, capi. xi. δ' αἰῶ

μολασ ἀΰχουσι νεκρῶν εἰδωλα καμόντων. Quare errat Alexander gallus
 dicens. *M*ola dicta dei. Et alibi. *I*dola dic longū. Et multi alii cum eo delirāt.
 Inde ab idolū & latria quæ est seruitus, uenit idololatria dictio hexasyllaba
 penul. longa, sic em scribitur, λατρεία per 4 diphthongon, nō idolatria sicut
 aut literatores dicūt. Inde etiā uenit idolothytus, & dicūt latine immolatus
 idolo, ut in *A*pocalypsis iij. ca. fornicari & manducare de idolothytis, & in
 pri. epist. ad *C*orin. nōne conscientia eius cū sit infirma ædificabitur ad cor-
 medendū idolothyta, εἰδωλοθυτον, id est idolis immolātū. *J*unior cōpa-
 ratiuus uenit, ut ait *C*ornutus a lune. *J*unis em inq̄tet iuue minor iuue ne di-
 citur, unde iunior ideo primā quoq; syllabā produ. Inde iunix iuniciis. Sūt
 autē iunices ætate uirides uaccæ. Sed iuuenis habet iuuenior. *C*alphurnius
 Sum quoq; iuuenior &c. Et *C*olumel. de apibus loquēs, illis quidā incom-
 modo quod iuueniori examini accipere sō. et. Et *P*lini. ad *A*rianū, quod sa-
 cerdotiū idē & consulatū multo etiā iuuenior q̄ ille. *I*uuenus iuuen-
 ca nō tantū bos dicitur, sed etiam homo iuuenis, teste *P*orphirione. grāma-
 tico. Inde iuuenculus & iuuenula. *H*orati. Te suis matres metuūt iuuecis.
 Te senes parci miseræq; nuper. *V*irgines nuptæ &c. quapropter cedat indo-
 ctissimus grāmaticaster, qui carmē hoc nostrū in funere cuiusdā muliercus
 læ repræhendere conatus est. Namq; iuuenca fui & multis mea forma plas-
 cebat, dicens iuuenca esse bouē, sed turpiter conuictus est. In partē bonā
 accipio hoc, uel in partē deteriorē latine dicitur, quāuis nuper quidā barbare-
 dici scriptū reliquerit. *C*ic. pro *R*oscio. quæso *E*ruci. ut hoc in bonā partē ac-
 cipias. Et alibi, uidete nunc quā uersa & mutata in peiorē partē sint oia. Idē
 pro *A*rchia, eā iudices a uobis spero esse in bonā partē accepta. Et *T*eren. in
*A*ndria, ipm animū egrotū plerūq; ad deteriorē partem applicant. *I*uri-
 sta latinū non est, sed iuriscōsultus, uel iurisperitus, uel leguleius, nec bene
 dicimus, ut tradit *G*eor. *V*alla iureconsultus uel iureperitus, sed iuriscōsul-
 tus, iurisperitus. Et hoc dictū *G*eor. *G*eor. *G*eor. ego approbo, si apud *C*icero. in ora-
 tione pro *M*urena iuriscōsultorū non iureconsultorū legat, ubi sic inquit
 Nam cum per multa præclare legibus essent constituta, ea iureconsultorū
 ingenijs pleræq; corrupta ac deprauata sunt, ubi ego iuriscōsultorū substi-
 tuerim, non em dicimus peritus uel consultus grāmatica uel rhetorica, sic
 nec consultus iure uel peritus iure, sed in iure, credo igitur deprauatā esse le-
 gionē. At ut obiter tangā rem a priscis iurisperitis inauditā, nescio rideam-
 ne an stomacher, cū *L* Lauren. *V*allē. in leguleios nostri tēporis qui quoties
 cūq; *P*auli, *V*lpiani aliorūq; testimoniū assumūt, legē noiant, ubi caput di-
 cere deberēt, cū lōge sit aliud legē esse, & habere uim legis, quodq; de formi-
 us est unā legē in plures leges partiunt, uerbi gratia ad legē *A*quiliā uel *C*or-
 nelīā, uel *I*uliā &c. quoties scēuola, quoties *P*aulus uel *P*apinianus, aliusue
 quis loquitur etiā si bina uerba & quidē a superioribus depēdentiā, toties
 nouā legē appellitāt. non ab aliquo legiflatore unā legem, sed ab infinitis
 interpretibus legū infinitas leges esse iudicātes, quod si uelint imitari oēm
 antiquitatem, & latinæ linguæ grauissimos auctores, ubi iuriscōsultorū

DE ABRVSIONE

- uerba allegātes legē appellant, caput dicendū inueniēt. **Aulus Gellius** no-
 ster lib. ij. ca. xv. Sic capite. vi. legis **Lulix** **Sueto**. dicit, capite legis **Papix**. **Pli-**
nus Cecilius Valeriano suo, recitauit capita legū. Et **Pedia**. proprie iuris
 capita dicuntur. **Iustinianus** non leges, sed uersus appellat. **C.** de iure enu-
 cleando. **Iuuo** as. are. & adiuuare non solū regit a dūm, ut præcipiūt grās
 matistæ, sed & quod rarū est datiuū. **Plautus** in **Cistellaria**, quando ita tibi
 iuuat. Et adiuuare apud **Gelliū** lib. ij. ca. xxix. regit datiuū cū accusatiuo, ita
 enim inquit. & roges ueniant, operāq; mutuā dent & mellem hanc nobis
 adiuuent. **Instantia**, ut dicit **Valla** in **Raudensem** non est probatū uoca-
 10 bulum, quo tamē utitur **Apu.** de asino, coætaneū & contubernale eadem
 numinis premebat instantia. & **Gelli.** lib. viij. ca. xij. Et **Martia** ff. de libellis
 dimissorijs. & eodē **Augu.** lib. iij. ca. vij. Instar iuxta sententiā **Vallæ** signi-
 ficat ad æquiparationē uel ad mensurā, aut ut dicit **Perottus**, & ante eū **Ser-**
 uius instar, id est ad similitudinē status, aut cōditionis. Et ut dicit **Beroal.** ins-
 star, id est ad imaginē. **Sueto.** locus in auito suburbano iuxta **Velitras** per
 modicus & cellæ penariæ instar. Et ut idē **Beroal.** dicit. **Lauren.** **Valla** mo-
 rose nemiū contendit reprehēdere **Seruiū** significatione instar, **prisci** igitur
 & eloquentes & recepti in eloquētia dicūt instar, nō ad instar. **Sunt** tñ quā
 recētiores qui sic ad instar dicūt, sicut **Apuleius** & **Solinus** sæpius. Item **Ius-**
 20 **tinus** & **Aurelius**, primus autē **Serenus**, ad instar scripsisse memorat. **Ab-**
 instar uenit uerbū instaurare quod significat nouare. unde **Macro.** li. saturo
 dali. i. Instaurare **Varro** ait esse instar nouare. restaurare autē barbarū est, ut
 dicit **Sulpitius Verulanus**, quia sicut restar non dicimus, ita nec restaurare.
Luxuria apud eruditos dicit **Beroaldus** fere nunq; signi. uenerēā libidi-
 nem, sed immodicā profusione & luxū exuberantē, uelut **Valla** dicit uer-
 borū uestiūq; & quæ sunt id genus delicatior, ac sumptuosior cura. unde
 & **Cice** i. offi. aperte distinguit luxuriā a libidine, dicēs, luxuria cum omni
 ætate sit turpis, senectuti foedissima est. Postea addit, sin autē etiā libidinū in
 30 temperatiā accesserit, duplex malū est. Et **Paulus Orosius** lib. i. ex abūdā-
 tia enim luxuria, ex luxuria foedē libidines adoleuere. Et **Lactan.** lib. vi. ca.
 vij. Alia uia ducit luxuriosos, alia eos qui frugi appellant, alia imperitos,
 alia doctos, alia inertes, alia strenuos. Et **Iustinus** in. ix. loquēs de **Alexandro**
 frugalitati pater, luxurię magis filius deditus. Sed quid opus est id auctori-
 tatibus cōfirmare idoneis: cum scriptorū plena sint oīa, ut idem dicit **Bero-**
 aldus, apud ecclesiasticos aliquādo reperies luxuriā iam accipi p libidine,
 sed qui signare & pure locuti sunt in ea significatione acceperūt quā tradidit
 mus. Et idem significat luxurio quod uel unius **Virgilij** testimonio manife-
 starium est. **Luxuriatq;** toris animosum pectus. Et alibi. **Luxuriā** segetū res-
 nera depascit in herba. **Lactariū** opus est uel lactaria dicūtur quæ a no-
 40 stris minus latine lactinicia nominant, ita enim dicit **Hermolaus** barbarus
 omnes qui lactinicia id genus modo appellāt, barbara et uulgarī uoce utū-
 tur, nec quod nomē id in quodā **Hieronymi** libello inuenias argumēto sit
 receptū, id a doctis alioqui non constat. **Hieronymi** sit nec ne illud opus.

Labrū & labiū nihil differūt, licet quidā inter quos **Græcista** est, anxiam & inutilē faciunt differentiā, inde labiosus, non labinosus. Item labiū & labia æ. fœmi ge. pro eodē. **K** litera apud latinos superflua iudicatur, teste **Hiero.** nihil em̄ cum ea scribimus apud latinos, ne græcas quidē dictiones nisi kalēdas. **Martia.** Capella addit, capita & calūnias p̄ scribi, hoc tñ hodie cessit abusu, adeo ut nihil faciat, nisi q̄ maneat in numero literarum, ut dicit **Quintilia.** Longobardia regio est **Galliæ** cisalpinæ, non lōbardia. Ergo male scribūt. **Historia** lomparica uel lombartica, sed longobartica.

meretrice media breui. **Pro** sancta muliere & **Cōstāntini** matre media pdu.
qd nullus unq̄ ueterū dixisset. **Origenes** penul. habet breuē non longā,
ut uulgus pnūciat. omnia em cōpositata cū γένος genos, quod apud nos 20
genus indicat ge syllabā corripit, de quibus rebus lege **Nestorē** uocabula
riū, quare errauit **Petrus Riga** cum dixit. **Scriptis** **Origenes** q̄ non tenebro.
sa fuerunt. **Opinio** quere in dictione reputare. **Omnimode** aduerbiū
nemo ueterū usurpauit. **Obiter** **Pliniana** dictio, ualet enim quantū uul
go incidentaliter, in quo **Valla** errauit, qui accepit obiter pro eo quod est
specialiter. **Obuius** eo tibi, uel ueniā tibi obuiā, latine & usitate dicit, sed
obuiare uerbū quod **Valla** ponit, usitatū uix uspiam apud latinos, ut dicit
Oliuerius reperitur, p̄sertim uetustos, utitur tamē præter alios **Hiero.** con
tra **Ruffi.** **Nūc** tamē tuis assertionibus obuiasse sufficiat. **Et** **Salu.** in **Iugurta**
dicit, **Obuiatū** est, at raro fit, non reprobabo autē facile aliquid q̄ **Salustius** 30
utitur **Osanna**, uel melius **osanna** saluifica interpretat, de quo **Hiero.** in
epi. ad **Damasum** sic scribit. **Et** **osanna** quod nos corrupte propter ignorā
tiam dicimus **osanna**, saluifica, siue saluū fac exprimitur, o si ergo saluifica
interpretat, **anna** in reiectio deprecantis est. **Si** ex duobus uelis uerbū cōposi
tū facere dices **osāna**, siue ut nos loquimur **osanna** media uocali litera **elisa**
Reuchlin **Phorcēsis** scdm̄ hebraicā orthographiā scribit **oschāna.** **Orga**
nū est instrumentū musicū qd̄ habet chordas, ita **Pōpei.** dicit. **Nā** ut in **orga**
no chordæ, sic in machina intēdunt funes. **Et** diuus **Hiero.** in prologo psal
morū dicit. **Psalm** græcū est, & latine organū dicit, quē hebrēi **nablath** uo
cant. **Et** idē in epist. ad **Dardanū.** **PSAL**teriū græcū, dicit latine laudatoriū 40
docens in clypei modū quadrati eē formatū chordarū decē, unde **Psalmos**
graphus. In psalterio decachordo psallā tibi, scias tū ut alibi dixi, **Organū**
esse generale instrumentū omniū uasorū musicalū, immo & aliarū rerū

DE ABBVSIONE

ut organum uisus, sicut alibi dixi, uerū psalmus & psalteriū non differunt.

Officiales ab eruditīs & latinis dicuntur ministri, apparitoresq; ipsorū magistratuū. unde **V**lpia. ff. de pœnis. l. si quis forte. **S**ed multa extant exēpla, quæ non tñ officialiū suorū, nec sub se agentū, uerū seruos suos pœna affecerint. **E**t **A**pulei. lib. i. meta. lubet officialē suū insuper pisces incendere, ac pedibus suis totos obterere, uulgo aut̄ nomināt officialē pro ipso magistratu, & eo qui in aliq; dignitate super ceteros est. **V**t alij apud **A**puleiū accipiunt officialē. Sicut & uulgo officiū pro magistratu ponūt, nō sine auctoritate. inquit em̄ **S**eneca, sexagesimus annus ab officio me dimittet, ponit et **T**reuellius **P**ollito, palatina officia, ac **L**apridiū dicit. In animo habuit, omnibus officijs genus uestiū propriū dare, possumus tamē ibi officia in uera significatiōe accipere, q; efficiat quod unūquemq; deceat pro conditione personarū, ab efficiendo em̄ dicitur, **A**uctoribus **A**mbrosio & **D**onato. Inde ab **A**pulei. dicūtur officia feralia, aliquādo inferalia q̄ mortuis fiunt. **O**fficiati pro illis qui sunt in officio & dignitate barbarū est.

Obedire est audiēdo obsequi, ab ob & audio. **A**ntiqui dicebāt obaudire. **Q** autē nostri uulgo accipiūt obaudire pro non audire, teuto. vberhorren, q; bene, ipsi uiderint, ego em̄ nuncq; legi in hac significatiōe apud uerteres. **P**rocerū a cera deducit, & significat prolixū, & in longū productū quasi ad similitudinē ceræ extensum, teuto. gerad, oder hoch, sicut homo procerus, ein gerad vnd lang mensch. **E**cōtrario humilis, teuto. kurtz vnd nider, & non solū de animalibus, sed & de arboribus, & id genus rebus dicuntur. **D**e arboribus. **S**ene. episto. c. i. Quod in magnis euenit montibus quorū proceritas minus apparet lōge intuetibus. **E**rgo procerā arbor ein hoher baum, sicut ecōtrario humilis arbor, niderer baum. **V**irg. in bucol. **H**umilescq; myricæ. **D**e hominibus **P**ompo. **M**ela de Iudea loquēs, alij humiles, paruicq; alij proceri & corpore ingētes. **V**bi obiter annotandū. **P**arui homines, teuto. klein menschē, sed ingentes gros, sicut hic, & pro eodem **V**asti. **S**ene. episto. lxi. ut uastissimorq; edacillimorūq; animalū auiditatem uinceremus. **P**incerna uocabulū est triuialiū & uulgi, sed pro eo possūmus dicere uel pocillator, ut **A**puleiū, Ioui suus pocillator ille rusticus puter &c., uel princeps uinariorū, ut habetur in **B**iblijs, post hæc uerba, peccauit princeps uinariorum regis **A**egypti, ibi dicit **H**ieronymus, ubi nos possumus more uulgi uocare pincernā, nec uile putetur officiū, cum apud reges barbaros usq; hodie maximæ dignitatis sit regi poculū porrexisse. **P**oetæ quoq; de **C**atamito & **I**oue scripserunt, q; amaliū suum huic officio manciparit, hæc ille. **V**INARIUS tamē proprie dicitur qui uendit uinū. **P**incerna uero qui administrat. **P**arascue sceues. interpretat̄ preparatio. **E**st autem parascue dies quem uulgo ueneris appellant, tractū de consuetudine iudæorū, quia ea die preparāt uictuū necessaria pro sabbato, quod superstitiose adeo colebant, ut ne uisq; quidē necessaria parare uellent, producit quoq; penul. ut dicit **P**ompi. **E**t descendit a παράσκευα parascuazo qd

est præparo. Vnde & præparatio interpretat, ut diximus, neq; ex paro. a. & sceua cõponitur, ut allucinari **Mugutio**, **Catholicon** & eorum socij.

Prostitulũ (ut dicit **Valla** in **Rauden.**) non est quod lupanar, sed ipsum scortũ, & meretrix, & apud **Hieroñ.** frequẽter inuenit, ait em̄. Prostitula regnum dei non possidebit. **Idem** lib. ij. cõtra **Ruffi.** Et quæ hodie uirgo, posita prostitulũ sit. **Idem** tamẽ **Hiero.** ut alibi dixi, etiã prostitulũ pro lupanari posuit. **At** ego de hoc nihil possum affirmare. Scio tamẽ apud **Noniũ** prostitutas accipi pro scortis. **Et** idẽ apud **Tertu.** qui dicit, inter matronas & prostitutas nullũ de habitu discrimẽ relictũ est. **LVP**anar autẽ significat domũ meretricis, a lupa quæ meretrix dicit, & sic lupa. i. meretrix nutrit **Romulũ** & **Remũ**, ut testis est **Liuius**, **Lactan.** **Augu.** & alij. **Promer** calia quidam existimãt proprie dici merces quæ prius minoris emũtur, ut postea pluris distrahãtur, quarũ rerũ negociatores **Propolæ'** nuncupãtur, media longa, teu. vff oder furkeisser. **Peluis** est uas aquariũ, in quo uaria perluũtur, pelluuiæ autẽ sunt quibus pedes lauant, ut **MAL**luuiæ quibus manus. **Passiones** pro morbis animi uel corporis a recentioribus dicuntur, præsertimq; ecclesiasticis scriptoribus, quæ græce dicunt $\pi\alpha\theta\eta$ pathe, unde & **Augu.** lib. ix. ca. iij. de ciui. dei. De his animi motibus. quas græci pathe, nostri autẽ quidã (ut **Cicero**) perturbatões, quidã affectiones, uel affectus, quidã uero (sicut **Apule.** de græco expressius) **passiones** uocant. **Et** ita etiã usurpat **Apule.** de philosophia **Platonis.** Nãq; iniuriã inordinatã passionẽ & egritudinẽ mentis esse ait. **Et** **Macro.** **passiones** animi sæpe utit. **Verum** alij ethnici scriptores illi emuncti & tersi hac dictione abstinent, perinde ac parũ proba latinãq; quod & diuus **Hiero.** confirmat super **Zacharia** propheta dicens. possumus quattuor cornua quæ regnauerũt cõtra populum dei, & quattuor $\pi\alpha\theta\eta$ accipere, quæ eruditũ nõ uerbũ de uerbo exprimentes $\kappa\alpha\kappa\omicron\varsigma\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ kakoselos **passiones**, sed perturbatões interpretãtur, non **Liuius**, non **Quintilia.** non **Pli.** non **Cellus**, non quispiã ex illa cohorte scriptorũ classicorũ, hoc uocabulũ usurpat, non columẽ eloquẽtiẽ **Cicero**, sed pro eo dicũt perturbatões uel affectus, ut in eadẽ dictione uicimus. **Indocti** etiã & barbari dicũt **passionor.** naris. & onatus. quod oino barbarum est. **Petrus** **petra** male per etymologiã latinã exponit **petra** quasi pede trita, ut est apud indoctos, quia græcũ nomẽ non patit latinã etymologiam, ut dicit **Serui.** **At** **petrus** & **petra** græca sunt noia, & $\pi\epsilon\tau\rho\alpha$ saxum ualet. **Item** **Cæphas** non est nomẽ græcũ, ut indocti credũt, sed hebræum uel potius syriacũ, dicẽte diuo **Hiero.** lib. i. sup **Gala.** non aliud significat **Petrus**, aliud **Cæphas**, sed q̄ nos græce **petrã**, hanc hebræi & syri, propter linguam inter se uicinã, **Cæphã** nuncupãt, nec **petrus** est nomẽ propriũ principis **Apostolorũ**, sed **Symon**, quod idẽ testatur **Hiero.** **Ex** dño multi sortiti sunt uocabula, ita & **Simoni** qui credebat i **petrã** **Christũ**, **Petri** largitus est nomẽ. **Potissimũ** dicendũ est a potis, nemo em̄ nisi **Prisci**, dixit potissime, qui tamen in hoc non satis recipit. **Puteus**, teuto. significat ein brun, ex quo aquã bibendã haurimus, non locus ubi confluit imunda aqua, ut

DE ABRVSIONE

indoctū ubiq; interpretant, quod ex idoneis auctoribus non obscure intelliges, **V**arro fontanalia a fonte, q; is dies feriē eius ab eo cum in fontes coronas iaciūt, & puteos coronat. **C**ice. lib. ij. de diuinatione. qui cū aquā uidiſſet ex puteo hauſtā, terræ motū dixit fututū. Et meus ille **L**actā. lib. iij. cap. xxvii. **D**emocritus quaſi in puteo quodā ſic alto, ut fundus ſit nullus ueritatem iacere demerſam. Et **C**aſſiodo. in **P**ſal. puteus dicitur hiatus patēs in terrę ſinibus excauatus, aquas cōtinēs humanis uſibus attributas. Inde putearius, quo uocabulo **P**linius uicitur, eſt qui puteos fodit, teu. brünengraber.

Paſſum dicitur id generoſiſſimū uinū quod uulgo, & non latine neoterici dicitur maluaticū uel malmaticū. **V**ocabularius rerū indoctiſſime dicitur malfeſia, uel malfeſetū. **A**udiui hoc uinū ab hoīe docto, & in penſitādīs ſcripſis in primis callido dicitur uinū cretæū, eo q; ex **C**reta allatū eēt. **P**aufa eſt requies alicuius rei. **A**ccius in epigono. Et nobis datur pauſa loquendi **L**u. ci. lib. i. **H**æc ubi dicta dedit pauſam facit ore loquēdi. **I**nde noſtri formant uerbū pauſare, quod neſcio an eleganter dicat nec ne, ego em nondū legiſti, apud aliquem ethnici, ſed eccleſiaſticos quoſdā. **P**rælatuſ, prior, præpoſituſ, dæmonū, ut habet, xxvi. q. v. uocat mulieres incantrices, quas teuto vnholden uel hetzen uocamus, a **P**ythonio **A**polline, q; is auctor fuerit diuinationi. **S**ed ego magis proba & uſitata dictione phœbades dicerē. i. fatiloq; non incantrices. **P**ythoniſſas em apud priſcos nunq; legi, quod ſi probū eſt uocabulū. **P**ythoniſſas dicemus ſine h in prima, nā & in ſacris literis legimus ſpiritū pythonis πύθωνια πύθωνιο **A**polliniſ. ſ. qui auctor diuinationi fuit. **V**ero autem & priſco uocabulo dicitur ſage, eo q; ſatis agant, ut dicit **A**cron grāmaticuſ in carmi. **M**oratiij. **Q**uę ſaga quis te ſoluere theſſaliſ maguſ uenenis. **A**pule. **S**agæ mulieres ora mortuorū paſſim demorſicant.

Præfectuſ urbiſ uel pagi, latine dicitur, qui a barbaris **S**cultetuſ dicitur uel aduocatuſ. **P**omeriū, **T**ituſ **L**iuuſ inquit eēt locū ad muros intra & extra, in quo ædificare non licet, quaſi poſt mœnia, teu. zvingelhoff, non ut indocti dicunt apffelgart. **S**ed pomariū dicitur locus cōſituſ pomis. **H**ora. **E**t uda mollibuſ pomaria riuis **S**erui. tamē in arte dicit pometa dicuntur loca ubi pōmā naſcunt. **P**omaria autē ubi ſeruātur, ut penaria. In quibuſ dictionibuſ errauit **G**ræciſta, ut ſuo loco dicā. **P**ugio eſt breue telū lateri adhærens, a pungendo. **V**el ut alij uolunt a pugno dictuſ, meo iudicio, apud barbaroſ & uulgareſ uocatur ruſſile. **P**ræco a præcinendo, qui ad res emēdas homineſ cogebat, & auctiōnē indicebat & auditiā, teu. vucin vſyrieffler, oder anderer ding. **S**ic & præco uerbi diuini dicitur qui uulgo prædicatur dicitur. **P**ublicani ſunt, ut dicit **V**lpia. ff. de publica. & ueſtig. q. publico fruuntur. **N**am ideo nomen habēt, ſiue fiſco ueſtigal pendant, uel etiā tributū conſequātur, & omneſ qui quid a fiſco cōducūt, recte appellātur publicani. hæc ille. teuto. zoller, oder die etvvas von einer gemein beſton, uulgo, & non latine ſatis **D**aciarij uocant, **A**ecurſiuſ quem etiā indocti præbecula auctorem ſequitur, meras nugæ, dicens in eo titulo quo ſuſ

pra. **P**ublicani quasi publice peccātes, ut in **Euan.** sed nō est uerū, sunt enim & honesti & probi uiri in hoc genere. **Cice.** em̄ in oratiōe p̄ **Pōpeio.** **Mā** & publicani (in q̄) hoīes & honestissimi & honoratissimi, suas rōnes & copias in illā prouinciā cōtulerūt, quorū ipsorum per se res & fortunæ curæ uobis esse debent, atq̄ uerū est sc̄dm̄ tropologiā theologorū, teste **Hieron.** publicani uocant̄ qui seculi sectant̄ lucra, & exigūt uectigal p̄ negociationes, & fraudes ac furta, scelerataq̄ periuria. **Ve**ctigal etiā uulgo & non satis latine **Dacias** uocant̄, nec item quibus hodie legulei utunt̄, latine dicitur **Gabella**, extimū **Pedagiū**, nec credo reperiri apud iuriscōsultos illos latinos et excultos. **P**roficio fructū, & quasi profectū facio. **C**auē autē barbare loq̄ **io** cum paganis sacerdotibus, proficiat uobis, quod uitiū etiā semidocti grā manifeste aduertere deberēt, cū hic sit uerbū personale sine supposito, quod in tertiā persona non intelligitur, sed expresse debeat. poni suppositū, dicite autē si uultis, proficite, uel proficiatis, doctiores autē dicūt bona salus, bona uita, uel pax uobis, ponite hic ante oculos, quomodo quidā ignarus sacerdos, derisus sit a docto scholastico his carminibus.

Vallanus sacerdos.

Proficiat domino super alta schola artificio.

SCHOLASTICUS.

Tu loqueris nec romanū pagane sacerdos.

Græca sapis minime, nescio quid loqueris.

SA CERDOS. Cum nummis locus facit me cunctis bene doctus.

SCHOLASTICUS. Grammaticamq̄ rotas, laceras, & mille figuris.

Rhetoricus color est, proficiat domino.

SA CERDOS. Propter bonum rythmū debes confundere totum.

SCHOLASTICUS. Sis ergo ignarus cum nummis omne per æuum,

Ipsē bonas artes prefero diuitijs.

Pensio dicitur a pendendo q̄ datur pro usu alicuius rei, ut agri aut domus &c. teu. zeins. **V**lpia. ff. de migrādo. l. i. hoc interdictū, pponit̄ inquilino, qui soluta pensione uult migrare, & post. **S**i pensio nōdū debeat &c. **30** unde pendo. is. zins geben. **E**rgo barbare loquuntur qui dicunt, dedisti census domus, deberēt enim dicere pensionē. unde **Cice.** episto. lib. vi. ad **Lesptam** **Dolobellæ** procuratoribus exigā primā pensionē. **P**ensionarius autem quo nōnulli utunt̄ barbarū est, ut in **Rauden.** testatur **Valla.** **C**ensus igitur non est pensio, nisi apud indoctos, sed aut quicquid fortunarū quis habet census est, ut census meus, teuto. mein gut vnd mein vermogen. **P**li. iunior in epi. **Q**uæ uel in primis census hoīm spectādos arbitrat̄. **E**t **Quintili.** in decla. **A**biere cēsus mei &c. aut id qd̄ principi p̄ capita soluit̄. **L**uca. in. ii. **T**unc cōditus imo. **E**ruit̄ templo multis non tactus ab annis. **R**omani census populi. **P**eripateticus qd̄ significet, & unde ueniat quere in dictione **A**ristoteles. **P**atrius & paternus quō differant. quære in dictione **uerna.** **P**ortētus, nō portētus dicimus, uide in dictione **monstruosus.** **40**

DE ABRVSIONE

Pumilio uel **pumilius**. Item **pygmeus** in dictione **Nanus** uide. **Pellio**, **onis**. latinus dicitur & **usitatus** quod **pellifex**, uide in dictione **uictor** de **u**. **Et pelliparius**, **teu**, **ledergerber**, non est uocabulum in ore doctoꝝ, sed **barbarorum**, sed **coriarius** latinum uocabulum est in hoc significato. **Hiero.** contra **Ruffinum**. Quasi si **fullo** & **coriarius** moneat pigmentarium, ut **naribus** obturatis **tabernas** suas pretereat. **Phiala** per i latinum non significat uitreum uas tamen, **teu**, **angster**, ut **plebeia** grammatistarum turba ubique proclamat. Sed ut **Iulius Pulux** auctor est, uasa queque uini, aut aque **phialae** dici possunt. unde **Martia**. Quia labor in **phiala** docti **myos anne myronis**, et **luuena**. **Saty. v.** **phialas** aurea uasa uocat dicens. **Virro** tenet **phialas** tibi non committitur aurum, hoc est aurea uasa. Sic etiam **Pomponius iuriscōsultus**. ff. de auro & argē. Cedant igitur gemae **phialis** uel **lancibus** inclusae auro, **argentoue**. **Præcise** indoctum uulgus accipit pro totaliter, ut ita loquar, uel omnimoda similitudine, ut tu **præcise** scribis ut ego, **teu**, **gleich**. Sed **præcise** significat **imperfecte** & **incomplete**, & **resecatum**, a **præcindendo**, quod optime **Cice**. ostendit. n. de natu. deo. di. Sed id **præcise** dicitur, ut si quis dicat **Atheniensium** **rempu. cōsilio** regi, de sit illud **areopagi**, sic cum dicimus **prouidētia** mundum administrari, deesse arbitror deorum. **Paropsis** **παροψις** legendum est in euangelio **passionis** **Christi**, non **parapsis**, **idis**. & significat **opsionorum** **repositorium**. **Martia**. Cum portat gaudens ancilla **paropside** **rubra** **Halecē**. **Patria** quid sit notum est, cuiusque **natale** solium. **Patriare** autem & **repatriare** sunt uocabula rustica, & non digna doctis uiris. **Similiter** **patriota** & **cōpatriota** **barbara** uocabula sunt, sed **uernaculus** uel **gentilis**, uide in dictione **uerna**, & in dictione **gentilis**. **Paracletus** dicendum est per e longam in penultima syllaba, non **paraclytus** in penultima breui, sicut proferunt indocti. Et signi. **paracletus** hortator uel consolator. Itaque **pollicetur** **Iesus** discipulis suis **missurum** se **paracletum** spiritum, hoc est **adhortatorem** siue **deprecatorē**, hoc est **aduocatū**, ut uulgus interpretatur, siue etiam **consolatorē**. Idem quod confirmat **Hiero.** in prologo **comētariorum** in **iohelē** dicens. **παράκλησις**, id est **cōsolatio**. **Paraclytus** uero significat **infamem** & **malū**, quod in christum est **impiū** dicere. Nam **παρά** **para**, in hac **cōpositione** preter uel **diminutionē** & **κλυτός**, id est **fama**, sed **paracletus** descendit a uerbo **παρακαλέω**, quod & **rogo** significat & **honor** apud **priscos** apud **iuniores** uero **græcos** etiam **pro** **cōsolator** reperitur, ab hoc autem uerbo **παρακλήτωρ** **paracletor** descendit & **paracletus**, & qui in foro ac **iudiciis** a nostris **deprecatores** uocant, hi apud **græcos** nominant **παρακλητορες**, de quibus rebus plenius legas in **epi. Philel.** Et apud **Ioannē** **Craftonū**. **Paraganus** in dictione **gentilis** uide. **Pruiatim** aduerbialiter dicendum est, uel **pruiato**, non **pruiate** quod non reperit. **Processiones** **sacerdotum** &c. non bene, uide in dictione **supplico**. **Pituita** latine dicitur quod **phlegma** **græce** uel est **morbis** ex **catarrho** **pueniens**, de qua **Valla** sic dicit. Ego **puto** **pituitam** latine idem esse quod **Catarrhus** **græce**, hoc est quod **emlibet** **humorem** **redundantē**, quod ex ore, **naribusque** **fluit**, uel etiam si non **flueret**, etiam non **redunderet**, quod intelligit **Cice**. lib. pri. **Tuscu**. cum inquit. Nam **sanguinē**, **bilem**,

pituitam, ossa, nervos, uenas, omnē deniq; membrorū, & tōtius corporis figurā. Pomū generale nomen est omnīū fructuū, qui ex arboribus esui apud proueniūt. Item & malū nomē generale est si credimus **Macrobi.** in. iij. **Satur.** qui sic inquit. Sunt de agricultura scriptores qui nuces & mala sic diuidunt, ut nuces dicant omne pomū quod foris duro tegat, & intus habet quod esui est. Malū uero quod foris habeat qd esui est, & durū intus inclusat. Paruificare quo interdū sacri canones utunt, uerbū est fordidiū. **Pre**rogatiua dicitur laīne, quæ a barbaris præeinentia dicitur. **Prægnans** laīne dicitur, impregnans, impregnata barbāre & nō laīne, ut **Hiero.** sup. **Esai** am dicit. De babiloniis qui paruulis nō pepercerint, & suis eos iaculis uulnerarint, nec prægnantibus sint miserti. **Ulpia**, ff. de his qui no. infa. notatur quæ per calumniā uentris nomīne in possessionē missa est dū se asseuerat prægnantē. **Et Paulus** eodē. cū non prægnans esset, uel ex aliō cōcepisset, & **sæpe**. ff. de libe. agno. At in re manifesta nō opus est plura allegare. **Parçetia** cū ex diphthongo in secunda syllaba cōponitur ex para præpositiōe, quod iuxta significat, & **οἶκος** quod est domus, & dicitur incolatus & peregrinatio ut dicitur **Hiero.** ubi scī. domus cōtiguę sunt. At parochus & parochia etiā bene dicuntur, ut alibi notaui. **Propinare** est prægustato uīno leuiter poculū alteri offerre. **Sed** iam utunt, ut propinare sit cibū, potūq; extra ordinariū uoluptatis gratia cum amicis sumere, quod uulgo cōpotare & cōbibere dicimus. **Indocū** autē hoc uocant zechare gothico uocabulo, male ergo nostri dicunt ubi propinatur bonū uīnū, i. uenditur. Item propinā uocant condonationē uel aliquod munus, cum **PRO**pinā sit locus publicus iuxta thermas & balnea publica, ubi post lauacriū a fame & siti reficimur, quis **V**a la dixerit propina non dicit, sed popina & popinare. **Poeta** nō a poio. is. ire, uel boo. are, deriuatur, ut **indocū** dicunt, sed a uerbo græco ποιέω, quod est facio deducit, unde poeta laīne ualet factor. **Poetria** uero penul. breui nō est ip̄m poema uel poesis, sed mulier poeseos perita & edocta, unde **Terentianus** dicitur hæc eadem præclara poetria **Sappho**, licet **Acron** ij. sermo. **Horatii** dixerit hanc potriæ insaniā leuiore noīe appello, more uulgi locutus. **Præcordialis** & præcordialissimus, & cordialis ego nō legi, nisi apud barbaros. **Præbenda** ne. ge. in plurali legi apud idoneos scriptores nō præbendas scēmi. ge. ut nostri dicunt. **Liui.** lib. iij. scđi belli punicī. prodeundū igit in cōtionē **Fuluius** p̄tori esse. iudicādāsq; populo publicas necessitates, exhortandosq; qui redempturis auxiliissent patrimonia, ut reip. ex qua creuissent tēpus accomodarent, conducerentq; ex lege præbenda quæ ad exercitiū **Hispaniæ** opus essent ff. de testibus l. inuiri. præbenda non præbendā legendū cenſeo. **Aul. Gel.** li. xv. loquēs de **Ventidio** **Basso**, post eū adoleuisset uitā sibi ægere quæsisse, eūmq; sordide inuenisse cōparandis mulis & uehiculis magistratibus qui prouinciās sortiti forēt præbenda publice cōduxisse. **Erant** em̄ copiarīi quibus erat præceptū, ut præbenda, hoc est sal & ligna legatis publice missis præberent, hic poteris uidere q̄ sint præbenda, & qd proprie significet. **Predicare**, est ut ita dicā, p̄clamare & publice

10

10

10

40

dicere, uel exollere, teu. vsschrien vnd vberheben mit vuorten. Et ut dicitur
Donatus in Eunuchis, predicamus ut res sunt, laudamus, id est extollimus.
 Vel predicamus uoce, laudamus argumētis, unde **Cice. de Ora. lib. ij. Sem.**
 per is sui qui de te oratore sic predicarem. **Plancius ad Cice.** Te predicatorē
 meorū meritorū esse uolui. **Cic. pro Aulo Licinio Archia.** Ipsi illi philoso
 phi in his libellis quos de cōtemnenda gloria scripserunt, in eo ipso in quo
 prædicationē, nobilitatēq; despiciunt p̄dicari de se ac noīari uolunt. Et **Plu
 ni. Cecilius Pomeio Saturnino**, hi uero qui benefacta sua uerbis adornant
 non ideo prædicare, quia fecerint, sed ut predicarēt fecisse creduntur. Et **La
 10 cian. prophetæ unū deū prædicant, unū loquūtur.** Et inde uenit prædicatio
 quæ est proclamatio. Prædicare etiā (licet raro dicatur) in malū efferre & di
 uulgare, ut **Auso. ad Gratianū Cæsarem**, superiora contingā, diues. **Seneca.**
 nec tamē consul arguetur rectius q̄ prædicabitur nō eruditisse indolem
Neronis, sed amasse seuitiā, nostri uulgo minus proprie accipiūt prædicar
 re, ut significet facere sermonē ad populū **Christianū**, quæ concio uocatur
 ut in ea dictione uidimus, cum dicat **Philelp. in epi.** quā uos uulgo appella
 tis prædicationē est homilia & collocutio quædā rerum, præceptorūq; di
 uinorum ad populū. Sermo igitur ille significatur homilia græca dictione,
 ut suo loco uidimus, non prædicatio. Prædicatio em̄ & laus utrunq; unū si
 20 gnificat, ut dicit **Hierony. in epi.** Item cōcionatores uocantur, hi qui apud
 nostros prædicatores dicuntur, ut in dictione concio uidebimus, dicit em̄
Sipontinus pontifex homo impenſe, ut mea fert opinio, doctus, concionā
 tes quos uulgo prædicatores dicerent. **Parisi** pluralis numeri tantū, uel
 parrhisi, ut apud non pœnitendos nuper quosdā neotericos reperi scribis
 tur, significat & ciuitatē & ciues, oppidanolq; sicut **Delphi** pro oppido &
 oppidanis ponitur, similiter **Leōtini, Rubi, Gabii, Turi, Arpi, Argi, Puteo
 li, Philippi, Hirpini** & multa alia, male igitur quidā dicunt ex **Parisiis**, sed
 ex parrhisiis, ut **Iulius Cæsar in Leuteciā Parrhisiorum** scripsit, de quibus
 rebus uide cōmentarium nostrū in **Caro. episto.** Persona, ut **Caius Bals
 30 sus** scriptū reliquit teste **Gellio**, a personando dicitur uulgo schem, quā uul
 gares laruā uocant. Nam caput (inquit ille) & os cooperimento personę te
 ctū undiq; unaq; tantū uocis emittendæ uia peruiūt, quoniā nō uaga neq;
 diffusa est in unū tantūmodo exitū, collectā coactā uocem & magis claros
 canorosq; sonitus facit. Et sic histriones in scæna personas accipiūt, cum aut
 seruū agūt, aut ancillā, aut matronā, aut lenonē, aut parasitū, & mille huius
 modi. **Sueto. de Nerone**, Cantauit tragœdias personatus heroū, deorūq;
 & a **Seneca episto. lx.** dicitur personata felicitas. i. umbrata, & quę similitu
 dinē habeat felicitatis. Et p̄sona i hoīe significat qualitātē, qua alius ab alio
 differt, uel in aīo, uel in corpore, uel in extra positus. **Plini. iunior.** Plurimū
 40 interest quid esse tribunatū putes personā tibi imponas. Caue aut ut perso
 nā p̄p hoīe accipias, barbari em̄ sic loquūtur. Tres personæ fuerunt in do
 mo nostra, uel quot personas habuissū in prandio, cum deberēt dicere tres
 hoīes, uel quot hoīes, ut testis est **Valla.** Ita nec personaliter dices, nam ubi

hodie dicitur personaliter citare docti dicunt uadari. Pythagoreus penult
 tima producit contra uulgi consuetudinem Persius, Meonides quintus pa
 uone ex pythagoreo. Differunt autē pythagorei, pythagoristae, pythagoris
 ci. Pythagorici em sunt pythagorae discipuli. Pythagorei pythagoreoru dis
 scipuli. Pythagoristae uero dicuntur illi qui uitam pythagorae sequuntur,
 haec differentia apud graecos seruat, ut dicit Georgi. Merula. Peiorare
 & meliorare uerba sunt quibus nemo latinus uitur, de receptis loquor.
 Perorationē quidam cumulū, alii conclusionem uocant, in qua rerū repe
 titio summatim fit, quae graece dicitur anacephaleosis. latine dici potest, ut Au
 gustinus interpretatur recapitulatio, at recapitulare quo uitur Hierony. in
 translatione epistolae Pauli ad Ephesios, & recapitulatio quo Augusti. ut
 tur, sunt uerba triuui, & de quotidianae sermocinatiois fece assumpta. Pe
 dica nō signifi. digitū pedis, teu. zhee ut indocti dicunt, sed uincula pedū, sicut
 manicāe uincula manūū. Virgi. Et gruibus pedicas & retia ponere cer
 uis. Praestio sum, uel secundū poetas p̄sto adsum, nec alteri uerbo adiūgis
 tur, & qd significet docet te Vallēsis, qui etiā inter caetera dicit p̄sto sum in
 ultima significatiōe accipi solet. p̄ eo qd nūc dicimus cōpareo, ut ad hanc
 horā p̄sto sis. i. cōpareas. At Laurēū q̄ nūc dicimus cōpareas, nō est oīno
 sine auctore. Iulius Frontinus li. i. Inde qui nō ex causa culpae uidebant ac
 cersiti cōparuerūt, & Lactan. li. v. ca. iij. Cū Domitianus eū punire uellet re
 pente in iudicio nō cōparuit. Et Sene. in prol. decla. Sed saepe qd querēd nō
 cōparuit, aliud agēti p̄sto fuit. Plau. in amphy. & memor sum & diligēs, ut
 q̄ imperes cōpareant. Idē in Aulu. qui mō nūc q̄ cōparebas, nūc cum cōpar
 res peris. Promotiōes nostrī dicūt qd elegantiores uocant cōmendatiōes
 nec tū primū sine auctore. Plī. in epi. ad Cornutiū, postea promotus ad am
 plissimas pcuratiōes nulla occasione corruptus. Sene. epi. ci. ex tenui prin
 cipio se ipse pmouerat. Claudi. Exp̄brare soles ne q̄s promoueris alte. Ves
 getius li. ij. de re milita. ut ex prima cohorte ad gradū quempiā promotus.
 Et Apu. q̄ nihil etiā tūc in suos amores caeteris artibus promoueret, hic tū
 promouere aliud significat quā apud nostros. Pando facit in supino pas
 sum nō pansum, ut testatur Serui. in aenei. & Gel. lib. xiiij. ca. xv. Et ut idem
 Gel. tradit expassum nō expansum, & manibus passis nō p̄sis. Itē uelis pas
 sis, nō pansis quod significat diducis atq; distentis, haec ille. Plau. in milite
 glorioso, dispansis manibus patibulū cū habebis, pro dispassis dixit. Inde in
 Tertulliano. Oppansum uelū perperā legit, pro oppasso, & expansos ungu
 le sodiat, pro expassos, qd si archetypus haberetur nō dubito quin expassos
 & oppassum legeret. At indocti oia cōtaminant sua barbarie. Prouisor,
 oris. pro eo qui p̄uideat magistrū in scholis, uel aliū quempiā in alio, nūc q̄
 potui inuenire apud idoneos latinos sed talis latine & eleganter dicit uel ui
 carius uel adiutor, quo uitū Quintili. li. ij. dicēs, sed magis per adiutores dos
 cent oratores, q̄ nō uidentē tēpora suffectura &c. quos graeci hypodidasca
 los uocāt, ὑποδιδασκαλοσ. Praefinus medi breui color est quē uulgo
 uiridē uocāt, nec tū sine auctore, uiridi em colore uitur Gel. lib. ij. ca. xxvi.

Item **Oui**. Et niger a uiridi turtur amatur aue. Iuena. Saty. ij. Pereunt euf
tus uiridis quo colligo panni. Et **Pli**. in episto. & alij. Punire & multare
dicimus latine. Penare & penalizare barbare & gothice, sed differunt mul
ta & multa sine e, ut & docti scribunt & poena, ut tradit **Vlpia**. ff. de uerb.
signi. **POENA** nomen generale est & omnium delictorum coertio. **MVL**ta spe
cialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est, at multare etiam dici
mus quo ad uitam. **Lactan**. lib. ij. c. iij. qui eam sententiam exceperat, morte mul
ctatus est. & **Florus** lib. i. suspectum regie dominationis presentem morte multa
uit. & **Solinus**, & uelut fateat reatum, poenitentiam suam morte multauit. Et **Cice**
ro lib. i. tuscu. dicit morte multatum. **Plau**. in **Amphy**. dicit, nunquid causam
dicis, quin te hoc multem matrimonio, & alij etiam, de multa plura leges
apud **Gel**. lib. iij. in prolo. & **Varrone** de lingua latina ad **Cice**. **Profapia**.
Quintilia. in viij. lib. uerbum ait esse nimis obliteratum, quo tamen utitur **Sues**
to. **Apu**. & **Iustinus**. quod ego memini, & ipse idem **Quintilia**. & dicit pro
genies, & ut dicit **Marcellus** longitudo generis, dicta a profupando, aut po
terpendo. Quia cum latina dictio sit, ut ex deriuatione cognoscitur, penultia
ma breuis est contra uulgi pronunciationem, quia uocalis ante uocalis in his
res, ego solum apud capitolinum legi. **Peri hermenias** $\omega\epsilon\pi\iota\ \epsilon\pi\eta\mu\epsilon\tau\iota\alpha$ liber est
10 **Aristotelis** in dialectica de interpretatione componitur a peri quod est de
& hermenias genitiuo, id est interpretatione, greci enim carent ablatiuo, dicitur
dum est liber peri hermenias penultia. longa etiam graeco accentu, quoniam per u
diphthongon in penul. scribitur, non peri ermeniarum, ut indocti faciunt. licet
decadum non decadarum Possibile impossibile quodam respuunt tanquam non latine
na, quibus ego non plane assentior (audiui autem a quodam docto **Quintilia**
nunc primum usurpasse haec ipsa) **Oratores** tamen rarissime ea habuisse in usu ad
mitto. Nam oratores dicunt potest fieri, pro possibili, non potest fieri, pro
impossibile, eadem tamen uocabula praeter alios idoneos rerum ecclesiasticarum
scriptores eloquentissimos & a nobis **Christianus Cice**. appellatus ille me
30 **us Lactan**. in usu habet, dicit enim lib. i. ca. viij. dubitet ergo aliquis an quicquam
difficile, aut impossibile sit deo qui tanta excogitauit. **Iustinus** lib. ij. ut **Her**
culi rex quasi impossibile imperauerit. **Macro**. lib. v. satur. quia cum haec tria
ex aequo impossibilia putentur. & **Vege**. de re militi. saepe utitur. At ut uerum
fatear apud eloquentissimos nunquam legi. **Prætorium** significat tabernaculum du
cis, quod alio nomine, ut docet **Quinti**. li. viij. de perspicuitate dicitur augusta
le, ueteres enim omnem magistratum cui pareret exercitus praetorem appellauerunt
ut scribit **Asco**. unde porta praetoria in castris nominatur. Et nauis praetoria
& praefectus praetorio. **Iusti**. lib. ij. Et sexcenti uiri castra quingentorum millium
irrupunt, statimque regis praetorium petunt. Item praetorium dicitur edificium magni
40 ficum in rusticis praedijs, & urbanae uillae, ut docet **Palladius** iurifcon. de ser
ui praedi. ait licere altius tollere & officere praetorio uicini. Principalior
principalis principalissimus non sunt teresa, & satis latina uocabula, si crea
dimus **Georgio Merulae** in **Galeottum** ita dicenti. Nam apud quem princi

paliorem & principalis legis, nisi forsitan Germaniæ & Pannoniæ gentis
 familiarē uocē Romanā putasti, ex quibus dubitari forsitan posset an prin-
 cipalis latine dicat, & satis terse, sed latine dicitur. **Pli.** in. xij. principalia ergo
 in illa thus & myrrha. **Quintilia.** in. xi. Est igitur tropos sermo a naturali et
 principali significatione translatus. **Lactan.** potest esse deus principalis qui
 alijs ortū suū debet. & **Gel.** in. ij. Et in. xij. **Vlpiā.** ff. de iniur. & famo. l. i. Et alijs
 iurisperiti. & **Tertulia.** At hætenus apud **Cice.** nondū inueni. **Princeps**
 item est generis cōmunis. **Principissa** autē latinū non est, sed barbarū & got-
 thicū, in fœminino præter ceteros posuit **Corne.** **Taci.** lib. xij. præmiū ho-
 nestæ operæ assequi q̄: corrūpere cubicula principū fœminarū. **Nonne** & 10
Augu. in sua grāmatica dicit esse generis cōmunis. Et **Hieroñ.** lib. iij. **Regū.**
 ut alibi dixi a principe principi or. aris. uerbū formatur. i. dominor & prin-
 cipē ago, qd uix elegans uerbū existimo, sicut nec principior. aris. quod in
 coho & incipio significat. **Physis** primā syllaba cum y græco dicitur la-
 tine natura, & omnia eius cōposita cum y græco scribi debent, ut physica,
 physiologia, & physicus (teste **Cice.** de natu. deor.) i. naturalis. Et physiol-
 gia (eodem teste). i. naturæ ratio. **Physonomia** autē ad uerbū dicitur naturæ
 regula, & teste **Gellio** id nomen signi. mores naturæq; hominū coniectiōe
 quadā de oris & uultus ingenio, deq; totius corporis habitu sciscitari. **Nos**
 ta autē q; **physis** primā corripit. **Vnde Alexander** nequā, uel ut alijs dicunt 10
Marti. coquus. **Corripit** natura **physim** cursuq; rotatu, sup hoc dicit **Paul-**
lus Pompilius. **Martialis** coquus productā breuiat hoc uersu p̄dicto in dis-
 tione **physis.** & ut idem dicit, sed hunc tu lega coquis. **At bone Pōpili** etiā
physis apud alios corripit, unde **Sibylla**, ut allegat eam **Lactā.** meus lib. iij.
 ea. xij. αὐτὸς ἐμὲ φύσιν πάντων γενεῶν βίό τοιο. Et græcū **distichon** nes-
 seio cuius, sed tamē egregiū & catholicū, εἰὼν πάντα φέρει πολυχῶς χρὸ
 σοῖ δὲν ἀμείβειν ὄνομα καὶ μορφήν καὶ φύσιν ἰδέε τὴν γιν quod sic interpreta-
 tur. **Aeuū** omnia rapit & furtiuū tēpus mutat noia & faciē, & naturā, &
 fortunā. & **Prudētius** cōtra **Symachū.** **Ne** uos o miseri **physicorū** dogmata
 fallat. Et **Phocylides** in suo nuthetico μὴ παρὰ βίον ἕνασ φύσιν εἰς κῆρπον 10
 ἕθεσμον. **Inuenio** etiā corripit in aureis carminibus **Pythagoræ.** & apud **Gre-**
go riū naziazenū in græcis carminibus. **Quattuor** per duplex t scriben-
 dum est, ut uolūt, & triū syllabarū est. **Virg.** x. aeni. **Quattuor** hic iuuenes
 tot idē quos educat **Vphens,** nostri autē male dicūt quattuor duabus syl-
 labis. **Aldus** uult simplici t in prosa & regulariter scribēdū q; quater p̄bet.
Quæstores a quærēda pecunia publica, maleficijsq; indagandis quæsto-
 res dicti. **Horū** autē triplex est genus, & qui publico arario & sumptibus
 publicis p̄erant, reuto. seckelmeister oder silberkämmerer, & hos uulgi & in-
 docti camerarios, camer lengos, bursatores, uel imbursatores dicunt. **Sunt**
 & quæstores qui maleficijs, claudisq; iudicijjs p̄esunt, qui & quæstores par- 40
 ricidij dicebātur. uide **Pompō.** ff. de ori iuris. & quia ut diximus de capite
 cuius **Romani** iniussu populi **Romani** non erat permillum lege cōsulibus
 ius dicere, p̄pterea quæstores cōstituebant a populo, qui capitalibus rebus
 o iij.

præsent, hi appellatur quæstores parricidij, hodie autē dicunt uulgo ma-
 leficioſū iudices, teu. blurichter, & dicti sunt quæstores teste Varrone de lin-
 gua latina lib. pri. a quæredo, qui congrerent publicas pecunias & maleſi-
 cia, ergo dicēdi sunt merito quæſtores, qui iam a uulgo & ſiſcales episcopo-
 rum & Cæſaris dicuntur, cum ſiſcalis ſit res pertinens ad ſiſcū. unde Paulus
 iuris cōſul. ff. de publi. & ueſti. & c. dicit mercatores qui de fundis ſiſcalibus
 mercari cōſueuerūt. i. pertinētibus ad ſiſcū. Item & Suetio. Tranq. de Domi-
 tiano. ſiſcales calūnias magna calūniātū poena repreſſit, ſerebaturq; uox
 Princeps qui debatores non caſtigat irritat. unde ſiſcus eſt pecunia publica
 unde & dicit Aſconius Pedianus ſuper ſecundū Verrinarū, ſiſci ſiſcinæ ſiſ-
 ſcæ ſparte ſunt uenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas. ſiſcus
 tamē proprie ad principē pertinet. AERariū uero ad rempu. Tertij autem
 quæſtores cōſulibus in bello addebanť ad curā prædæ, & ſpoliorū in pub-
 licū referendorū, ſicut urbani damnatorū bona in publicū referebāt, tertij
 in bello ꝑcipui habebanť, & uice aliqñ fungentes imperatoria in exercitu,
 uulgares apud Italos uocant tales ſeneſchalcos, quos apud nos credo ma-
 ſchalcos dictione ſane barbara. Quindena uocabulum eſt idiorarū, ut
 Valla dicit, ſic nec decena uel quadrātana dicimus latine. **QVOMO**
DO reſpondendū ſit per aduerbia interrogātibus. Cum interrogo, legiſ-
 ſti ne, reſpōdes optime, legi uel etiā. unde Plini. iunior in epi. ad Corne. Ta.
 Sruedes inquā, reſpōdit, etiā. **Vbi** eſt, Mediolani & c. plures autē cum inter-
 rogātur ſcripſiſti, reſpōdent imo pueriliter, imo enim quod per duplex nō
 ſcribendū eſt, & per latinū i aduerbiū eſt eligendi non affirmādi, ut uolunt
 ſed ut uideť, Immo etiā eſt affirmādi. Cice. ad Herēniū lib. iij. in exoratiōe
 quę ſermocinatō dicitur, ita dicēs. Tum mulier. immo quidē iſte rogat &
 ſupplicat. & lib. i. Tuſcu. M. ergo dicis eſſe eos. A. immo, quia nō ſunt & c.
 nec etiā reſpondeas ſic, more barbarorū. Sic em̄ potius ſimilitudinis eſt ad-
 uerbiū q̄ reſpondendi. Similiter ſcdm artē non bene reſpondetur ita, cum
 etiā ſit ſimilitudinis, tamē cū reſponderis ita, non facies ſine auctoritate. **Nā**
Simo apud Terentiū dicentū Dauo mihi ne, reſpōdit ita. **Itē** nec bñ reſpō-
 debis utiq; ſi credimus Laurēti. **Val.** qui dicit utiq; non ita ſolet ad reſpon-
 ſionem adhiberi. Quidā & aliquis Laurētio teſte, ſic differunt, q; quidā
 certū hominē ſignificat, ut quidā uult mihi cōmodato dare Albertum ma-
 gnūm in phyſicis, ibi ſcio ac nominare poſſum quis ille eſt. Aliq; uero &
 quiſpiā incertū hominē designāt, ut aliquis pulſat fores, cū nō poſſum no-
 minare quis ſit, ubi aduertendū eſt, q; noſtri male reſpōdet cum ab eis pul-
 ſantibus aliquādo ſanuā quæſitū fuerit, quis eſt ille, reſpōdet, aliquis, quidā
 em̄ deberet reſpōdere. Hoc cōprobat illud Plauti. **Aedes** aliquid, nolo her-
 cle aliqd, certū q̄ aliquid maleuolo. **Illud** etiā ſciamus improprie dici quo
 quidā utuntur, eſt quid mirū, eſt quid pulchrū, dicendū em̄ eſt quiddā mi-
 rurū, quiddā pulchrū. Nam quid pro aliquid accipitur, non pro quiddam
Ruſticus dicitur ruris cultor, aliquādo tamē eſt propriū nomē, ut epiſto-
 la ſancti Auguſtini ad Ruſticū. Et Catullus ad Ruſticū, pro ut eſt propriū

nomē, ubi quidā differētiē causa scribunt Rusticus per y grēcū ignorantiaē suae testes. Cum nulla nisi græca dictio per y grēcū scribenda sit, qualis Rusticus non est, ubi quidā alij mltō indolēiores dicūt. Rusticus pro ut est nomen propriū media longa, ad differētiā appellatiui nominis rusticus. Cur non faciunt etiā inter scēlix, Clemens, beatus magnus, & cetera multa differētiā: cum illa sint qñq; propria, qñq; appellatiua, q; autem Rusticus propriū media breui, ut debet enuncietur, auctoritas Catulli suffragat dicētis, **A**ten rustice semilauta crura, quilibet ibi carminis mediocriter expertus intelligit in hoc phalæcio rustice facere dactylū. Recens id est nouus. Inde recens uinū. i. nouū, barbari autē dicūt recens socius, id est fortis & audax. **E**t recentiores scriptores, quos dicunt imperitiū nouiores. Cuius contrariū est uetus & uetustū, ut uetus uinū, non antiquū uel senex. **S**ene. epist. lxxiij. quō in uino nimis ueteri ipsa nos amaritudo delectat. **M**iero. in epist. ad Augustu. Bibat uinū uetus cum suauitate & nostra musta contēnat. **R**eligio iuxta Gellii a relinquendo dicit, sicut cerimonix a carento, hinc ueniūt religiosi dies, & sunt hi qui tristi omine infames impeditiq; sunt, in quibus & res diuinas facere, & rem quampiā nouā exordiri temperandū est, hi & dies atri dicuntur, & a neotericoteris his qui canonistæ dicuntur, appellantur ægyptiaci, a prouincia huius rei obseruatrice, quos (ut tradit idem Gell. in lib. ca. ix.) multitudo imperitorum prauē & perperā nefastos appellat. hæc ille. Quo in errore (si error est) uersat Suetio in uita Tyberij. Diē quoq; natalis eius Agrippinæ. Inurus inter nefastos referendū suauit. **E**t Plin. de uiris illustri. dicens. Dies q̄ id factū est inter nefastos relatus. **E**t L. Florus lib. i. de bello Gallico (quē ego magno labore, nec sine laude p̄fessus sum in studio Tubingensi, Anno domini. M. cccc. xcvij.) qui sic inquit. Itaq; hunc diē nefastis Roma mādauit, quod si fere apud omnes codices quos ego potui inuenire habere fastis, ego corrigēdū duxi substituēs nefastis qd̄ multo plus tolerādū est q̄ fastis, quod nullo modo quadrat sententiæ, nisi capiamus. p̄ annalibus fastos, in quibus totius anni fit descriptio, quod tamē etiam uix quadrare pōt in hoc loco Flori. **R**eputare est cōsiderare & secū cogitare siue recogitare. **P**li. iunior Fabio Valenti. ceppi reputare quos in hoc iudicio, quos in illo socios habuerim. **I**dē Minuciano Fundano. Ita hæc quo die feceris necessaria si quotidie fecisse te reputes, inania uidentur. **Q**uinti. quoties facta reputaui, flagella mētis sonāt, ultrices uideo furias. **E**t Boeti. cum hæc mecū tacitus ipse reputarē. **A**pul. cū id mecū sæpe reputarē. Aliqñ reputare accipitur p̄ cōputare. **V**lpia. iurisconsul. **S**umptus litis tutor reputabit, & utatice se ex officio necesse habuit aliquo ire uel proficisci. **B**arbari autē accipiūt reputare pro existimare uel opinari, ut ille reputatur doctus, id est existimat. **E**t ubi latine deberēt dicere homo magnæ existimatiōis uel opinionis, teu. either do man vil uff helt vnd vuol geacht uirt, dicunt **b**arbare & non latine homo magnæ reputationis. **E**xistimatio igit & opinio, qñq; accipiunt a stiuē, ut existimatio mea, uel opinio mea. i. ita estimo, & ita habeo opinionē, qñq; passiuē, ut homo magnæ existimatiōis, uel opini

onis, id est fame & nominis quod habet de eo, sic e contrario, uir male op
 nionis uel extimationis, id est fame male quæ de eo habet. Cic. in Salustiu
 Satius est enim me me in rebus gestis florere, quam maiorum opinione nitri. Hiero
 ny. contra Pela. ut bonam opinionem ab his qui fortis sunt habeat. Et Quinti
 in. xi. insti. lib. hac Gne. Lentulum plus opinionis consecutum quam eloquentiam tra
 dit. Et Gracchus in quadam oratione dicit, ut allegat eum Au. Gelli, lib. x. ca. x.
 Verum peto a uobis non pecuniam, sed bonam existimationem, atque honorem. Est
 autem existimatio, ut tradit Calistratus Iuriscōsul. ff. de uia. cogni. dignitatis il
 lese status legibus, ac moribus comprobatus. Respondeo latinum est, Cor
 10 spondeo non, testis Valla & alij. Res si componitur cum uerbo initio uocata
 lem habente, uel aspiratum principium, d littera frequenter interponitur, ut redama
 re, non reamare, redhibere, non rehabere, redassumere, non reassumere, re
 didificare non reedificare, redintegrare non reintegrare, ut in Terentio les
 gendum est. Amantium iram amoris redintegratio est, redambulo. non reambu
 lo, redoleo, non reoleo, redigo, non reago, redarguo, non rearguo, redimo
 non reemo, & plura alia. Rubrica est terra rubra quæ alio nomine Synopsis
 dicitur, primum inuenta auctore Plinio in Ponto. Et habet penul. longam cons
 tra uulgi consuetudinem & quorundam Ieguliciorum. Persius. Excepto quod
 si mansuri rubrica notauit. Alij tamen melius legunt Persium sic, Excepto quod
 20 mansuri rubrica notauit. Ita enim apud Græcos scribitur. & presertim Athenæ
^{καυορύπιος} mansurius, ut alibi dixi in arte carminum Idem. Non secus ac oculo
 rubricam dirigat uno. Hora. in sermo. Prælia rubrica picta aut carbone ue
 lut si. Resignare nostri dicunt, uulgo vbergeben. oder vffgeben, quod ego
 nunquam legi, tamen Festus dicit resignare antiqui dicebant rescribere, ut adhuc
 subsignare dicimus, pro subscribere, & signare pro scribere dicebant antiq.
 Resignare item est quod signatum erat aperire, est enim contrarium suo simplici.
 Nam SIGNARE est signum annulo imprimere. Item resignare est reddere, quod fit
 cum in libris datorum & acceptorum, pecuniam quam acceptam signauimus, reddi
 tam demonstramus. Regrator. aris. non est latinum, sed gratias agere, uis
 30 de de g. Ripa non significat teuto. ein bach, sed est extremitas terre quam
 aluit fluiuius. Littus autem dicitur quam terram aluit mare, lacuum autem stagnorumque
 & magnarum paludum magis littus quam ripa dicitur, quia propius ad imaginem
 maris accedunt, ut sint tamen riparum aquarum currentium. Littus tamen aliquando etiam
 fluminum est. maxime apud poetas. Virgi. in. vii. qui saltus tyberine tuos, sa
 crumque numici Littus arat. Et alibi. Viridique in litore conspiciunt sus. Reus
 teste Vallensi, male pro nocens accipitur, sed reus est omnis qui iuste uel in
 fuste in parua uel magna re accusatur, iuxta id quod dicit Cice. ii. de orato.
 Reos autem appello non eos modo qui arguuntur, sed omnes quorum de re di
 40 sceptatur, et reatus quod Messala primus dixit apud Latinos & idoneos non
 significat peccatum, sed accusationem illam qua reus arguitur. unde Apu. quem solus
 in meo reatu testem innocentem citare possum. Recolo non signi. recordor
 & memini, ut literatores usurpant, sed repeto, repuro, in mente tracto. Qui
 di. Hæc tua iam recolo, quondam germana canebat. Cice. Sensimus hic nu

per falso nuncio, uero prope diē sentiemus, quæ si tecū ipse recolis, equiore animo, & maiore consolatione morieris. **Ribaldus** & **leccator**, itē **truffas** tor non sunt latina uocabula, sed barbara & gothica. **Resolutus** doctor dicitur minus latine, qui dilucidus, planusq; sit. **Simulacrū** scribitur latino l & in fine c nō aspirato, ut ego opinor, & est penul. semp. **Sōga**, quia a **simus** latū uenit, quod a producit, ut testis est **Lactian.** lib. ij. ca. xix. ut **Cice.** in pro-
 gnosticis. Et diuū simulacra peremit, fulminis ardor. **Item** lauacrū cum a la-
 tiatū ueniat etiā a in penul. producit. **Serenus** Samonicus. **At** hinc in calido
 percurres membra lauacro. **Item** etiā inuolucrū media longa est, sicut **præ-**
 cedentia, uenit em̄ ab inuolutū, tu. **STA**, locuturo mihi de noibus in sta-
 terminatis, nō possum uitare dū meā sententiā protulero, quin multos indo-
 ctos sim læsurus, dū ab eorū opinione sim alienissimus. **Nomina** em̄ in sta-
 nisi sint a græcis, apud quos in stes terminant, latina nō sunt, nec unq; aliqs
 latinorū aliquo taliū ulus est, dicimus em̄ bene **Sophista**, quia græci **sophis-**
 stes. **Et** quo **Gellius** utitur **Rhetorista**, **lanista**, quia græcus **lanistes**. **Cythari-**
 sta & **lyrista**, quia græci in stes finiunt, quibus etiā uisitatius dicamus **cythares-**
 dus **lyricus**. **Plinius**, **audisses** comœdū, uel **lectiorē**, uel **lyristen**. **Hē** bene dicit
 mus, ut est apud ecclesiasticos **Baptista**, euāgelista & quo diuus **Hiero.** utit
Solcecista, sed alia (q̄ nō ueniunt a græcis) noia in sta latina nō sunt, sed bar-
 bara & gothica, sunt autē hæc & similia. **Legista**, **iurista**, **latinista**, **nobilista**,
artista, **thomista**, **scotista**, **occanista**, **albertista**, **alphabetista**, **teutonista**, **alterista**
luthista & similia. **A** **Donato** **donatianus**, nō **donatista**, unde **Augu.** **cons-**
 tra **Cresconii** **grammaticū** lib. iij. ca. ix. q̄ aut tibi non placet deriuatio no-
 minis, ut a **Donato** **donatistæ** appellent, & censet latine regula locutionis
 potius declinandū, nō aspernor tuā admonitionē. **Verū** quære apud græs
 maticos iudices, apud quos cū maximianensibus de arte cōsigas. **Pedago-**
 gus nō **pædagogista**. **Canonista** magis tolerandū est, quia canon græcū, &
 sic græci **canonistes**. quibus apud eruditiores nō ius canonicū, sed pontificiū
 dica tur, pro **legista** em̄ dices **legisperitus**, uel **legū studiosus**, uel **leguleius** nō
iurista, nō **artista**, sed **artū professus**, uel **artū peritus**, uel si est solū **scholasti-**
 cus, **artū studiosus**, uel de **scholasticis** dicas, **legibus operatus**, uel **iuri**, uel
artibus operatus. **Sic** em̄ dicit **Quintil.** in. x. **Julius Florus** cū **Secundū** (iure
 nē sic dictum) **scholæ** ad huc operatū **tristem** uidisset, dicit **scholæ operatū**,
 quod nos dicimus **uisitare scholas**, nō **uocabulista**, sed **uocabularius**, q̄ scri-
 bit uocabula, itē nō **albertistæ** uel **Thomistæ**, sed **Alberti**, uel **Thomę** **sequa-**
 ces, uel **æmulatores**. sic de similibus. **Solēnis** per simplex l & duplex n di-
 citur, id in anno semel fit, sicut **solēne festū sancti Iōanis**. **Nam** ut **Festus** scri-
 bit, **solēnia** dicunt, quę in omnibus annis p̄stari solent, uel dicia eo q̄ soleant
 fieri quoq; anno. **Cice.** pro **Murena**. **Q̄** illa **solēnis** **comiciorū** **precatio** cō-
 sularibus auspiciis cōsecrata &c. **Cauete** igit̄ in posterū ne dicatis **solēnis**
 doctor, **solēnis** uir, qui tm̄ ualerent, doctor uel uir qui in anno semel fit. **No-**
 tateq; ueram orthographiā. **In** plurali aut̄ **solēnia**. ium. ibus. non **solēniis**,
 ergo displicet mihi ille hymnus. **Sacris** **solēniis**, deberet em̄ dici **solēnibus**,

DE ABRVSIONE

quia solēnis reperitur nusq̄, sic etiā insignia insignibus dicimus, non insignia. orum. insigniis, ut alibi notauī. **S**ororius. a. um. est nomē adiectiuū a sorore, unde **Q**uid, iij. meta. lib. dicit sororia oscula, id est casta & pudica qualia decent sorores, dicunt autē aliqui sororius est qui alicuius sororē duxit, quod ego haecenus apud idoneos nondū inueni, talem Iustinus generum etiā uocat lib. xviij. qua incensus **P**igmalion, oblitus humani iuris, auunculū, eundemq; generū suum sine respectu pietatis occidit, **S**ycheum scilicet, hunc ego generū sororium dicerem differentiae gratia, q̄ si aliquando unus, aut alter ex doctis aliter ac ego praecipio, loquitur, responde cum

10 **L** Laurentio, neq; si quando aliter penes auctores reperitur, mihi obesse debet, nō legem scribo, quasi nunquā aliter factū sit, sed quod frequentissime actitatū est praesertim a **C**icerone & aequalibus. **S**ors quandoq; teste **F**esto, significat testimoniuū, itē significat dei responsum, unde sortilegi dicitur qui sortes & responsa deorū colligunt & tractant, uel qui sub noie fidei religionis per quosdā, quas sanctorū, seu apostolorum uocant sortes, diuinae tionis scientiā profitentur, aut quarūcunq; scripturarū inspectione futura promittūt, ut habetur xxvi. q. ij. & apud **I**sidorū viij. lib. etymologiarū. Itē fors dicitur quod cuiq; accidit in fortiendo, teu. zvas einē ieglichen zu seinem tail zvirt in tailig, unde fors dicitur etiā illa prima pecunia & summa quae confertur ad societate, ut inde lucrū fiat, quod ineruditi uulgo capitale

20 nomināt, uel societatis corpus, nos autē, teuto. dicimus hauptgut, ut reliqua omnia aequo animo perderē, si fors mihi salua esset, unde consortes dicuntur eiusdem sortis. **S**acellū, ut **C.** Trebatius iurifconsul. scribit, est locus paruus deo sacratus cum ara, hoc est paruū templum, teuto. ein capel. Indo cū autē & barbari dicunt capella, cum capella nihil aliud sit quā parua capra. **S**oli. in colle. cap. i. Inter antiquissimas sane religiones sacellum colitur **A**ngerōnæ. **E**t **L**ancian. **E**oq; in loco multorū deorum sacella essent. **D**icitur autē sacellū nō a sacra & cella, ut **T**rebatius existimauit, sed est diminutiū a sacro, & simplex uerbū, ut affirmat **G**elli. lib. vi. ca. xij. **S**ed redeo ad

30 barbaros, dicunt capellā ideo uocari paruū templum, eo q̄ olim caprinis pellibus tegerentur haec templa, eo q̄ contra fulmina ualere. **O** stolidā & cōmenticiā rationē, quis em̄ legit caprarū pelles esse ad fulmina abigenda idoneas: q̄ & si esset uerū, nulla tamen res q̄ ego sciā, ab eius tegmine & operimento nomē sortita est. **C**onstat autē pelles uituli marini (quos graeci phocas appellant) aduersus fulmina remedio esse, ut **P**li. est testis li. ij. na. li. **Q**uapropter diuus **A**ugu. eos semper & ubiq; ferre secū solebat, quoniā tonitrua & fulgura maxime expauescebat. **I**tem sacellanus em̄ caplon, nō capellanus, ut opici dicitur. **S**acrariū est proprie locus in tēplo, in quo sacra reponūtur, ut dicit **S**eruius, quod barbare nostri uocāt sacrificiā cum latinū

40 nō sit, unde & **V**lpia. iurifcon. ff. de rerū diuisione & qualitate dicit. **I**llud notandū est, aliud esse sacru locū, aliud sacrariū. **L**ocus sacer est locus consecratus. **S**acrariū est locus in quo sacra reponūt. **S**ic etiā **D**ONariū teste **S**eruiō in xij. est locus ubi oblata reponunt. **S**icut **L**ECtisternia loca ubi hoies in

templo sedere consueuerūt, uulgo sedes chori nūc dicūtur, q̄uis nostra le-
 cūsternia antiq̄uis nō quadrēt, possunt tamē nūc ita nuncupari. **Sacristia**
 latinū nō est, ut supra dixi. **Solœcismus** in secūda syllaba per ce diphthō-
 gon, est nomē quattuor nō quinq; syllabarū. **Iuue.** in vi. **Saty.** Verba solœc-
 ismū liceat fecisse marito. **Et Martia.** Sæpe solœcismū mēcula nostra facit.
Est autē solœcismus, ut **Alinius Capito** definit, impar & cōueniēs cōpositus
 ra partiū orationis, de solœcismo lege plura in **Aul. Gel.** li. v. ca. xx. **Serius**
 us nō seriosus latine dicimus, teut. ernsthaft, ut **Valla** testis est in **Antoniū**
Raudēsem, dicimus igit̄ res seria nō seriosa. **Frōtinus** in strategematis, diuus
Augustus Vespasianus **Iudæos** Saturni die, quo nephas eis est quicq; serię
 rei agere, adortus superauit, unde & **Lactan.** li. ij. di. insitu. ca. iij. Verū hi q
 faciunt seriā ferem facere opinantur. **Et Plini.** iuni. ad **Mesium Maxi.** Quid
 hunc putamus domi facere, qui in tanta re tam serio tempore tam scurrili-
 ter laudat. **Serio** etiā aduerbiū non seriose dicimus. **Lactan.** lib. pri. Cum ui-
 deat homines ea serio facere. **Sartor**, teuto. ein schneider, non sartor, ut
 dicit **Perottus.** **Sarcio** em̄ idem est quod in integrū facio, unde **sartores** dī-
 ctū, qui uestes faciunt, hoc est suum, & **sarte**, id est integre. Nam **sartor** sine c
 a **sarriendo** dēducitur. **Sarrire** enim ueteres purgare dicebant. unde **SAR-**
culum instrumentū rusticū quo terra purgatur, teuto. sərb. **Et sarmenta** uir-
 gulæ uitium superuacuae abscissæ. **Plau.** **Sartor**, sartorq; scelerū, & messor
 optime. **Hæc Nicolaus Perottus.** Non tamē sic sentit **Marcellus** qui dicit,
sartores dicti nō solū a **sarciendo**, uerū etiā a **serendo**, utrobicq; enim **sar-**
tor sine c scribitur, & **sarcinator** idem quod **sartor**, uel melius & elegantius
 est uocabulū. **Lucillius**, **sarcinatorē** esse summū suere centonē optime. unde
 & **Caius** iurisconsul. ff. nauaræ caubo. stabu. l. naua dicit. **Ham** & **fullo**
 & **sarcinator** non pro custodia, sed pro opera mercedē accipiunt. et **Paulus**
 ff. de furtis. **fullo** uel **sarcinator** qui poliēda uel **sarcienda** uestimenta accep-
 perit &c. **Sutor** autē est artifex calciorū. **Sensualitas** uocabulū nō elegā-
 tium scriptorū, sed philosophorū. **Schola** uel **scholæ** pluralis nu. per ch
 aspiratū scribi debet, & dicitur teste **Pompeio** ex græco σχολάζω, id est ua-
 co as are. a uacatione q̄ cæteris rebus omissis uacare liberalibus studijs pu-
 eri debent. **Faciunt** quidā differentiā inter **scholā** & **scholas**, uanā & ridiculā
 legent em̄ apud **Vale.** **Maxi.** **Ausonius** poetā. **Quintilia.** & **Lactā.** **scholā**, &
 apud **Pōpeiū**, & alios **scholas**, p eodē accipi, ut puta **literarū ludo.** **Hinc** etiā
schola triuialis dicit̄, quā barbari uocant particularē, hoc est nō uniuersale
 studiū. **Et triuialis sciētia** ea q̄ tradit̄ in triujs, qualis est **literarū ipsarū** doctri-
 na, a triujs nāq; triuialis dicit̄, nō ut quidā indocti putant, quod tres artes
 contineat, **Grāmaticā**, **Dialecticā**, **Rheticā.** Item nec **Quadruiualis** sciēns
 tia bene dicitur, nemo enim ex doctis unq; sic locutus est. **Cur** non dicit̄ o
 barbare & indocte, sciētia trifluuialis & quadrifluuialis, uel trilinearis, qua
 drilinearis. **Dic** mihi differentiā: **Et** sic ego contra quendā sacerdotem **litera-**
torem scripsi. **Q** autem dicit̄ quadruiuales disciplinæ, o q̄ barbare, q̄ got-
 thice, q̄ uandalice, tu **mathematicā**, **quadruiualē** uocas, quasi sit adeo uilis

DE ABySIONE

uel cōmunis, ut in locis publicis passim, & ubi uix multæ concurrūt doce
 atur, certe omne pondus ei detrahis &c. Inde etiam uenit a schola **SCHOL**
ASTICUS, & dicitur is qui frequētat, schuler, non ut indocti tradūt is qui p̄sit
 pueris. Nam & ille ludimagister, uel triualis magister dicit, id quod (omit
 tam poetas & oratores) **August.** suis exemplis probans lib. vi. confes. dicit.
Cum medio die **Alipidius** cogitaret in foro quod recitaturus erat, sicut ex
 erceri scholasticus solent. Idem paulopost. Ecce adolescens quidā ex numero
 scholasticorū &c. **Vnde & Fortunatianus** in sua dialectica. Nam cū schola
 10 **SCHOLARIS** autē si inuenit significat res pertinentes ad scholas, allucinatur
Græcista dicēs. Ecclesiariū p̄positus sit siue scholaris. At pios iuuenes admo
 nuerim si qui lecturi sint **Quintilia.** legant in. ij. lib. in capite de officio disci
 pulorū ita. In ipsos deniq; cœtus scholarū læti & alacres conuenient. **Vbi**
 mendosi libri habent scholaritū, de quo ita dicit **Raphael.** Scholaritū i uoca
 li erasa legatur, ne turbæ barbare loquentiū astipulari uideatur **Quintilia**
 neq; enim scholaris inuenit apud quemq; latine loquentē, q̄uis imperite
 nunc omnes q̄ti studijs uacāt uulgo scholares appellētur, sed latine elegan
 terq; loquētes eos **Scholasticos** iuuenes, adolescentulosq; appellant. **Ego** so
 lum apud **Martianū Capellā** legi scholaribus, pro rebus tamē pertinenti
 20 bus ad scholas, ut **Martia. Capel.** in. ij. quæ si sub scholaribus inchoamentis
 tis in senatū cœlitū ducis, decursæ peritiæ gratiā deformabis. **Ruffinus.** lib.
 ix. ecclesiastica histo. quādo pueris scholaris meditatio de **Pilato** & ip̄a ha
 beri contumeliæ nostræ gratiā iussa est. At tamē alio in loco apud **Capellā**
 scholaritū mendose legi, pro scholasticorū. **Stuba** uel **stupa** non est las
 tintū, sed ut quidā scripsit pro eo possumus dicere. **Cōclauē**, qui est locus ad
 cœnādū, aptus, uel **Cœnaculū**, ut **Hiero.** in **Hieremīa.** ca. xij. edificabo mihi
 domū latā & cœnacula speciosa, qui apperit sibi fenestras, & facit laqueas
 30 rīa cedrina. At **Beroal.** in hoc mihi placet qui dicit. **Hypocausta** græco uo
 cabulo sunt uaporadis cubiculis, balneisq; preparata, quæ igne hinc effuso
 uaporant. unde latine **Vaporaria** dici possunt. **Plini.** in epist. **Applicitiū** est
 cubiculo hypocaustū perexiguit, quod angusta fenestra suppositū calorē,
 ut ratio exigat aut effundit, aut retinet. **Ambro.** in **Hexa** De hyeme forsā
 quæris, q̄ nulla tibi hypocausta anhelantibus ignibus uaporētur, sed ha
 bes solis calorē qui tibi orbē terrarū temperet, & hyberno te defendat a frī
 gore. **Hodie** hypocaustis utuntur **Germani** & incolæ rigentis plagæ, qui
 etiā apud nos conficiūt **Hypocausta**, ipsi stufas uocant, id est ad uaporādas
 diætas & cubicula in quibus degūt, ut dicit **Beroal.** q̄uis hypocaustū plus
 dicatur apud **Cice.** quod nos balneū. **Cicero** balneariū uocat. At **tricliniū**,
 40 **conclauē**, **Cœnaculū**, diæta accipiūtur apud ueteres pro loco in quo cœna
 mus, inde nos nostras stubas (ut ita loquar) bene possum⁹ ita appellare, q̄a
 in his cœnamus, & si uis magis significāter designare et describere, dices ua
 poratū tricliniū, uaporatū cœnaculū. Et monachi nescientes cœnaculū (ita
 enim uocari debet) suū latine nominare, refectoriū barbare uocant, sic etiā

refectuariū pro eo qui præest in refectorio apponēdis edulijis. Sed ut ad **C**eronē dicā. Hypocausta possunt etiā dici balnearia, distinguunt tamē etiā a balneis nostris, ut alibi ex iuriscōsulto probaui, ut tunc nihil aliud possit esse, quā quæ apud nos stuba. **S**olariū accipitur pro horologio, & loco in quo horæ ad solē conspiciūtur. **I**tem solariū appellat iuriscōsultū præsertim **V**lpia. lib. ij. titu. ne quid in publico fiat. uectigal quod pro solo pendit & ex eo solariū dicitur, ubi quidā malūt dicere salariū, quod esset uectigal a sale. **I**ndocū pastū dicunt pro salario. primū plus probo. **S**alaria etiā uocātur plana tecta, quæ alio noīe mœniana appellant, a græcis domata dicta.

Suplico quid significet notū est, & si credimus **P**riscia. non tm̄ datiuū, sed accusatiuū etiā exigit, quo tamē uerbo raro usus est **C**ice. **S**uplicatiōes autē sæpe. **S**unt autē etiā supplicationes, quas uulgo indocti iam processiones uocant. **A**t ut uerū fatear, nuncq̄ inueni apud aliquē cōstrui cū accusatiuo, est autē non simpliciter orare, sed suppliciter & humilime, & est fere afflictorū, exulū, miserorū, & id genus hominū. **F**requēter autē ad deos referitur. **D**ice. ij. de natu. deo. **N**am ut ego illis supplicarē loquēs de dñs, & **P**linius iunior, dñs supplicemus. **P**lini. in prolo. natu. histo. **V**erū & dñs laetorustici, multaq̄ gentes supplicant. **E**t **L**actan. lib. pri. ca. vij. **N**am cum interrogaretur quomō sibi supplicari uellet. **A**pulei. **N**ulli deo ad hoc æui supplicauit. **M**ihi autē in primis displicet, q̄ nostrates nihil rogant apud quos cūq̄, nisi uerbo supplico, quod plus dñs adhibetur, uel est miserorū & afflictorū, ut exempla modo declarāt. **S**yllogismus cum y græco & duplici ill scribit̄ & est argumētationis species, a σὺν ἑνὶ & λογὶ ζουμα logizome, quod est ratiocinor. **M**ale igitur quidā sic uersificatus est. **E**st syllogismorū pariter cōnectere nodos, quia prima ex positione longa est, secunda breuis, quia per o micron scribit̄. **E**rrauit & **S**idonius **A**pollinaris cum dicit. **Q**uæ uel **A**ristoteles partitus mēbra loquēdi. **A**rgumētosis dat retia syllogismis, secūda enim ut diximus breuis non longa est. **S**ynodus cum y scribitur & significat cōuentus, a σὺν. i. con. ὁδὸς uia. **S**piritualis a spiritus nō spiritalis dicendū est (q̄uis utrūq̄ inueniat apud impressores, & mlti malint spiritalis. a quarta enim declinatiōe deriuatiua seruāt u, ut fructuosus, non fructosus, saltuarius, actuarius & usualis. **M**anualis, censualis, casualis &c. **E**t significat spiritalis ad spiritū pertinēs. **O**sci & plebeia grāmatarū cohors male dicit homines spirituales, teuto. geistlich leut, sed ecclesiastici uel clerici melius, quia homines spirituales dicerētur tantū spiritū non corpus habētes. **I**ta etiā dicendū res uel bona ecclesiastica nō spiritalia, ordo ecclesiasticus non spiritalis. **S**eparatim aduerbialiter dicendū est non separate. **S**eruator seruatoris, apud idoneos nuncq̄ legi (sed bene seruus uel famulus), quod ego non esse syncerū & satis latinū uocabulū existimo, tam & si in sacris canonibus, cum in alijs locis, tum de præbendis capi. **V**enerabilis inuenies. **M**ihi astipulatur **M**ancinellus de modo erandi dicēs. **C**auē seruator dicas, ut uulgo afolet. **C**liens enim latinū est, & in hoc propriū. **S**ingularis non cōparatur, sicut nec unus, nemo enim dicit unus unior unillis

DE AVVSIONE

mus, sic nemo (intelligo de receptis) dicit singularis singularior singularissimi, quod non est latinum, male ergo indocti singularissimo socio scribunt.

- Similis quando ad morum & uirtutum, uel scientiarum imitationem refertur, genitiuo iungitur, ut Pyrrhus non fuit similis Achillis, uel filius Ciceronis non fuit similis patris, quando uero refertur ad formam iungitur datiuo, ut Henricus non fuit similis patri uel fratri, hoc est quo ad formam corporis, non tamen semper obseruatur, ut Plinius Cornelie Hispanice, At medes dicit similo non dicimus, sed similis est sane dixerunt ueteres. Simulare uero dicimus per u, hoc etiam Cicerone de re publica quasi alius assimulare rem publicam. Et Virgilius. Formam assimilata Camerti, ac pace Diomedis, dicimus etiam assimilare & simulare, nisi forsitan pro u ponatur, ut similo pro simulo. Martialis. Cum sint crura tibi similent quae cornua Luanae. & Ouidi. pri. tristis. Grandia si paruis assimilare licet, & Lanctanti. Musica cyrrheis assimilanda modis, nisi per u etiam scribantur, Suffragia dicit Valla sunt (ut ita dicam) uoces quae dicebantur in comiciis, in tabella uel scribebantur, quibus suam quisque declararet uoluntatem de aliquo eligendo in magistratu uel in aliis, nostri barbare dicunt cum sit aliquis eligendus dicentes, dabo tibi uocem meam, uel uotum, sed bene suffragium dicere debent. At Portius Latro dicit contra Catilinam. Nullas uocum, aut suffragiorum corruptelas fuisse praetergressum, unde Petronius. Ad sonitum, strepitumque lucri suffragia uendunt. Hinc factum est ut suffragium pro auxilio proprie in dictis. Et sic caue (ut dicit Marti. Philel.) ne dicas. Lacedaemones suffragia miserunt Atheniensibus. Est enim dicendum auxilium, quous dicat Valla in factis etiam reperiri, quod ego nondum legi. Successiue non est uocabulum oratorum sed dialecticorum, Seuerus quasi sequens uerum, teuto. streng, sicut iudices sunt, non autem seuerus significat crudelis, ut nostri fabulantur, dicentes, seuerum animal, seuerus leo, errant enim maxime. Seuerus aliquando, id est tristis, Virgilius. Annemque seuerum. Seuerus ernst haestig, opponitur enim laeto. Quintili. in viij. Concitate dicere an moderate laete an seuerere. Simplex proprie dicitur purus & sine astutiis, unde hoies simplices dicuntur puri, aperti, nihil tectum, nihil simulatum habentes, teuto. mensch on hinder list vnd betriegerei, unde Augu. li. ij. confessio. Ignorantia quoque ipsa atque stultitia simplicitatis, & innocentiae noie tegitur, quia simpliciis deo non reperitur quicquam. Inde simplicitas est illa puritas sine simulatone, & uirtus illius simplicis hoies, unde & Augusti. ad Paulinum. Legi enim litteras tuas fluentes lac & mel, proferentes simplicitate cordis tui. Plin. iunior. Quo nihil uerius, nihil simplicius, nihil candidius noui. Et Iuena. Saty. vi. Si tibi simplicitas uxoriam deditis uni. Est animus. In hoc autem loco quos runda commentariorum expositioni non assentior, ut in alio dicam opere. Nostri autem improprie accipiunt simplicem pro ignorante, & nihil sciente, cum possit esse doctissimus, & simplicitas uirtus sit. Audiamus Martiale. Vita quae facit bes

atiorē. lucūdiſſime, hęc ſunt. **Martial.** Res nō parta labore, ſed reliſta. Nō in
 grati ſager, focus perennis, **Prudens** ſimplicitas, pares amici. hic dicit **pru-**
 dens ſimplicitas. **Ouidi.** i. de arte. Tunc aperit mentes æuo rariffima noſtro
Simplicitas, artes excutiente deo. Inde uenit aduerbiū ſimpliciter, i. pure &
 ſynceriter, ut **Cornel.** Tacitus de optimo genere oratorum. **Simpliciter**, &
 ingenue iudiciū animi ſui detexit. **Simplici** autem opponitur duplex, qui
 pro fallaci et aſtuto ponitur. **Mora.** in car. Aut curſus duplicis p mare **Vlyſ-**
 ſei. **Symphonia** latini penul. breuē ponūt. **Mora.** in arte poetica. **Ut gra-**
 tes inter mēſas ſymphonia diſcors. Et ut tradit **Hiero.** ad **Damaſū**, **Sympho-**
 nia exprimitur cōſonantia in latino, & cōcors cōcētus, & nō eſt mulicum
 inſtrumentū, ut idem dicit **Subſellia** ſacerdotū uocant, teu. die kor ſtuol,
 uide in dictione chorus. **Syntaxis** cum, y græco in principio dicit cōſtru-
 ctio. indocti autē & gothici dicūt diaſintherica, quæ dictio nunq̄ lecta eſt
 apud idoneos. **Sigillū** latine dicit, ſignetū barbare. **Sariffophori**, latine
 dicunt haſtarij, teuto. lanſknecht, uel doryphori, ſed ut **Serui.** in. viij. enei. di-
 cit, pila proprie eſt haſta **Romana**, ut **Gefa** gallorū, **Sariſſæ** Macedonū. **Ges-**
 ſas uocant aliq̄ quas nos hellebardas uocamus. **Sibylla** in ſecūda ſyllaba
 tū y græco & nō in prima, non eſt ppriū nomē unius mulieris, ſed oēs ſce-
 minæ uates **Sibyllæ** ſunt nūcupatæ a ueteribus, a deorū cōſilijs denūciadis
 orōis em deos nō teoioſ & conſiliū nō **Βουλις** ſed **Βιλλυ** appellabāt, æolico
 ſermonis genere. Itaq̄ **Sibyllā** dictā eſſe quaſi teo **Βιλλυ**. **Fuerunt** autē decē
 numero. hæc **Lactā.** terſiſſimus & emunctiſſimus ſcriptor. in. i. lib. inſti. ſua
 rum. ca. vi. ubi plura alia de **Sibyllis** inuenies. Et **Varro** decē numero fuiſ-
 ſe prodidit. **Martia.** tamē **Capella** non decē, ſed duas tātūmodo fuiſſe dicit
 lib. ij. philologiæ ſuæ. **Saga**, teuto, vnhold oder hexa. uide in dictione py-
 thonyſæ. **SCHISma**, uide in dictione modernus. **Satan** lingua hebræa
 dicitur aduerſarius, ſeu contrarius, græce dicitur diabolus. de quibus ita re-
 fert **Hierony.** lib. ij. ſuper **Ephesios**, diabolus **Διάβολος** græcum uerbum
 eſt, quod latine dicitur criminator, lingua uero hebræa ſatan appellatur, ad-
 uerſarius, ſeu contrarius, & ab apoſtolo **Belial**, hoc eſt abſq̄ iugo, q̄ de col-
 lo ſuo dei abiecerit ſeruitutem, quem **Aquila** apoſtatā tranſtulit. Eſt igitur
 ἀποſτάτις **APoſtata**, qui a fide **Chriſti** reſellit, hoc eſt de collo dei ſeruitu-
 tem abiecit, inde apoſtatix. ut **Hiero.** uitur in **Ezechiele**, & apoſtaſia quo-
 idem uitur, & apoſtatate quo **Cyprianus**, & alij eccleſiaſtici utuntur.
Stabulū non ſignificat tm̄ receptaculū equorum & iumentorū, ut uul-
 go putatur, ſed etiam accipitur pro caupona & hoſpitio. Inde ſtabularij.
Apule, quod primū ingreſſiū fuerit ſtabulū prandio participabo. **Juriſcoſi-**
 ſultus titulo pro ſocio. **Viatice** meritoriorum & ſtabulorum ait recte im-
 puraturū ſi quis ex ſocijs iter fecerit, ego tamē alibi melius dixi. **Symbo-**
 la. (ut dicit **Ruffinus**) latine dicūtur ſigna uel indicia, quę in bellis diſtin-
 unuſquiſq̄ dux ſuis militibus tradit. **At** ita tradit diuus **Hiero.** in epiſt. ad
Damaſum. **Symbolū** enim græce & indicium dici poteſt, & collatio. i. quod
 plures in unū conſerūt. **Id** enim fecerūt apoſtoli his ſermonibus in unum
 p iij

conferendo unusquisq; quod sensit, hæc ille. Inde dicitur symbolū apostolorū, hoc est collatio dictōrū apostolorū &c. Sunt igitur symbola collationes, & pecunia coepulonū in unū collata ad cibaria coemēda, ut Teren. in And. symbolū dedit, hoc ē suā portionē, teut. sein zech. Vel symbolū dedit, i. signū, ut annulū, uel aliquid tale quouisc; pecuniā conferret, sicut etiā in patria nostra usitatū est. Inde eleganter ab Aul. Gel. a symbolos dicitur quī symbolū nō dedit, & sine collatione accessit ad comelationē. Inde canonice decretis. dist. xliiij. proditū est. Non oportere clericos celebrare cōiuitia ex symbolis quæ uulgo comelalia dicuntur. **S**YMPOSIUM autē cōiuiū latine interpretatur, & apud indos & barbaros zecha, unde Hiero. sup. **E**saia pro uino **A**quila συμπόσιον symposion. i. cōiuiū est interpretatus, qd apud græcos ἀπό τοῦ συμπίου apotou sympotou, apud nos a cōiuitu rectius appellat. Inde symposiarches, uel symposiarcha princeps, & principalis, uel rector cōiuiū. **S**tipendiū a stipe dicit, quod per stipes. i. modica æra colligat. Inde stipendiarii nuncupantur qui stipendiū, hoc est tributū pēdebant. **I**ustinus lib. xi. de **A**lexandro. **E**t reges stipendiarios cōspectioris ingenii ad cōmilitiū secū traxit. **E**t **C**æsar in. i. lib. de bello galli. **H**eluetii locū eligerēt, quē ex omni gallia opportunissimū iudicassent, reliquisq; ciuitates stipēdiarias haberēt, qui alio noīe **V**e. vigales nuncupant, quare uulgo sermidocitū alucinatur, existimans stipēdiarios dici milites, qui stipendiū accipiūt, cū tales proprio uocabulo mercenarii, seu ærarii milites dicant, quos suo uocabulo stipēdiarios uocat **V**egetius (at nō etiā in hoc satis recipi existimo) quos etiā aliqui stipēdiatos nūcupant, quod an bene, uiderint ipsi ego em apud ueteres nunq; legi. **S**upplices libelli sunt quos uulgo indocitum **S**upplicationes appellat. de quibus **M**artialis. **T**urca turcæ, sine aspiratione est gens illa **M**ahometica populo **C**hristiano inimicissima, & est generis cōmunis. **C**auē ne dicas turcus, non em sic loquuntur docti, & uetustatis cultores. **A**udiamus quid dicat, uir doctissimus **G**eorgius merula **A**lexandrinus contra **P**hilel. ita scribens. **F**ranciscus **P**hilelphus linguæ nō minus licentis q; ineruditæ in quadā epistola ad **B**ernardū **I**ustinianū me taxat acerbis, qui ad uos scribēs **T**urcas nō turcos appellarim, nimis petulans, ne dicam temerarius est **P**hilelphus, nisi magis per longā ætatem delirat, uerbū damnat quo prisca geographi utuntur, credo quia semper fuerat raræ lectiōnis, & indiligentis, apud quē fere nullā ueteris doctrinæ obseruationē inuenies. **L**egat noster censor **P**omponium **M**elam, qui proxime ditam ponit, nec ratio declinationis aduersatur, ut em **S**cytha, **G**eta, **D**almaria, & id genus desinentiæ multa, sic **T**urca declinabitur, nos ueterū auctoritate nixi, prisca appellationes gentibus, & populis damus. **A**th hic importunæ lectiōnis magister, noua nomina & uoces barbaras scribere non uertetur, hæc ille. **T**urcas in super ponit non turcos **P**lini. lib. vi. natu. histo. circa **M**æotim paludē, alii (q; nō probo) dicūt turcos alios esse q; turcas. **E**ustathius em teste **H**ermolao barbaro, aliā originē eorū cōmemorat. **P**ost scythas

inquit eos qui mari cronio uicini Caspiū accolunt, Vnni sunt, quos Simo-
 catus historiarū conditor a persis uocari turcos existimat ad orientē uernū
 spectantes. Thunnos Plinius eos uocat libro vi cap. xvij. Adde q̄ plures
 nomināt hos teucros, quod aperte damnat Aeneas Syluius in quadā oraz-
 tione dicēs. Absit gentem turpissimā turcarū, scilicet nominari teucros, cū
 teucris sint troiani, a quibus Troiani & Romani originē trahunt, ad quod
 alludit Valla. Nā in ea Asia (inquit) quæ est tertia pars orbis terrarū, regio
 quædā est, eodē nomine q̄ Turciam nunc uocant, non autē, ut quidā teucris
 am. Adde hic etiā obiter me apud idoneos reperire MAHumet non Ma-
 chomet, ut uulgo scriptū reperio, nihil tamen certū afferre possum. Tra-
 pezitæ græce, latino uocabulo argentarii uocantur, quos uulgus campso-
 res uocat, nec cambium bonū uocabulum, sed argentaria. & trapezitæ nō
 sunt illi minutuli (ut ita loquar) campsores qui pecunias solum permutāt,
 sed qui multorum acceptas pecunias custodiunt, cum opus fuerit redditur-
 ri. Minuti autē illi a nostris nummularii uel mensarii, a græcis Collyustæ uo-
 cantur, teuro. vuesser. Titulus dicitur a tuendo & tutando, q̄ sua cuiq̄
 gesta, operaq̄ & tituli tueantur. Grammatistæ quos bacchantes uocamus dis-
 cunt & blaterant mera deliramenta. Titulus dicitur a titan græce quod est
 sol latine, quia sicut sol illuminat totum orbem, ita titulus totum librum.
 Tu sine eos somnari & delirare, sequere id quod ex uariis præstantum
 uirorum libris colligi datur. Vnde & Festus Pompeius dicit. Tituli milites
 appellantur, quasi tutuli, q̄ patriam tuerentur, unde & Titi prænomen ori-
 tum est, & Martialis. Vnum de titulo tollere iota potes, hic manifeste pote-
 ris intelligere titulus quasi tutulus dici. Totaliter ego nunquam legi
 apud probatos auctores. Tigla est piscis quem uulgo barbonem uo-
 cant, ut dicit Perottus. Beroaldus autē mulos pisces uulgus uernacula lin-
 gua barbones uocat, nanq̄ auctore Plinio barba gemina insigniuntur in
 feriori labro. Tentigo est pruritus libidinis quo uirilia extenduntur,
 Virgilius. Turpe quidem dictū, sed si tentigine rumpar. Nostri male utuntur
 hoc uocabulo. Tormenta sunt instrumenta bellica ad diruenda
 oppida, euertendaq̄ urbes, sic dictaq̄ tela torqueant, hoc est gyro celeri sa-
 xa rotent, iaciant, & emittant. Cice. viij. Antonianarum. Quid ille faceret in-
 ducias ante consules oculosq̄ legatorum tormentis Mutinam uerberauit.
 Et Seneca naturalium quæstionum libro secūdo. Nubium intra se compress-
 farum angustiae medium spiritum emittunt & hoc ipso inflammāt, ac tor-
 menti modo eiciunt. Theodorus uide de d in compositis a doros.
 Trusile, quod nostri accipiunt pro quodam genere gladii, teuro. cū
 degen, ego nunquā legi, nec puto esse latinum. Trussa & trussare uer-
 bum quibus nostri utuntur, nanq̄ legi apud latinos. Textus pro ex-
 plari dicit Georgius Merula nemo nisi indoctus. & plane barbarus dicit.
 Et in alio loco dicit idē Georgius. Nam dic quæso quis ueterū, aut dicit te-
 xtus, aut scripsit, Franciscus Philelphus in epist. quadā ad Saxolum Brandē
 sana scripsit textus, quod si bene, ipse uiderit, textū autē inuenimus in neutro

DE ABBVSIONE

Quintilia. in. ix. institui. Illud textū dicendi, id est cōpositio. Item cōtextus dicitur. Idem in. xi. Non interrūpendus est contextus. Ita etiā accipit Hieron. super episto. ad Titū. diligenter attende textū & ordinē lectiōnis. ut etiā lib. iij. super episto. ad Ephesios. Videtur huc usq; nihil extra propositū & cōsequentia textūq; ordinis intulisse. **T**essera uulgo uuirffel, quæ alio nomine quadrantalia dicuntur, græce uero cubi. Nam sex habet latera, & septem habet puncta, ut cūq; steterit ea oppositio. **T**alus uero qui græce dicitur astragulus non significat uuirffel, ut apud nos habetur. **N**ā habet quatuor tantū latera, & pro uario iactu uaria puncta dat. **A**t tessera etiā dicitur

10 **T**oties & quoties scribit debent, non quotiens uel totiens, ut tradit Priscia. Sic enim dicit **C**aper grāmaticus, sine n scribenda sunt millies, centies, decies, quoties, toties, pari enim ratione, sicut nemo dicit milliēns. uel decies & sic de similibus, ita nec quotiens, totiens, nostræ huic opinioni suffragat **B**eda presbyter de ratione metrica. **A**ngelus **P**olicia. **H**ic animaduerte nō latine dicitur, millesies, sicut mos est indoctorū, sed millies. Item dicendū nouis uies a nouem, non nonies. Nec item dicimus, unies, binies, trinies, quadries sed semel, bis, ter, quater. **T**estamentū uetus & nouū, ab idoneis & elegantibus scriptoribus dicitur. Instrumentū uetus uel nouū quo utitur **H**ieron. **T**ertulia. & alij. Idem tamē etiā uocāt testamentū, & quare dicatur testamentum, reddit rationē **L**actan. lib. iij. ca. xx. dicens. **M**oyles, & idem ipsi prophetæ legem quæ **J**udæis data erat, testamentū uocant, quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari testamentū potest, nec sciri quid in eo scriptū sit, quia clausum & obsignatum est. **T**hymelicus θυμολικός dicitur histrio, scribitur th aspirato & y græco, male autē de conse. dist. v. c. non ministrōs scribitur, ubi est temelici. cum scribere deberet thymelici. **M**ELICUS autē dicitur omnis poeta musicus & lyricus. **V**exillū uel signū, teuto. baner. In de signifer qui signum fert, ut imperij signifer est dux noster **V**uirtenbergēsis **V**alricus. **C**auē ne dicas panneriū, quoniā latinū non est. **V**terus dicitur fert ab aluo. **M**uus nancq; est per quā defluūt sordes. **V**terus autē in quo mulieres concipiunt, qui & loci a doctoribus disertis appellant. **C**ato de rusticis. **S**i mulier locos fouebit. **V**arro ait sic, loci muliebres, in quibus nascendi initia consistunt. **A**b imperito autē uulgo matrix uocatur, ut dicit **R**aphael regius, cum matrix sit foemina foetus gratia cōparata. **C**olum. de columbis loquens. **I**dem de gallinis, primū quā secretissima cubilia eligūt ne incubātes matrices ab alijs auibus inquietentur, nam & octies anno pullos educat, si bona est matrix. & **C**olumel. alibi. **S**int ergo matrices robusti corporis, quadratæ, pecciorosæ magnis capitibus. **E**mbria etiā imperiti medicī empriones uocant. hæc **R**aphael regius. **V**terus igitur uulgo ber muoter significat. **E**mbria vngboren l'ind. **M**atrix ein zucht muoter. In arboribus etiā dicitur matrix medulla. **V**acatio uel imunitas uulgo exemptio dicitur. **V**acatio studij uel studiorū signifi. libertatē, & ut ita dicam, cessatio nem a studijs, quā uulgo barbari & non latini dicunt uacantiā, habemus

(dicētes) iam uacātiās, non ita loquūtur docti, sed ut praecepit **Iustinus** in. xi. **Macedonibus** imunitatem cunctarū res: p̄ter militiā uacationē dedit. Idē dicit in. i. lib. unde & **Franciscus Philel. epi. lib. i. ad Andream Constantinopolitanū theologū.** Verū cum per studiū uacationē dabitur, ibo in urbē **Romam.** Idem lib. iij. epif. ad **Albertū Zancariū.** Cui cum respondissem non esse me per id tēporis **Mediolanū,** sed **Bononiā** potius repetiturū, & ad proximās deinde uacationes studiū iterū **Mediolanū.** **Vulua** idem quod loci uel uterus, de quibus superius, id est locus uētris & receptaculū, in q̄ mulieres concipiunt, & in quo partus consistit, teuto. die stat in lyb da die burt in lyt. Sed differunt uulua & uterus, q̄a uterus uel quod idem est **Locus** sunt tantū in muliere. **Vulua** autē in alijs animalibus. Quā differentiā ostendit **Plini. lib. xi. ca. xxxvij. dicens,** **Fœminis** eadem omnia pręter uescā & intus utriculus. unde dicitur uterus quod alio nomine locos appellat, hoc in reliquis animalibus **Vulua.** improprie loqueretur **Hiero. in lob cū dicit,** quas re. eduxisti me de uulua matris meae, sed illa differentia non oino obseruat, cum **Cornelius Celsus** scribat. **Si** infans in uulua decessit quo facilius enjcia tur. **Inter** uterū autē uentrē, & aliuū differentia ponit **Seruius** in pri. æneido. **UTERUS** est mulierū. **ALVUS** est quo diffliūt sordes. **Salu.** Simulans aliuū purgare. **VENETUS** uero qui uidetur. **Vulua** autē non significat membrū illud mulieris genitale, sed **Cunnus** per duplex n. unde **Martia** in Gallā meretricē. **Accessi** quoties ad opus mixtisq; mouemur **Anguinibus** cūnus nō tacet ipsa tacet. **Dij** facerēt ut tu loquereris, & ipse taceret. **Offendor** cunni garrulitate tui. **Sed** proh dolor rustici sacerdotes nihil nouerūt de hac re corrupte populo, ut in pluribus alijs, ita in hac dictione sacras literas interpretates, credētes non ad se pertinere id qd in primis scire deberēt. **Sed** trāse at iste error cum ceteris multis, dūmodo **Dij** placeat alios inducere mores **Cōtra** quos ineruditos & nihil discētes sacerdotes acerbissime loquitur. **S. Hiero. in episto. ad Marcellā.** **Cōtra** eosdē idem **Hiero. in epi. ad Vigilantiū** ita scribit. **Nō** eiusdē hoīs est aureos nūmos & scripturas pbare, degustare uīna, & pphetas & apostolos intelligere. **Vitulus** nō solū dicit ex bobus genitus, teuto. ein kelblin, sed etiā ex cæteris quadrupedibus maioribus, ut uitulus equi fulhin. qui proprie uocatur **Equuleus.** **Plini. de elephātis lib. viij. natu. histo. ca. i. Atq;** ita salutato sydere in syluas reuerti uitulorū fatigatos prae se ferentes. **Et** idem lib. ix. ca. vi. de balenis piscibus. **Irrumpūt** ergo in secreta, ac uitulos earū, & fetas uel etiā in annū gravidas lacerant morfu. **Victualia** non latine & syncere dicimus, ut dicit **Hermolaus barbarus,** vide in dictione **Cōmeatus,** quo tamē quidā usi sunt, præsertim iuriscōsul tus, ff. pro socio. l. si fratres. §. si quis. **Vitulus** marinus a græcis **Phocæ** dicuntur, est piscis siue potius belua maris corio & pilis tecta, parit in terra pecudū more, canum modo coheret, & parit nunq̄ geminis plures, de quibus rebus lecte **Plini. in. ix. de uitulo marino.** **Vngues** & ungulae differunt uide contra **Carolū** de salutationibus. **Verna** dicitur seruus uel serua ex ancilla nostra in ædibus nostris nata. unde **Vernaculus** a ū. **Et** uerna

DE ABRVSIONE

eulū appellamus quicquid in domo & in patria nostra natū est; ut uernaculus meus, id est ciuis & cōterraneus meus, teuto, lantzman, oder mitbutger, non lantzemānus meus, ut indocti dicunt. Item uernaculā linguā dicimus cōmunem & uulgarē, Hieron. Ita illi a parua ætate uernacula sui sermonis uocabula paucissimis sensibus imbiberent, quā imperiti & indocti maternā linguā uocant, uel maternū idioma, uel sermonē, posset tamē tolerari si diceremus patria lingua, uel patrius sermo. Plini. in epi. lib. iij. ad Antoniu suū. Ac potius ut Lucretius ait egestate patrij sermonis. Et Cice. de finibus honorū lib. i. Cur in grauissimis rebus nō delectet eos patrius sermo. Patrius enim (ut Caper grāmaticus tradit) a patria. Paternus a pater descendit. Etā idioma quod in prima & secunda syllaba per i latinū, nō ideoma, ut indocti scribunt uenit ab idiora, qui significat illiteratū & indoctū & plebeium, significat igitur idioma inficitā & (ut ita dicā) plebeitatē, & capitur pro proprietate locutionis. Victor oris dicitur ille qui uasa uinaria reliquit, si patq; teuto. ein binder, qui & a doctis Dolearius etiā dicitur. Sic etiā PELliones sunt qui uestes pelliceas & alia ex pellibus opera faciunt, teuto. kursner. Doleator autē & pellifex, quæ in usu tantū sunt nostris, uix usitata sunt tam crebro apud idoneos præsertim pellifex. Vigilia beatae uirginis, uel uigilia Laurentij, uel Thomæ apostoli quare dicitur, uide de finidictione festū. Vnicuiq; habet accentū in penultima, nō antepenultima.

Virgo uirginis a uiridiorē ætate dicta, scdm Priscia. est generis fœ. im, ego autē dico esse generis cōmunis, non solū auctoritate Hierony. sultus, qui in plogo super Ioannē dicit, ut uirgo uirginē seruaret, sed etiā Prisciano multo doctioris Nonij Marcelli, qui dicit uirgines non solū fœminæ dicuntur uerum etiā pueri inuestes. Nam & quicūq; ex ephebis excefferant Deuirginiari dicebatur, undē & errant (si credimus Vallæ in Raudensem) qui dicunt qd cælibatus sit in uiris, quod uirginitas in fœmellis, cum cælebs dicatur, non qui ducat castā uitā, sed qui non sit maritus & si sit impudicissimus. In de Cælibatus dicitur non matrimoniū, plures q; in cælibatu sunt impudici q; in matrimonio. Hic etiā nota matres (teste Seruio uirgines nō nunq; appellari) hinc Virgi. de pasiphae loquens ait. Ah uirgo in fœlix quæ te de mentia cepit. & Terē. in ecyra. Nam uitiū est oblatū uirgini olim ab ne'cio quo improbo. Vinū meracū & dilutū, uide in dictione merum. Vacatio, ut superius dixi latinū est, non uacantiæ, unde Paulus iurifconsul. de uerbo. signi. munus dicitur altero modo onus, quod cum remittatur uacationem militiæ munerisq; præstat. Et Cice. de leg. Nullā tibi a causis uacationem dari uideo. Et Lactā. cū haberet magistratus officio uacationē. Ut in plurimū, aduerbiū barbarū est. Validus a ualere, quod significat posse, est firmus, potēs, robustus. Valētes dicimus uel sanos, uel robustos, ut Lucilius Sary. li. i. Quē neq; lucanis oriūdi mōtibus tauri. Ducere p. relo ualidis ceruibus posset. Semidocti autē literatores accipiūt ualidū & ualentē p. erudito & docto, ut ualet magistrū dicētes, hoc est potest magistrū, qd est hęc sentētia: Item est ualidus doctor, quod ualet, est robustus doctor. Validus

em̄ & ualens maxime ad corpus & corporis dispositionem referuntur, sed quid loquar de triuialibus grammatistis: nup quidā poēta germanus in sua comœdia nominauit quendā nobilē ualidū, teuto. fest, quod epithetū rusticis est plus accōmodatū, & non potest attribui nobilitatis decori.

Vu in nulla dictione latina poni debet, quia non est litera. Vendelinus non vuendelinus, Vulgus non zvlgus, Lodouicus non ludzvicus, Guilhelmus non vuilhelmus. Item **V**olfgangus non vuolfgangus, non uualbertus, sed **V**albertus. Sed Francigenæ pponunt g, ut **G**ualterus, **G**uilhelmus, **G**uendelinus, & sic ipsi diceret **G**uolfgangus, quod purū teutonicū est. **T**ubinga non tuuvinga, dico a utē in latinis dictionibus, de uernacula lingua nihil mihi curæ est, nec eius ego pceptor sum. **H**ic etiā nota **VVL**gus esse gene. masc. & neutri. Et cum est neu. gene. caret plurali numero, cū vero mal. ge. habet uulgi. **C**ice. ij. de natu. deorū. num de patre eorū Satur no negari potest, quem uulgi maxime colunt. **V**icē in accusatiuo & uicē in ablatiuo tm̄ habet, ut ego gero uicem tuā, quod nostri uulgo dicunt, uolo te prouidere, uel uolo locū tuū subire. Inde uenit **V**ICARIUS qui uicem alterius gerit, sicut uicarius ecclesie qui non est uerus pastor, sed alium prouidet, ut more nostro loquar. Et uicarij scholasticorū, uel scholastici uicarij, quos uulgo & non satis latine prouisores nominamus. **D**icimus etiā uolo tibi p̄stare uicariā operā, uicariā mortē accipit. **Q**uintili. in decla. mortem quā unus pro alio subit, quod nostri dicunt uolo te prouidere, teu. ich. uuil dich. uer. uesen. **V**icem etiā aliquādo significat incomodū aut poenā **H**ora. i. carmi. uicesq; superbæ te maneant, aliquādo periculū. **D**ecius **B**rutus ad **C**ice. **N**unc uero cum sibi cum tyronibus egēssimis ualde & meā & uestrā uicem timeā necesse est, id est periculū. Et **V**irg. in. iij. nec tela, nec ulla **V**itauisse uices. **C**auendū autē est diligēter teste **P**erot. ne dicas uti barbari consueuerūt, hac una uicē tantū uolo tibi morē gerere, sed dicas nunc tantū nec una uicē tantū, sed semel tm̄, nec duabus uel tribus uicibus &c. sed bis, ter, quater, uel secūdo, tertio &c. **N**ec dicas, da mihi ueniā pro hac uicē tm̄, sed dicas nunc tm̄, **N**ec itē quot uicibus, sed quoties, nec multis uicibus sed plerūq; sæpe, sæpe nūero. **N**ec dicas, ueniā ad te alia uicē, sed alias. **N**ec prima, secūda, tertia uicē, sed primo, secūdo tertio. **A**t uicē uersa lego apud iurisconsult. ff. de libe. cau. l. i. **B**ene inquit, uersa em̄ uicē dicemus libere parētum etiā inuitorū candē facultatē dare. & apud **S**ene. in **H**ercule **E**theo. **S**ic deprehenfum fulmen & uersa uicē. Et **M**amertinus ad **I**ulianū. **I**llud uero cuius miraculi est neminē ullū in tanto rerū paratu sensisse dispēdiū, in oīa pecuniā ab imperatore depromi, & quoddā uersa uicē prouincijs p̄di tributū. Et **H**iero. si est translator lib. iij. **R**egū. ca. ix. **O**fferebat quoq; **S**alomō tribus uicibus per singulos ānos holocausta &c. **A** uespere uenit uespertinus, sicut a matuta matutinus, **M**irror autē uehementer cur **V**alla dixerit, et ut alij utuntur uespertinus, quasi uespertinus non satis latine uel usitate diceretur, cum parens linguæ latine **C**icero eo usus fuerit, dicit em̄. ij. de natu. deorū. **T**ū uespertinis tēporibus delitescēdo, tum matutinis, rursus si apes

DE ABBVSIONE

riēdo immutat & **Corne**. **Celsus**. li. ij. **Nā** uere meridianis tēporibus calor
 nocturnis atq; matutinis, simulq; etiā uesp̄tinis frigus est. Et **Plini**. lib. v. na
 tu. histo. ca. xxi. Et p̄posterī eorū uesp̄tini cantus & c. uideat igitur **Valla** qui
 uiri eo usi fuerint. **V**rinare non est urinā facere, ut indocti & nō latini pu
 tant, sed significat in aquā imergi, & natādo emergere. **Pli**. in xij. **Ea** est cau
 sa quare sub aqua diu ranæ & phoce urinētur. **Hinc** urinatores dicuntur q
 merces e mari extrahūt, leuantq; nauigij gratia iactatas. **V**nguentū non
 est. ut uulgus existimat tenax illa cōpositio quæ medicamēta dicunt, q̄ chi
 rurgi utunt ad uulnera sanāda, sed cōmixtio diuerforū odorū, addito oleo
 aut balsamo, aut alio ad unguēda corpora, delitiantq; atq; luxuriæ gratia
 inuenta. **Hic** obiter nota **Chirurgū** dici manualē, ut ita dicā medicū, teut.
 vundartzet. & scribit per ch aspiratū & i latinū, cuius ars chirurgica dicit.
Vnguentarios nostri uocat unguētorū uēditores, qui a græcis **Myropo**
 læ dicunt penul. longa, & myropolion tabernā unguentariā. **MED**icamē
 tarius autē dicit confector medicamētorū, uulgo nostri apothecarium uo
 cant. **Illud** autē etiā alibi dixi, quo utitur uulnerarij medici ad cicatrices si
 ue uulnera, ulceraq; & morbos sanandos, non dicit unguentū, sed limimē
 tum apud **Celsum** a lino, uel ceratū. quod ultimū ex sicciioribus rebus cō
 stat, & igni appositū mollescit, postea applicatū corpori durefcit, ac p̄tinus
 hæret, alibi uix tam luculēter & bene exposui. **V**iatricū latine, græce epho
 dion dicitur, hoc est q̄ uix causa paratū est, nostri uulgo uocant sumptuas
 liā, uel barbarissime ceralia. **V**iatricari antiquū uerbū, est uiatricū parare.
VILLA latine dicitur, uillagiū barbare, nec uillare pro parua uilla legitur
 teuto. vuciler. **V**entrale est tegimentū uentris. **H**UMerale est tegimentū
 humeris, & **L**UMBale est lumborū. **P**ECtorale quod pectus tegit, qd̄ græ
 ce thorax dicit, siue sit laneum, siue ferreū. **B**RAchiale brachiorū. **F**rontale
 frōtis, **T**ibiale tibiariū in cruribus. **I**nde humerale uel uentrale pōt dici, qd̄
 barbari & solæcistę uocant uambasiū, uel lumbasiū. **P**aulus iurisconsul.
 si tibiale uel humerale miles alienauit, castigari uerberibus debet, at lumba
 le, ut dixi est tegimētū lumborū, quod ad hoc uestimēti genus nostrorū nō
 quadrat, audio autē a doctis hanc nostrā uestē uentrale. s. dici latine abolla,
 & græce diploida. **E**st em̄ **A**BOLla duplici pāno cōfecta uestis, quæ græce
 διπλοῖσ dicit, de qua dictione. s. abolla sit mentio apud **M**artia. sæpe & **H**
 uena. in. iij. **S**aty. & apud **S**erui. illud **V**irgilij enarrantē. **E**t duplicem exhu
 meris reiecit amictū. & apud **H**ora. **C**ontra quem duplici panno patientia
 uellat. **T**IBlale autē significat uernacula nostra lingua, hosen, quod indocti
 caligas uocant. **C**ALiga em̄ est genus calciamētū unde diuus **H**iero. in epi.
 ad uirginē quandā. **C**aliga quoq; ambulantis nigella ac nitēs stridore ad se
 fuuenes uocat, ubi manifeste de calceis puellę loquit. & **S**extus **A**ureli⁹. **C**a
 ligula fuit filius **G**ermanici, & q̄a natus in exercitu fuerat, cognomētū cal
 ceamētū militaris. s. caligę. **C**aligula sortitus est, a caliga calceamēto militari
CALigatus miles dicit eo q̄ caligas clauis suffigebat, quas uero nūc uulgo
 caligas uocat nō fuerūt apud ueteres, nā crure tenus tū fuerunt induiti. **D**e

militibus caligatis dicit iuriskon. ff. de custo. reo. ubi Accursius caligatos exponit pro infirmis & obscuris ineptissime. **V**nus nō cōparat, ergo unū tūssimus quo qdā utunt nō est latinū. **V**ltimū supinū nuncq̄ cōstruūt cū uerbis importantibus motū de loco, ut dicit **V**alla, sed bene ultima supina cōstruunt cū noibus adiectiuis, ut facit dictū, iucūdus aspectu, horribile uisus. **I**nuenit tū ultimū supinū regi a uerbo sed rarissime, qd uix semel atq̄ iterum inuenit. **M. Ca.** de re rusti. primus cubitu surgat, postremus cubitū eat et **Sta.** in. i. achilleidos. **Q**uē tūc uenatu rediturū in limine primo opies &c.

DE COLORIBVS VARIIS.

Si hic uel in cæteris his nostris cōmentarijs aliqñ errauro, quæso obtestor q̄o germani scholastici nolite me caninis dentibus inseq̄, aut de amico uestro triūphare, cū hæc oia nostra in uestrā utilitatē scribant, q̄ si duces haberē nostri operis, multo melius, ueriusq̄ scripsissem, & ut ad institutū accedam, uideo nostros plurimū errare in colorū noibus, unde quantū potui ex **A. Gellio**, cæterisq̄ scriptoribus idoneis quedā de coloribus excerpsi, in quibus si errauro, corrigite p̄cor, nō obtrectate. **S**unt aut̄ hæc ex **Gellio**. li. ij. nocti. **F**uluus em̄ & flauus & rubidus & phœniceus, & rutilus & luteus et spadix appellatiōes sunt ruffi coloris, aut acuetis eū quasi incēdētes, aut cū colorī uiridi miscētes, aut nigro infuscātes, aut uirēti sensim albo illuminantes. **N**ā phœniceus quē græci φοινικῶν dicūt noster est & rutilus & spadix phœnicei συνώμυα. i. cognata qui factus græce noster est, exuberantiā splendorq̄ significabat ruboris. **F**uluus autē color est de ruffo & uiridi mixtus in alijs plus ruffi habēs, unde fulua est aq̄la & iaspis, fuluū est aurū & arena fulua, & leo fuluus est. **F**lauus cōtra uidet̄ ex uiridi & ruffo, & albo concretus, sic comæ dicunt̄ flauę. **P**acuuus aquā flauā dixit. **R**ubidus autē & ruffus atrore nigroreq̄ multo mixtus, mea opinione, teu. braun. **L**Vteus contra ruffus color est diluitor, gant̄ rot. hæc ex **Gellio**. **V**iridis item color plurimis uocabul̄ dicit̄ **C**esius, ceruleus, glaucus, & prasinus. **C**eruleus tamē græco uocabulo cyaneus sub uiridis est & subniger. **H**iacynthinus uel melius iāthinus color quē uulgo cœlestinū uocat̄, ion em̄ græce uiola est latine, & anthos flos. **H**iacynthus, ut dicit̄ **H**iero, sup̄ **E**zechiele, est lapis q̄ cœli habet similitudinē, quod si bñ, & hiacynthinus bene dicit̄ cœlestis. **N**iger autē color alijs noibus dicit̄ pullus & fuscus. **F**uscus tñ color recedit paulū a nigro, est em̄ color inter albū & nigrū, teu. braun. **O**uidi. Si nigra fusca uocet̄, & est color niger lugentiū, qui græce anthracinus dicit̄, a carbone qui an thrax dicit̄. **M**Vstellinus color dicit̄ liuidus & lentiginosus, et talis fit in uetibus q̄ sanguineis guttis insperſæ sunt. **I**nde enim lentiginose sūt & maculosæ. **V**ENetus color mediū tenet inter albū & nigrū. i. fumeus, quē ut ego sentio nostri barbare dicunt̄ griseū, & latine fuscus etiā dicit̄. **E**undē colorē apud **I**talos iā berythinū dici audio, ut nup̄ mihi dixerūt in **I**nsbruck quidā exules **M**ediolanēses. **R**AUus autē color niger est mixtus cū fuluo ut **A**cron non pessimus **H**oratiij interpret, est auctor, talis est luporū, ut **H**oratius in carminibus. **A**ut ab agro raua decurrens lupa lauino,

DE ABEVSIONE

AD MAGNIFICVM ET GENEROSVM FRANCISCVM

comitem de Zollern adolescentem & nobilissimū & doctissimū
Epigrāma Henrici Bebelij Iustingensis Iucui.

- Tu quid de Zollern insignia nomina gestas
Sueuorum specimen o generose comes.
Francisce immensum uolitat tua fama per orbem
Sub teneris annis, mollibus atq; genis.
10 Quid sudorificum cum docto helicone Solonem
Et sapias quicquid flaua Minerua docet.
Vsq; adeo ut nulli diceris iure secundus
Sit comes, aut quisquis nobilitate uiget.
Qualis eris post hac, o quanta laude parentes
Lustrabisq; tuos uel genus omne tuum.
Quamuis sit genitor toto notissimus orbe
Viribus, eloquio, martigenaq; manu.
Atq; tuus presul, quo nil sapientius usquam
Iustius aut melius Phœbus in orbe uidet.
20 Quid referam patruos, & uitæ nomina gentis
Laudibus insignes, militiaq; graues.
Quos omnes uinces, modo det tibi Iuppiter annos.
Et fuerint uitæ stamina longa tuæ.
Hæc tua me uirtus pepulit tibi mittere nostras
Diuitias, uersus castaliosq; modos.
Nouero si te non caperata fronte minuta
Nostra hæc tractantem, post modo plura dabo.

AD EVNDEM FRANCISCVM COMITEM DE

Zollern generosissimū, epistola Henrici Bebelij.

- Si uest a ueteribus memoriæ proditū comes generose, eos etiam quos
nuncq; uiderimus propter eorū admirabiles uirtutes amare soleamus, ius
30 stillime ab me factū arbitror, si tibi nobilissimo simul & doctissimo adoles
centi adhuc non nisi fama cognito meas rudes & inconditas ofellas & pri
mitias militare sum aggressus, q; ea te fama comitetur, ut supra ætatē sapi
as, nec quisq; equaliū tuorū nisi longo interuallo tibi secundus dari possit,
ingenio, eloquio, cultissimaq; eruditione, quadā igitur admiratione & ob
seruatiā tui ductus uolui chartaceo aliquo, pyriocq; munere te mihi deme
reri, sperans in hoc facturū me tibi rem gratissimā. Scripsi igit quosdā pau
cas annotatiunculas in Māmetractū siue māmetreptū, cuius auctor mihi
ignotus est, & sub tui nominis uexillo in lucem edere placuit, ut tuū clientē
40 a garrula illorū mussitatione defensares, qui nihil unq; nisi protritū & cōs
culcatū legerūt, & dum bona imitari non queūt, quod solū facere possunt
quos tamen omnes non assis faciā, nec unq; manu conferta in ius traham,
quā nostra non legant, nō em tarentinos, cōsentinos & siculos uolo, ut Lu

cilius esse lectores mearū rerū, sed Romanos & plane Latinos, qui laborant
 tū nouere sudorē, uel lassīs manū porrigere, uel errantibus iter ostendere, q̄
 si qui futuri sunt qui me partim arrogante, partim temerariū dicāt, q̄ ego
 adhuc adolescens uelim emendare, uel mutare ea q̄ iam multis seculis ab
 eruditissimis & indoctis cōsono ore, uel prolata sunt, uel scripta, uel inter
 pretata, quodq̄ iā diu usurper ac teneat fere ubiq̄ Romana ecclesia, p̄tinus
 respōdebo uerbis illis q̄bus se quondā diuus Hiero. aduersū suos detractor
 res tuebatur, ad Marcellā sic scribens. Ad me perlatū est quosdā homuncu
 los mihi studiosē detrahēre, cur aduersus auctoritatē ueterū & totius mun
 di opinionē aliqua in sacris literis emendare tentauerim, quos ego cū poss
 sem meo iure contēnere, aliō quippe lyra superflue canit, tū ne nos super
 bic (ut facere solent) arguant, ita respōsum habeāt, nō adeo hebetis fuisse me
 cordis & tam crasse rusticitatis, quā illi solā pro sanctitate habent, piscatorū
 se discipulos asserētes, quasi iccirco sancti sint si nihil scierint, ut aliqd de do
 minicis uerbis, aut corrigendū putauerim, aut nō diuinitus inspiratū, sed la
 tinorū codicū uitiositate q̄ ex diuersitate librorū omnīū cōprobatur, ad gr̄c
 cam originē unde & ipsi translātū nō denegāt uoluisse reuocare, q̄bus si dī
 splicet fontis unda purissimi, cœnosos ritulos bibant, ita & ego faciā, quā
 cūq̄ uel a p̄sumptoribus, ut ita loquar, imperitis emēdata peruersius, uel a
 librariis dormitantibus, uel a uitiosis expositoribus, aut corrupta sunt, aut
 mutata corrigā nō reprehendā, corrigēda em̄ sunt peccata nō rephendēda,
 nec detrahūt qui uerū dicit, ut idē Hiero. testis est. Cū igit̄ nup̄ tumultuata
 & breui lectione plustrassem Māmetractū, plurāq̄ offendissem, uel male in
 terpretata, uel male & puerse scripta quo ad orthographiā, uel male enūciata
 quo ad profodiā, uolui hic parua hęc ānotamēta subiicere, ne diuinorū elo
 quiorū tractatores huic nimis addicti, in multos errores p̄cipitarētur, essent
 q̄ doctis ridiculo &c. Nō aut̄ tibi psuadeas, ut rumusculos uulgo aucupa
 ri studuerim me scripsisse hęc, sed ut sueuigenis scholasticis, q̄bus ego in pri
 mis bñ faueo, & merito, ad politiora studia adipiscēda aliqd adiuuenti cō
 ferrē. Te aut̄ generosissime comēs Frācisce huic opi patronū adhibui, & iu
 dice, ut ab oībus detractoribus & blateronibus tueris tibi deditissimū. Va
 le & me ama, Ex Tubinga xvi. Kalendas Maias. Anno. M. CCCC.

SEQVUNTUR ANNOTATIONES ET EMENDATIO
 nes Henrici Bebelii in Māmetractū, siue Māmotreptum.

MAMmetractus. Exenia. i. dona de longe missa, ab e & xenos quod
 est peregrinū, & dicii hoc exeniū. Ecclesiastici. ij. **BEBelius.** Xenia dicens
 dū est nō exenia, ut ubiq̄ apud gr̄cos leges, & in penulti. lib. **Martialis** po
 etæ, ubi multa de xenis dicit. **Atem** & **Victruuius** lib. vi. de architectura. **Di**
 cuntur aut̄ xenia munera hospitalia. **Xenos** hospes, xenicon hospitū latī
 ne dicitur. **MAMmetra.** Agyos ab a quod est sine & geos quod est ter
 ra, id est sanctus, sine terrenorū amōre. In hymno. **Conditor** alme syderū.
BEBe. Agios cū i simplici scribit̄, & ualet latīne sanctus, & gr̄ci hagio

ANNOTATIONES

aspirat, sicut & hagnes nō aut dicitur ab a & geos, quod est terra, sicut dicit
Mametractus, sed per se nomē est & simplex. **G**e em quod græce terrā signi-
 ficat scribitur cum e longa, hagnos cum i & eodē breui, dignū hic etiā duxi
 interpretari studiosis illa græca uerba quæ canūtur in sacro ieiuniorū tem-
 pore. Sic scribantur, ἀγίος ὁ θεός, ἀγίος ἰσχυρός, ἀγίος ἀθάνατος ἐλεῖσον
 ἡμᾶς, hoc est, hagnos ho theos, hagnos ischyros hagnos athanatos eleison
 imas, ho aspirari debet & est tantū articulus **A**gios, id sanctus, ho tantū ar-
 ticulus est, theos. i. deus, inde **T**HEOLOGUS per th aspiratū dicitur, quasi lo-
 quens de deo. **I**Schyros ultima acuta legendū est, & scribitur cū i latino in
 10 principio & cum y græco in medio, & ch aspirato, & latine dicitur fortis uel
 grauis. **A**THanatos legatur accentu cadente super antepenultimā, scribat-
 urq; in principio cum th aspirato, & in fine t exili, & dicitur latine immor-
 talis, ab a id est sine, & thanatos mors, quasi sine morte. **E**leison, id est misere-
 re, imas. i. nos, & eleison debet esse quattuor syllabarū accentu cadente sup-
 ante penultimā, & est impatiuus a uerbo græco ἐλεῖω, quod est misereor.
MAMme. Biothanatus penultima producta, id est bis mortuus, a bis &
 thanatos, quod est mortale, in legenda Geruasii & Prothasii. **B**EBe. Bio-
 thanatus Βιοθάνατος, id est per uiolentiā mortuus, & dicitur nō a bis, sed a
 20 bia, quod est uiolētia, & thanatos mors. Inde biothanata mors, id est mors
 uiolenta, & penultima nō acuitur, sed antepenultima, sicut etiā athanatos,
 ut supra diximus. Dicuntur biothanati uiri, uel biothanatæ mulieres quæ p-
 uim, & uiolentiā mortem obierūt. **M**AMme. Profelicus uel profelitus
 penultima correpta, dicitur aduena & incircumcisus, a pros quod est ad, &
 elico, quod est uenio, in prologo bibliorū. **B**EBe. Profelytus προσήλυ-
 τος dicimus in penuli cū y græco, & postea t exili, nō aut profelicus per e
 ut hic dicit, & ualet latine aduena uel peregrinus, nō aut dicitur ab ad & eli-
 co, ut indocte tradit, sed potius nomē græcū per se, uel uenit a uerbo græco
 προσελύτω, id est aduenio. At nō multū dubito quicqd hic reperitur in
 hoc Mametracto cuius auctor mihi est ignotus hoc idem reperiri apud **C**a-
 30 tholiconē. **H**ugutio. **P**apiā. Græcisā, Isidorū, qui oēs multas tenebras infu-
 derūt in linguā latinā, suis ineptis expositionibus, & interpretationibus, nec
 hoc mirū, floruerūt em illis temporibus qñ lingua latina oīno contaminata
 fuit per influxionē Gothorū & Vandalorū, græci aut sermonis nulla erat
 cura nedū peritiā, sed multa sunt uocabula græca in sacris bibliis, un̄ facile
 potuerūt decipi, quoniā nulla est litera latina noui testamēti, ut dicit **L**aurē-
 tius, intellige latine edita primo, quod nō intelligens **A**nto. **M**anci, magno
 errore lapsus est. **N**am cū de erroribus **V**allæ dissertaret posuit hūc errorē,
 ut **L**aurētius uellet, nullā esse latinā & elegantē orationē in nouo instrumē-
 to, qd fuit a sententiā **V**allæ alienissimū, **V**alla em̄ inter cætera dicit, sed tan-
 40 tūmodo ecclesiastici p̄sertim imitati græcos auctores, unde interpretatur, post
 addit, nulla est em̄ litera latina noui testamēti nisi per translationē **H**iero. &
Aliorū. **N**am quicqd est in nouo testamēto græce scriptū est, nō latine, sicut
Paulus epistolas græce scripsit, similiter euāgelistæ, præter unicā epistolam

ad hebræos quam Paulus hebraice scripsit si modo eiusdem auctor est.

MAM. Lampas, adis, uel hæc lampada, dē, lucerna est de uitro. **In** prolo

go bibliæ. **BEBE.** Lampas, adis, uel ados in genitiuo latine ualet fax teste

Plinio, uel ut dicit **Raphael regius**, generale est uocabulū omniū eorū quæ

accensa lucent, lampada autē lampadæ in prima declinatione nūq̄ inueni

apud quenc̄, sed lampadion græce quæ est parua lampas, nam est diminu

tiuū græcum lampas, in prologo bibliæ. **MAM.** Vulgares autē magum

appellant sapientē, a magnitudine scientiæ. **BEBE.** Non uulgares, sed sa

pientes hoc dicunt, sed uulgares magum pro malefico accipiunt, ut superi

us diximus in hymno. **H**ostis herodes, sed non dicitur a magnitudine scien

tiæ, quoniā persicum est uocabulū, non latinum. **L**egitur in prologo Iob,

q̄ si cui uideatur incredulū metra scilicet esse apud hebræos, & in morē nos

stri **Flacci**, **Gracci**; **Pindari** &c. peruersè legitur gracci, tu legas græci non

gracci, prius em̄ dixit nostri flacci. i. **H**oratii latini, nostri em̄ quod dicit uult

intelligere latinū, gracci; **Pindari**. **P**indarus em̄ græcus fuit & optimus lyri

corū, sed **H**ora, apud latinos primus lyrica scripsit, nec graccus esse pōt pro

priū nomē, nam nemo poetarū græcorū graccus unq̄ dictus fuit. **G**racchi

autē **R**omani ciues fuerūt clarissimi oratores, nō poetae nedū lyrici, legit itē

in prologo bibliorū ad **Titu** **L**iuuū lacteo eloquentiæ fōte manantē, ubi falso

manentē impressum ferme est in oibus exemplaribus. **MAM.** Iosephus

media correpta in prologo bibliæ. **BEBE.** Iosephus mediā producit, un

iuuencus poeta. **V**igetur monitus **M**ariā puerūq̄ **I**osephus, testis est etiam

Prisca, qui dicit. **N**omina barbara acutū in fine accentū detinētia, more las

tino declinata, accentū ipsum acutū retinent, & penultimā producant sylla

bā, ut ab **A**dām adamus, a **I**oseph Iosephus, ab **A**brahām abrahamus.

MAM. Hæc baselica, cæ. penultima correpta dicitur domus regis, a base

leos quod est rex uel imperator, in prologo bibliæ. **BEBE.** Basilica per i

nō baselica proprie significat locū in quo negotiatiōes, & cōsilia, & iudicia

exercebantur, dicta basilica quasi regia, nā & publicus & regius locus erat,

in quo & aliqñ cōuiuia maxima, saltatiōes & ludi fiebāt. **N**ā & βασιλειον

regē latine sonat. **A**pod ecclesiasticos autē basilicæ dicunt facella numinibus

cōsecrata. **I**nde basilicani dicunt custodes basilicæ apud **A**ugu. & **O**rosiū

quos uulgo **C**ōpanatores uocat. **MAM.** **M**oyse a moy qd̄ est aqua, &

les qd̄ est assumptio, in prologo bibliæ. **BEBE.** **V**arua est hæc interpretatio & ni

hil ualens, hebraica est hæc dictio, & ita interpretatur a diuo **H**iero. in hebrai

cis noibus. **M**oyse uel moses dicitur attractans, uel palpās, aut sumptus ex aq̄

sive assumptio, & in hymno. **I**nuētōr rutili plura de hoc noie dixi. **MAM.**

Adāmātinus penul. pro. **I**n prologo bibliæ. **BEBE.** **A**dāmātinus penul.

corre. **P**ropercius. **C**olchis flagrantē adamātina sub iuga tauros. **H**ora. i.

carmi. **Q**uis martē tunica tectum adamantina. **MAM.** **E**pithome huius

epithomes penulti. produ. dicitur abbreviatio, ab epi quod est sup, & tho

mos qd̄ est sectio uel diuisio, in prologo bibliæ. **BEBE.** **E**pithome επιτομη

uel epitoma t exili scribitur & corripit penultimam, quia per o micron,

ANNOTATIONES

- id est o paruū & breue scribitur. Et latine interpretatur breuiarium uel abbreuiatio. Et dicitur a thome quod est sectio uel incisio. Tomon em̄ gr̄ci appellant particulas librorū abscissas. **MAM.** Hoc epithalamiū ab epi quod est supra, & thalamus quod est camera. **BEbe.** Epithalamion dicitur carmen nuptiale, & sacer hymnus qui in sponsalijs uiri & uxoris canebatur, Et licet nō reprehendā Māmetracti interpretationē, tamē in hoc male dicit thalamus quod est camera, aliud enim thalamus per th aspiratum, aliud camera. **THA**lamus est cōiugis utriusq; cubiculū, **CAM**era autē est testudo & lacunar, parsq; superior cubiculi, non totū cubiculū. **MAM.**
- 10 **Hec** energiā penul. produ. dicitur interior operatio siue labor, ab en. quod est in, & erge quod est operatio siue labor, in prologo bibliæ. **BEbe.** uerum est ἐνεργεια energiā penul. producit, quia per ei diphthogon scribitur penultima tamē acuitur, sed potius dicitur ab ἐνεργεια gr̄co uerbo, quod est ago & operor. Tullius lib. pri. academicarū quæstionū ita interpretatur energiā gr̄ce latine dicitur perspicuitatē aut euidentiā. Et Quintili. li. viij. insitit. orato. eodē quali modo. Eschines etiā nomē clarissimi oratoris media est produ. non correpta, ut dicit Māmetractus. **MAM** apocryphus dicitur ab apo quod est de, & cryphos secretū, in prologo bibliæ. **BEBE.**
- 10 **Apocryphus** ἀποκρυφος cum y gr̄co in penulū. dici potest absconditus uel abditus, & cōponitur ab apo præpositione quæ rem exaggerat, & κρυπτω. i. abscondo, uñ opa dicuntur apocrypha, hoc est abscondita uel dubia & nō recepta. **MAM.** Hic herem^{us} media correpta est desertū, in prologo bibliæ **BEbe.** Hæc eremus ἐρημος dicimus sine aspiratiōe & media produ. ut diximus. in hymno. Inuentor rutili &c. Inde ἐρημίτης eremita. **MAM.** Hic & hæc geometra trax. dicitur mensurator terræ, & hic geometer tri. & utriusq; scdm usum cōmunem produ. penul. & potest dici componi a ge, quod est terra, & metior iris. quod producit primā, & non a metros, quod est mensura quod primam corripit. unde uersus. **Grām**aticus rhetor, geometer, pictor, aliptes in prologo bibliæ. **BEbe.** Geometria dicitur quasi geas, id est terræ, & metros mensura, quasi mensuratio terræ. Inde geometra dicitur mensurator terræ, non autē dicitur a metior iris. &c. penul. enim non producit ut hic dicit, sed corri. unde sic legi debet carmen Iuue. **Saty.** iij. **Crām**aticus rhetor geometra pictor aliptes, non geometres uel geometer, geometra em̄ prima & secunda syllaba non possunt breuiari, cum prima per ei diphthogon scribatur, secūda cum o longo, multa igitur incōueniētia sequerentur. legas igitur geometra penulti. breui non longa, sed q; hic allegat usum, intelligit abusionem & corruptelā imperitorū. **MAM.** hæc arismetica ab ares, quod est uirtus, & rithmos quod est numerus, antiqui dicebant arismetica penul. semper corripit. **BEBE.** Arithmetica dicendū est nō arismetica. Et dicitur ab arithmos. i. numerus, quia est sciētia de numeratione, nō autem dicitur arismetica ab ares. i. uirtus. **ARE**te em̄ uirtus dicitur nō ares. **ARES** autē areos mars dicitur. Inde areopagus, quasi areos, hoc est martis pagus, id est uilla, ut dicit Hieron. in interpretationibus hebraicis, non autē

ab ares quod est uirtus sicut interpretatur Māmetrectus in alio loco.

MAM. Hic cento onis, est punctus siue punctatio. **Virgili** cento est cōsilatio facta de uersibus **Virgili**, sicut etiā **Homeri** centones.

BEBE. Cento fit ex diuersorū colorū pannis uel lanis in unū condensatis. Et **Aufonius** poeta argutissimus in suo centone ita dicit. Cento quid sit ipse absoluam, uarijs de locis, sensibusq; diuersis quædā carminis structura solidatur in unum uersum ut coeant, aut cesi duo, aut unus & sequēs cū medio, nam duos iunctim locare ineptū est &c. Inde **Virgili** centones &c. Et tātū de prologō bibliorū, nunc sequuntur sine ordine & alia uocabula.

MAMME. **Barrabas** media correpta p duplex r & simplex b.

BEBE. Contrario modo scribitur simplici r & duplici b, & media pdu. unde **Seduli** tūc coluere bahal, tūc elegere **Barabbā**. Nam ut dicit **Hiero.** in hebraicis nominibus syrum est uocabulū, & ualet tantū quantū apud nos filius patris, & ex bar quod illos est filius, & abba pater.

MAM. Mutuo uult dantem, sed mutuo accipientē. **BEBE.** Mutuo & mutuo idē significant, ut dicit **Priscia**, lib. viij. de significatiōe uerborū &c.

hoc uerū esse probat **Sene.** episto. lxxxij. dicens, quanto hilarior est qui soluit, q̄ qui mutuauit, id est mutuū accepit. **MA.** Lictores sunt qui damnatos scdm legem occidebat, uel ad mandatū iudicis puniebāt, & dicit lictor quasi legis ictor, & in alio loco lictor etiā dicit leccator a lingo. **Ezechielis**

xxxix. **BEBE.** Lictor nō dicit legis ictor, sed a ligado, ut dicit **Valgius** rufus, & **A. Gel.** lib. xi. ca. ij. lictores igitur ministri sunt magistratū, quod cū

magistrarus populi romani uirgis quempiā uerberare iussissent, crura eius & manus ligari uinciriq; a uiatore, hoc est lictore solita sint, hos uulgus in

doctū apud nos precones uocat. Sed **Tyro tullius.** **M.** **Ciceronis** libertus lictorem uel a lino uel litio dictū scripsit. litio enim transuerso quod linū appellatur, qui magistratibus inquit præministrabāt, cincti erant. **Plutarchus**

ut græcus a græco uerbo deriuari cōtendit, sed hæc iam dicta nō displicēt quod autē **Mamme.** addit, lictor dicitur leccator, non est latinus sed sarma

ta & barbarus. **Nemo** enim unq̄ latinus dixit leccator, nec **ruffianus**.

MAM. Prætor oris, media correpta est præpositus cū iratis.

BEBE. Prætoris, pducit, nō corripit mediā. **luue.** Sat. i. Nobiscū da prætori, da deinde tribuno, Et idem in. viij. **Nec** dubitāt celsi prætores uendere

ludis. Et prætores dicti sunt omnes qui p̄sunt exercitui, ut dicit **Alconius** pedianus, & sic dicti q̄ præirent & anteirent iure in exercitu, ut dicit **Varro**.

MA. Hæc zizania, orū, plu. nu. pe. cor. sed zizania. æ. sc̄. pe. producit, unde uersus. Sint zizania, sed plura zizania dicas. **BE.** Hæc zizania sc̄. ge.

& hoc zizaniū neu. ge. singularis etiā nu. declinari pōt. **Hiero.** **Zizaniū** m̄

xtum est tritico, sed pe. breuis est utrobq; nec uera est stultissima illa differe

rentia quātitatis syllabarū. **MAM.** Inedia, i. penuria, & **Iob.** xv. ij. Inedia, id est paupertas. **BEBE.** Video apud plærosq; nostros inediā accipi pro

paupertate, sed male. Inedia em̄ nihil aliud est q̄ abstinentia cibi, unde siue quis diues fuerit, siue pauper, dum abstinerit a cibo, inediā dicitur pati.

ANNOTATIONES

Hiero. in epist. ad Marcellā de laudibus Asellæ, ieiuniū pro ludo habuit, inediā p̄ refectiōe. Et idē de uita monachorū. Bidui triduiq; inediā sustinētēs. Vnde **Pli.** na. histo. lib. xi. scribit, q̄ inediā ante diē septimū nō est homī letalis. Idem auctor est plerōsq; durasse ultra undecimū diē. Et **Alber. ma-** gnus lib. de animalibus. vii. sceminā fuisse quæ sine cibo dies interdū. xx. interdū. xxx. durabat. Virū quoq; melācholicū idē se vidisse testat, qui inediā, hoc est cibi abstinentiā septem uixerit septimanas alternis tm̄ diebus gustum aquæ limpide exorbentem. & præterea nihil.

MAM. Annona media producta esca & alimonia. **Esdrae.** vii.

10 **BEBE.** Annona ab anno deducitur, sed non est simpliciter esca, ut hic dicitur, sed annona dicitur prouentus frugum unius anni.

MA. Licostratos a licos quod est lapis, & stratos quod est uariatio.

BEBE. Lithostrotos λιθόστρωτος in penul. nō cū a sed o lōgo scribit, & enūciari debet. scribit em̄ p̄ ω mega, hoc est o lōgū, sed iuxta græcū accentū cū græca maneat dictio antepenul. acute pronunciāda, sicut etiā energia et parasitus, & dicii pauimētū lapidibus stratū. Et componitur a lithos quod est lapis, & strotos. i. stratos, ne dicas licostratos, ut barbari faciunt.

MAM. Apocalypsis dī ab apo qd̄ ē re, & calipsis. i. uelatio. In apocalypsis.

20 **BEBE.** ἀποκάλυψις Apocalypsis in penultima cū y græco scribit, & cōponit ab ἀπό quod est re, & κάλυπτω quod est uelo, operio uel tēgo, non calypsis. Inde apocalypsis dicii reuelatio, & liber reuelationū, & habet accentum in antepenultima.

MAM. Poderis media correpta, & dicitur a pos podos qd̄ est pes.

BEBE. Poderis ποδῆρις media longa est, non breuis, ut licet intueri in græcis literis, per nem̄ quod in e longū conuertitur apud latinos scribitur, & est uestis, teste **Hiero.** ad **Fabiolā** talaris, hoc est usq; ad pedes pertingens quia utuntur sacerdotes pro camisia in diuinis ut barbare loquar. Est enim camisia barbarū nomē & uulgare, ut in eodē loco **Hiero.** dicit.

30 **MAM.** Miseror. aris deponēs est & transitiuū, & ad deū pertinet, sed miseror. eris. ad hominē spectat cum datiuo. In hymno iam notis.

BEBE. Seruii. i. ænei. idem est miseror & misereor. sed alterū. i. miseror regit accusatiuū. **Virgi.** miserata dolores. Alterū misereor genitiuum. Nota hic dixisse **Seruiū**, misereor regit gtm̄, & græce etiā dtm̄, sed non nisi raro. Quæ autē regat gtm̄ plurima sunt exēpla. **Dido** **Virgiliana** in. iij. Misereor fororis Et **Plau.** in capti. Nemini misereri certū est, & plura alia. Sic multo absurdior est differētia inter illa duo uerba quā dat **Mame.** Nam quotiē diē legimus. Misereor mei deus, ubi misereri est non ad hominē, sed ad deū.

40 **Item** miseror non est tm̄ ad deū, sed ad homines. **Virgi.** in. vi. ænei. Nec minus **Aeneas** casu percussus iniquo, Persequit lachrymas, est et miseratus eū tem. **Festus** tm̄ illā ponit differētiā inter miseror & misereor, ut miserē qui conuērat aliena incōmoda, misereat autē a misereor qui miserū subleuet, sed **Nonius** aliā, sed hæc differētia confunditur apud idoneos.

MAM. Parapsis a par & abscida, quasi paribus abscidis. i. lateribus.

BEBE. O quā friuola & inepta interpretatio, primo dicendū est *παροψία* paropsis non parapsis, Et cōponit a para. i. ad & opson. i. cibus teste Dionysio Nestore, Macinello & Georgio merula. Et est proprie paropsis iuris genus auctoris Polluce & Eustathio, quanq̄ etiā sicut & in euāgelio, pro repositoio opsoniorū apud idoneos tam græcos q̄ latinos legat.

Mam. parasitus. i. leccatoribus, a para qd̄ est iuxta & situs ueter, in legenda Agnetis. **BEBE.** Leccator non est latinū. At parasitus, *παρσίτης* dicitur qui mensas diuitum sequit̄, cibiq̄ gratia omnia laudat, toleratq̄. Et dicitur a para. i. ad & siton cibus, sitos uero frumētū est nō uenter, ut ille dicit fuit aut̄ hoc nomē primū in honore, utpote q̄ sacro ministro additus eēt. 10

Mamme. Pluraliter hæc anaglysa. orū. dicitur supereminētes picturæ penul. semper producta, ab ana quod est super, & glysen quod est sculpsere. Item anaglysa dicuntur uasa superius sculpta. iij. Regū. vi.

Bebe. Anaglyphon uel apud nos anaglyphū in singulari dicitur, & anaglypha in plurali, scribitur cum y græco in penultima, & ph, non f, ut uulgo putatur. Et anaglypha nihil aliud significat nisi superius sculpta, ab ana quod desuper indicat, & γλύφα, id est sculpo, non glysen, ut hic dicit.

Mam. Mausoleo penul. produ. i. sepulchro. n. g. in prologo sup̄ Abdia.

Bebe. Hæc est frigidiuscula expositio, unde em̄ est q̄ mausoleū dicit̄ sepulchrū, id qd̄ in primis necesse erat dicere, q̄uis p̄ciosa tātū & sumptuosa, quale fuit Mausoli regis, sepulchra dicant̄ mausolea. Cōsule igit̄ præter cæteros diuū Hiero. qui graphice rem explicat cōtra Louinianū lib. pri. ca. xxv. vij. Arthemisia quoq̄ uxor Mausoli insignis pudicitiaē fuisse perhibetur, quæ cum esset regina Carie, & nobilitū poetarū atq̄ historicorū laudibus prædicet̄, in hoc uel maxime effertur, q̄ defunctū maritum sic semper amauit, ut uiuū, & miræ magnitudinis, ac pulchritudinis extruxit sepulchrū in tantū ut usq̄ hodie omnia sepulchra preciosa ex noie eius Mausolea nuncupentur. unde & Prop. dicit. Et mausolei diues fortuna sepulchri. 20

Mamme. Hic tragelaphus penul. correpta est, hircoceru^s a tracos quod est hircus, & laphus, id est ceruus. Deutero. xliij. 30

Bebe. Tragelaphus *τραγέλαφος* accentu acuto in antepenul. nō est hircoceruus, sed aīal hircō & ceruo silē, uel ut Pli. dicit in. viij. na. histo. species est cerui, barba tū & armorū uillo ab alijs distās, nec alibi q̄ iuxta Phasim amnē nascens, Et est cōpositū ex tragos. i. hircus, & elaphos. i. ceruus.

Ma. In lechito media producta, hic lechitus t̄. est uas amplū de aurichalco. iij. Regū. xvij. **Bebe.** Λεκυθος lecythus scribit̄ cum e exili y græco & th aspirato. Et est ge. fœmi. nō mas. testis est Aristophanes in Pluto & Ioannes Crastonus, & Cicerō lib. vi. episto. ad Atticū. Nosti illas lecythos & cetera. Itē lecythus corripit mediā nō p̄ducit, ut tradit hic noster & Alexander Gallus, testis est Homerus odisseę lib. viij. ut allegat Crastonus & alij. Lecythus aut̄. græce uas oleariū latine dicitur, non uas de aurichalco, diuus Cyprianus lecython interpretatus est capsacē. Apulei. lib. ij. floridorū Ampullam oleariā appellat, quam græce dicimus lecython. 40

ANNOTATIONES

MAM. Apoforeta penultima producta uasa a ferendo poma, uel aliud dicta, ab ap quod est a, & fero fers. In legenda **Vitalis & Agricolæ.**

BEB. Apophoreta per ph non fin antepenultima usurpauit. **Sue. Tran-** quillus, pro muneribus quæ ab imperatore ciuibus remittebantur. **Sunt** igitur apophoreta non uasa, ut hic dicit, sed munera saturnalia, & proprie illa quæ pro xeniis remittunt, qualia hodie a nostris die na tiuitatis christi. unde & **Martialis** nouissimū librum apophoreta inscripsit. dicuntur autem apophoreta non ab apo & fero, sed ab ἀποφέρειν, quod est referre.

MAM. Sabbatū dicitur tota septimana dies septimus, & quilibet dies septimane, **Matth. xxij.** **BEB.** Sabbatū ut dicit **Lactan. lib. viij. ca. xiiij.** in lingua hebræorū a numero nomen accepit, & est dies septimus, nam eorū lingua, ut aiunt, saba septem significat. **Hoc** idem uult **Iustinus lib. xxxvi.** q scribit **Moysem** ab ægypto cum suis pulsum sacra ægyptiorū furto abstrulisse, itaq; **Damascena** antiqua patria repetita mōtē **Sineū** occupasse, i quo septem dierū ieiunio per deserta **Arabia** cum populo suo fatigatus, cū tandem uenisset, septimū dierū more gentis sabbatū appellatū, in omne xuiū ieiunio sacrauit. **Alii** dicunt sabbatū hebraice latine requiem interpretari, eo q; deus requieuisset in eo ab omnibus operibus suis.

MAM. Perichelidas penul, correpta ornamento brachiorū a parte posteriori pendēs, unde dicit a peri quod est circū, & chelis brachiū, uel a chelon quod est curuū uel crūs siue brachium, hæc perichelis. idis. antiqui scribebant periscelida. **Esai. iij.** **BEBE.** Latini & eruditi dicunt periscelis περισκελις, indocti autē & barbari perichelis uel perichelida. **da.** & nō est ornamentū brachiorū ut hic dicit, sed crurū. **Audi** nostrū **Miero. ad Fabiolam.** **Periscele.** græce a nostris sceminalia uel braccæ usq; ad genus pertingentes dicuntur. **Sic** etiā **Porphyrio** non pessimus grāmaticus, dicit periscelis ornamentū est pedis circa crura. unde **Hora. in episto. ad Sæciam.** **Nora** res fert meretricis acumina sæpe catellam. **Sæpe** periscelidem, nec componitur a chelis, id est brachium, sed ab scelos, id est crūs.

MA. Scenophegia penul. cor. festū tabernaculorū, a scenos uel scenon quod est umbra, & sagin quod est comedere, quia comedebant sub salicibus. **Ioānis. xij.** **BE.** σκηνοσκηνία scenophegia dicunt græci, latini aspiratiōnem adderūt, & dicūt scenophegia, & est neu. gene. Est & illa celebritas hebreorū quā sub tentorijs in solitudine celebrarūt, liberati per **Mosen** de seruitute ægyptiaca. **Dicitur** itaq; a σκηνος quod est habitatio & tabernaculū & σκηνυμι græco uerbo quod est figo uel conglutinō, quasi celebritas illa qua figebant sua tentoria & tabernacula.

MAM. Paranympus. i. nuptiarū procurator siue custos sponsæ, a para quod est iuxta, & nympa quod est aqua qua sæpe sponsa utitur.

BEB. Paranympus cū γ græco in penul. est ille qui ab ecclesiasticis uiris pronubus dicitur, a ueteribus autē auspex. **Nam** quia antiqui pro nuptijs celebrandis auspiciū capere solebāt, qui præerat huic rei pro parte uiris, paranympus, a prisicis auspex dicebāt, ut **Lucanus in. ij.** **Cōtenta** est au-

Ipice Bruto. Et ut auspex pro parte uiri, sic & pronuba pro parte mulieris
 adhibebatur. Ita q; cum apud christianos auspicia minime captentur, adhi-
 bentur sacerdotibus, qui & pronubi iam uocantur, dicitur autem paranymus
 phus a para & nymphe, qd est sponsa. **MAM.** deliramenta dicit. **MAM.**
 Hic arabo, onis, dicitur pignus, ab arabo quod est pignus græce & produ-
 cit mediã in reãtis & penultimã in obliquis. **V**nde uersus. Pars arabo uer-
 nit precii dũ res bona uenit. **Genesis.** xxxviij. **BE.** Nestor Dyonisius p̄cis
 pit scrib̄ i arrhabo per ultimũ r aspiratũ, unde **V**arro de lingua latina arrha-
 bo sic dicta, ut reliquũ reddatur, nõ est aut̄ idem arrhabo & pignus ut hic
 dicit, sed diuus Hiero. sup̄ epist. ad Ephe. hanc ponit differẽdã. Arrhabo fut-
 turæ emprioni quali quoddã testimoniũ & obligamentũ datur. Pignus ue-
 ro pro mutua pecunia opponi, nõnulli arra dicunt. Arrhabo aut̄ nõ pro-
 ducit mediã, sed in obliquis penult. & in uernacula nostra dicitur handlon
 v ueinkaufl. **MAM.** Stadium a stando, est o staua pars milliarij. ñ, macha-
 beo. xij. **BE.** Be. στάδιον stadiũ nõ dicitur a stando, græcũ em̄ uocabulũ est
 quod iuxta Seruiũ nõ patitur latinã etymologiã, latine curriculum transferẽ.
 Est etiã locus in quo equi hoies ue currunt & certant athletæ, dictum ἀπό-
 τῆσ̄ στάδιος, hoc est a statione, q; Hercules eo spacio uno spiritu confecto cõ-
 stitisset. Inde stadiodromi dicti sunt, q in stadio cursu certant, uel stadiodros-
 mos locus est cursus illius & exercitationis. **MAM.** Apocrisarii. i legari
 & secretarii. Apocrisarius est thesaurarius legatus, secretarius, cancellarius,
 in legenda Martini pape. **BE.** Apocrisarius cũ i latino in tertiã syllaba
 dici potest a nobis responsalis, nam proficiscitur ab ἀποκρίνομαι, quod est
 respondeo, & apocrisis responsum significat. Potest igitur dici legatus a res-
 pondẽdo, nõ aut̄ potest dici secretarius uel auricularius, ut hic dicit. **N**ã
 erysis ut significat absconditũ, scribitur per y græcũ non latinum ut hic, nec
 item potest dici thesaurarius, quasi descenderet a chryfos quod est aurũ, q; a
 tunc sic esset scribẽdũ apocrisarii per ch aspiratũ & y græcũ. **E**t ut aliqũ
 finiã, dicit **Lauren.** Valla in Antoniũ **R**auden. Apocrisarius nõ aliter apud
 græcos est nitidũ uocabulũ, q; apud nos ambasiatores, quod nemo nisi bar-
 barus dixit. **MAM.** Cataclysmus a cata quod est uniuersale, uel a per &
 clysmã qd est pars, quasi omnes partes. **Ecclesiastici.** xxxix. **BE.** O quã
 futilis & puerilis interpretatio κατακλυσμός Cataclysmus cũ y græco in
 penul. latine dicitur diluuiũ & inundatio, a cata & clysmos, quod est lotio
 & inundatio, uel κλύω græco uerbo. i. alluo inundo demergo. **MAM.**
Rumphæa mediã correpta. i. gladius siue spata. **BE.** Be. ῥόμφαια rhoms
 phea scribẽdũ est in penul. cũ æ diphthongo, quapropter nõ corripit sed
 producit mediã, Flaccus præter naturã diphthongi illã corripit, cum ait li.
 vi. argonau. **A**equaq; nec ferro breuior nec rhomphea ligno. **E**t scribitur
 in principio cũ rh aspirato. **MAM.** Praxinus mediã producta, nam bras-
 xin græce dicit uiride latine. **BE.** Be. Prasinus per s scribẽdũ est nõ per x
 ut hic, & est mediã breuis nõ producta, unde **M**artialis. De nostra prasi sine
 thesis empta toga. **MAM.** Cynomia penul. correpta id est musca canina

10

10

10

40

ANNOTATIONES

Psalmo lxxvij. **BE**be. scribendum est *κυνόμυια* **Cynomyia** in ante penul- cum y & penultima cum i latino, ut uideri licet inuenti græcum & dicitur latine musca canina, sed ut dicit **Hiero.** in epistola ad **Suniam** & **Fretelam** in psalmo non debet legi **Cynomyia**, i. musca canina, ut latini interpretati sunt, sed iuxta hebraicam intelligentiam per diphthongon debet oi, ut sit cœnomia, id est omne genus mulcarum. **MAM.** Altilium id est auis um nutritarum in domo quasi altilium, ut sunt caupones & auce.

BEbe. Altilia non significant tantū aues saginatas, sed quæcunq; anima- lia que saginant, uel in domo uel in uillis, uel uiuariis, id pulchre tradit **An- 10 toni. Manc.** in tribus uersibus. Altile opulentum signat uel pingue ab alen- do, Altilia appellant animalia quæ sed alūtur. Altilis ut piscis uel auis quas drupes aper, urfus. Adde q̄ auca latinum non est, sed anser comprehendit utrunq; sexū, ut probauimus in cōmentariis de abusione. Adde q̄ **Augu.** in sua grāmatica anser epycœnū tradit, ut cōprehendat utrunq; sexum sub uno genere. **MAM.** Polictores penul. produ. dicunt humatores, siue se- pultores cadauerū, a pol quod est pluralitas, & lictor quod est apparitor.

BEbe. Nihil potest ineptius tradi q̄ illud falsum & puerile interpretamē- tum dicendū est enim Polinctor per n non pollictor, Polinctores sunt qui morientium cadauera curabant, & ungebant, non illi qui sepeliebant, dicū- 20 tur autē Polinctores ut uult **Fulgentius Placiades** quasi pollutorum uncto- res, id est cadauerum curatores, Vel uenit a Pollincerē uerbo quod est cur- rare ungreq; cadauera. **Plautus.** sicut pollinctor dixit qui eum pollinxerat unde pollinctum funus dictum, a pollinctoribus unctum, non autem dici- tur a pol, & lictor, quo nihil potest ineptius tradi. **Sandapilarii** autem dicū- tur sepultores cadauerum, portatoresq; sandapilarum. Sandapila enim est feretrum mortuorum, quo cadauera, plebeiōrum portabantur. Item. **Ve-** spillones quasi pro eodem accipi possunt.

	Theodorus		Dorotheus
	Thessalonica		Origenes
30	Mamme	Sidon sidonis	Precox p̄cocus penul.
	tractus.	Heliodorus	Cillicinus produ.
		Character	Hiacinthinus
		Luter.	Podagra

BEBE. Congelli hic quædam nomina studens breuitati, quæ hinc inde sparsim & suo loco dicit **Mamme** esse uel producta, uel correpta in penul- tima secundum q̄ hic signantur. At sic habetote lectores, ut omnia ea quæ hic producit corripiantur, & primo de his quæ male corripuit. **Nā** primo **Theodorus** & **Heliodorus** & omnia composita a dorō græco quod est do- num, & scribitur per o longū producent do. **Vnde** **luuena. Saty. vi. Tor-** 40 **foris** tantum damno rapit **Heliodorus.** **Martia. Pierios** uatis **Theodori** flā- ma penates, **Sidonis** producit, **Virg. Memini** sidona uenire. alibi melius di- xi de hac re quia ponitur ad placitum; **Character,** eris, cum ch aspirato in principio in obliquis producit penul. quia per n hoc est e lōgum scribitur.

Eodem modo luter. **Podagra** ex natura mediā syllabā breuē habet. **Maxti**.
Litigat & **podagra**. **Diodorus** flacce laborat **Thessalonica** ciuitas produ-
 cit, non corripit penul. unde **Clau**. **Thessalonica** tuos sensu dolor hæret in
 alto. **Dorotheus** & alia cōposita a theus corripiunt penulti. ut **Dorothea**,
Timotheus, unde **Fortunatus** episcop⁹. **Et cū** **Timotheo** uiuere cura meo
Origenes penul. breui legas, sicut omnia cōposita a genos, quod apud nos
 genus designat ut **Diogenes**, **Antigenes**, **Hermigenes**. **Præcox** præcocius pe-
 nul. breui. unde **Calphurn**. æglo. ij. **In** sita præcocius surripere persica pru-
 nis. **Hiacynthinus** penulti. breuis est. unde **Persius**. **Hic** aliquis cui circa hu-
 meros hiacynthina lena, alij legunt ianthina & melius, nihilominus cum
 eiusdem formæ noibus corri. litē cilicinus pen. bre. ut in multis locis uideri
 datur. **Mamme**. **Stuprū** est uiolatio uirginis. **Bebe**. **Stuprū** etiā ad alia
 se extendit. unde **Modestinus**. ff. ad le. lu. de adul. & situ. **Stuprū** in uidua uel
 uirgine, uel puero cōmittitur. **Dicitur** item **stuprū** in mulieribus, ut **Cice**.
 lib. ij. de fini. bono. stuprata per uim **Lucretia** a regis filio. & **Quintili**. in de
 clama. uxor marito dixit appellatam se se de stupro a priuigno.

MAM. **Citropes** idis. est uas habens pedes inferius, a citra & pes pedis,
 quasi citra superiorē partem habens pedes, & corripit mediam.

Bebe. χυτρός δειο chytropedes cum ch aspirato & y græco scribitur,
 & sunt ollæ cum pedibus, a chytreus que est olla, & pus. i. pes, & penulti.
 corripit & c. nō credas autē me reprehendere auctorē in orthographiā, cum
 forsā ipse bñ scripserit, admonēdos tñ lectores ne cū uulgo errēt duxi.

MA. **Mic** **Miarcha** est nomen philosophi qui forte cathedrā habebat au-
 team, uel quia sapiētia docebat quæ auro pretiosior est, in throno sedebat
 aureo, qui potabat discipulos de fonte **Tantali**, id est de sapiētia seculari, q̄
 dicitur fons **Tatali** a **Tatalo** philosopho. **BEBE**. Ecce quāta somnia & ab
 omni historica ueritate discrepantia. **Ego** autē & si iā apud me **Philostratū** uir-
 hæc mutuata sunt habeā, nihil aliud tñ dicam q̄ q̄ **Beroaldus** luculēter. de
 hac re rescripsit, cuius hæc sunt uerba. **Plæric** q̄ oēs eccliasicę literaturæ stu-
 diosi anxie & sitiēter uestigare solēt qd significet illud **Hiero**. uulgatissimū
 quod liminarē paginā instrumētū ueteris introeūtibus statim obuiū sit. **Ve**
larchā in throno sedentē aureo, & de **Tatali** fonte potantē audiret docentē
 nugatoria sunt nimirū q̄ cōmentatoribus referunt, nos ut pro uirili parte
 inuaremus studia studiosorū, ad eundē fontē accessimus, ex quo **Hierony**.
 hausit. **Philostrati** em̄ penetralia ingressi, explicationē inuenimus huiuscę
 modi inuolucris latissimā, quæ talis est. **Apud** **Indos** sapiētes sunt **Brachma**
 næ nūcupati, quorū princeps **Iarcas** noīabat, eo tpe quo **Apollonius** **Tya**
 neus discēdi uisendiq̄ studio ad illos se cōtulerat, quē antecedentē cæteri q̄
 erāt duo de uiginti apprehēsa manu salutauerūt. **Iarcas** autē noīatim salu-
 tauit, qui in excelso sedebat throno, quē ex ære fabricatū aureæ statuæ cō-
 plusculę exornabāt, **Infra** **Iarcā** sedebāt omnes in sellis humilioribus, mox
 post philosophicā sermoeinauōnē ostēdit **Iarcas** **Apollonio** statuam **Tan-**
tali subscriptiōe notatā q̄ tuor cubitorū lōgitudinis, quæ similis propināti

phialam porrigebat, in quā humor distillat incorruptibilis potionis phiala
 lam mensura nunq̄ excedentis, ex hoc Tantalī poculo bibere solebant indi
 ci philosophi, anteq̄ somno indulgerent, & ita larcas potandi principiū fe
 cit, ex phiala bibens, quæ largiter cunctos satiauit, iugē humorē fundēs, nō
 secus ac si ex fonte scaturiret, bibit una cū philosophis Apollonius. Est autē
 amicitiaē firmandæ causa huiusmodi cōpotatio apud Indos inuenta, qui mī
 nistrū eius faciunt pollicitoremq̄ Tantalū, propterea q̄ hic amicissimus
 mansueuissimusq̄ erga hoīes habitus est, Post hāc ex phiala potionē humi
 sternūt corpora in lectis herbatiscis, hæc ex tertio Philostrati. Iam perspicuū
 10 est cur dixerit Hieronymus Apolloniū peruenisse ad Bachmanas, ut audis
 ret Iarcā illum principē philosophorū in throno sedentē, aereo quidē sed q̄
 aureis stauis exornaretur, potantēq̄ de Tantalī sōte, hoc est de phiala quā
 propinabat Tantalī simulacrū. **MAM.** De mensa solis dicitur q̄ quidā
 emittit iactum retis a piscatore, qui traxit mensam aureā, & post multā con
 trouersiam adiudicata est deo Soli. Vel dicitur mensa solis locus ubi doce
 batur astrologia, & tradebant eā propter numeros necessarios & figuras
 protrahendas utebantur littore sabuloso, dicebatur autē solis quia ipse erat
 deus sapientiaē. **BEBe.** Idem Beroaldus rē nobis luculenter tradit dicens.
 Herodotus in iij. historiarū auctor est, fuisse in æthiopia pratū omniū quas
 20 drupedū carne refertū, quā per noctē magistratus illic ponere festinabāt, &
 ubi illuxisset, cui libet licebat illud accedere epulatū. Indigenæ existimabāt
 copiā epularū diuinitus suppeditari, & hanc solis mensam nuncupauerūt,
 ad quā inspiciendā olim Cambyses misit legatos in æthiopiā. **Solinus** nū
 cupat græco uocabulo heliotrapezā, hoc est solis mensam, helios em̄ græce
 sol, & trapeza mēsa noīatur. De hac ita scribit Pomponius Mela. est locus
 in æthiopia paratis semp̄ epulis refertus, & quia ut libet uesci uescientibus li
 cet heliotrapezā appellant, & passim apposita sunt, quia affirmant innasci
 subinde diuinitus. **MAM.** Astronomia, astrologia, geometria & philo
 sophia pro. pe. Et alibi Zacharias, Malachias, Esaias & Heremias, dicunt pe.
 30 pro. Et alibi, Caluarīa est sup̄ius os capitis humani sup̄ciliis iminens, hæc cal
 uaria pe. cor. Versus. Barbaricis græcisq̄ simul longabit̄ ia. Et breuis in nīs
 ut cōtrouersia dicas. Et alibi. Itē quædā usualia latine acuit̄ penul. cū sit bre
 uis, ut Lōbardia, sclauonia, hungaria, romania, tartaria, rhetoria, cæcellaria,
 primiria, lectoria, barbaria, scholaria, infirmaria, forestaria, hospitalaria &
 prioria, in q̄bus uidemur p̄ Græcismū imitari græca q̄ productū, ut Comæ
 dia, tragedia, elegia, abbatia, theologia. platea, maria &c. **BE.** Astronomia
 astrologia, Geometria & phia cor. pe. sicut cōtra uersum dictū pleraq̄ in ia
 nisi forsan p̄ diphthongum q̄ scribant, ut ἐπιφάνεια ironia, ἐυφροσύνη Eusebia,
 40 λατρεία latria, ἐπιφάνεια epiphania, tunc em̄ p̄ducitur, licet eusebia & epi
 phania quo ad accentū in ante penul. acuat̄, hoc tñ uerū est. Astronomia
 astrologia, phia, sophia & similia tā & si corripāt penul. scdm̄ græcū tñ ac
 centū penul. acuiūmus, græcis autē dictionibus si maneāt græca, suus est accē
 tus tribuendus, ut dicit Martia. scilicet Capella, & sic nō est idē longari syllabā

& acui. Sicut in noīe lithostrotus pe. pro. & acuttur añpenul. Sic etiam ene
 thymema, apostema, problema, peripsema, diastema, systema, quæ omnia
 acuiunt antepenul. cū penul. longa sit, quare Sidonius male corripuit penul
 tinā in systema & diastema. Itē enogia & alia p̄ multa antepenul. acuiūt, cū
 penul. longa sit. **Q** si Lucretius uel alius penul. phia produxit, coactus est
 propter carmē, alioqui eīm nō potuit poni in carmīe, sed uere corripit: sicut
 eius primitiuū sophia, qđ & ego & multi alii interdū produxerūt, sed non
 uereor me emendare, si qđ prioribus scriptis deliquerim. Nam frustra plus
 opere studio impenderei, ut ait Quinti. nisi liceret meliora prioribus inue
 nire. At reliqua, qđ dicit Zacharias, Malachias, Esaias, & Hieremias penult. 10
 pro. erat, nā corripitū, hebraice eīm dictiōes ad græcū idioma traductę, uo
 calē breuiat plerūq; ante uocalē. Aufon. in p̄catione matutina. Helias & so
 lido cū corpore p̄uius Enoch. Iuuēcus. Zacharias uicibus cui templū cura
 tueri. Pruden. Hic bonus Ezechias meruit ter quinq; p̄ ānos, sed quo ad or
 thographiā ita scribitur, ut Pōtanus præcipit. Hesaias nō Isaias, Ezechias nō
 Ezechias, Ezeziel nō Ezechiel, Ioacin nō Ioachim. Elias sine aspiratiōe inue
 nio, qđ aut uersus ille mentiat Barbaricę simul lōgabitur ia, auditū est su
 perius, & cōtrariū probatū. Nūc ad ultimū. Dicit quēdā uſualia latina acui
 penul. cū sit breuis, ut Lombardia, scclauonia, ungaria, romania, tartaria, q̄
 oia quantitate & accentu corripit debēt. Sunt aut noua uocabula nō tū im 20
 probāda, regiones eīm pro populorū uariatione mutant, earūq; noīa, quæ
 eīm gallia cisalpina ante, nūc longobardia a lōgobardis sueuis & germanis
 qui illā inuaserūt noīatur, de qbus apud Cornelīū tacitū sit mentio. Portē
 tū aut mihi uisum est & ridiculū, dū aliqui lingobardiā dicere malint, uti
 Ponticus quidā dicit & Calepinus quasi lingones, germaniæ & bardi gal
 liarū sint simul mixti. Lingones eīm nō germaniæ, sed Galliæ celticę esse po
 pulos nemo ignorat, p̄pterea tēpore eo quo longobardorū nomē in Italia
 est auditū, Bardorū, hoc est cantorū nomen in Gallia obsoletū fuisse credo
 sed qđ plura: oēs eruditi recētores lōgobardos esse testātur germanos, oēs 30
 dico qui res gestas posteritati cōmendarūt. Immo & ipsum nomē liquido
 ondit. Schlauiā aut uel iuxta uſum nostrū schlaunia, ul' iuxta gręcos schla
 uenia est regio quā cū Dalmatæ tum etiā Illyrii & Liburni inhabitauerūt,
 nec satis possum pbare Georgi. merulā, qui nimis excādescerit in Galeo
 tū his uerbis inuehitur, uelim a Galeoto doceri, qua figura, quæ uel auctori
 tate fretus scclauos dixerit, cū hiice populi maris adriaticę accolæ p̄ littoris
 positiōe, Liburni tum Illyrii, atq; Dalmatæ a p̄scis historicis appellent, sed
 dic mihi Merula cur cū Schlaui uel schlauieni, ut græci dicunt, illā terrā oc
 cupauerint, nō possim dicere schlauiā, uel more nostro schlaunia: cum no
 uis rebus etiam noua uocabula nō iniuria, ut doctissimis placuit possimus 40
 imponere, ita dicit Seneca. Noua genū nomina extinētis noībus prioris
 bus oriuntur, nonne Hungaria quę olim Pannonia dicebatur, oēs eruditi
 nominat: at apud antiquos inauditū fuit nomen hungaria, nōne Franciā
 cum scriptores neotericoteri dicūt: & ipse diuus Hiero. acceptauit. At nes
 r iij

ANNOTATIONES

- mo etiā ex historicis uel cosmographis antiquis uel audiuit, uel ad posteros transmisit. **S**axonia apud ueteres ignota, nunc ab oībus dicitur etiā ab ipso **C**laudiano, nōne olim **F**luentia nūc florentia dicunt oēs: nōne olim **F**aliskia nūc **B**ononia, olim **T**icinū nunc **P**apia, nōne **S**arraceni nunc turcæ angustissimis olim finibus clausi, nūc toti **A**siæ, **A**fricæq; & magnæ parti **E**uropæ nomē suū inposuerunt, nōne **B**urgundiones germani magnæ parti **G**alliæ etiā apud idoneos nomē suū indiderunt: nōne **L**othoringia nomē suū a **L**othario nostrate auspicatur: nōne **R**omania unde nescio **E**piri nomē deleuit: non tamē feliciter, quia a paucis sic noiari audio, hæc itaq; **10** **E**piros olim molossia item **C**haonia, & postremo etiā albania noiata est. Et sic in regionibus quæ a nouis populis fuerint occupatæ, nomina uariari nemo dubitat, nec quicquid istis nouis noibus uti prohibetur, secus in aliis rebus quæ sua & antiqua habent uocabula. **Q**uod si nomina regionū transmutata, ut parum esset, commemorare uellē, integro libro opus esset, & quoniam apud antiquos nomina regionū citra latinæ linguæ iniuriā immutata sunt, ita nūc fieri potest, præsertim mutatis incolis. **T**artaria est regio illa quæ antiquitus **S**ythia dicta uel pars scythiæ & olim tartaria dicta. **R**hetoria autem græcū est & nō latinū, sic em apud græcos scribitur *ῥητορεία*. i. rhetoria, & producit penul. **C**ancellaria uti nō admitto, ita nō reiciio penitus. **P**rimitia autem lectoria, scholaria, **20** infirmaria, forestaria & prioria latina omnino non iudico, quod si essent, nec accentu, nec quātitate in penultima acuerēt nec producerētur. **B**arbaria autem regio barbarorū penultimā corripit. **O**ui. li. iij. tristū. **I**nter inhumanæ nomina barbariæ. **E**t **H**ora. in epi. **G**ræcia barbariæ lento collisa duello, dicitur etiā quidā male futoria, sartoria penul, pducta cū latine dicerēt futrina, sartarina, p officina futoris & sartoris. **P**ræterea nō dicitur infirmaria, sed ualitudinariū, ut supius cōtra **G**ræcismū inuenies, nō hospitalaria itē sed **N**O **S**Ocomia dices languentiū domicilia, ut in cōmētariis diximus. **F**orestaria autem dicit uocabulū inauditū apud doctos. **H**abēt autem germani principes quidā famulos, quorū unica est cura tutari feras & siluestria animalia, ut sunt cerui, capreoli, lepores, & similia, quos nos dicimus, teu. forstmaister, & imperita **30** uoce uulgo forestarios, & est gallicū. **N**am lingua gallica foresta dicitur sylua. **I**nde forestaria dictionē esse formatā cōiicio. **H**ic autem apud latinos ferarū uel ferarū custodes, uel nemorarij, aut saltuarij, quod nemora & saltus custodiant (quorū etiā officij est) dici possunt, aut apud græcos **T**H*Eriophylaces, nemophylacesq; *θηρ* em & *θηριον* bestia siue fera dicitur, siue *θηρα*. i. uenatio, *φυλαξ* phylax. i. custos, quasi feras & uenationis custos. **I**tē **N**E*M*ophylax a *νέμος*, uel *ἀπὸ τοῦ νέμος*. i. nemoris custos, custodire em debēt nemora & saltus, ne serg a rusticis cōficiantur, syluaq; incidat. **I**nde theriophilaciū est ferarū custodia. **N**emophylaciū nemoris tutela. **Q**uod & si nō habeam in **40** hoc auctores, ipseque finxerim, nemo tamen prohibebit nouis rebus noua etiā uocabula præsertim ex græcis mutuata, dū nō incongrue possimus imponere. **S**ALtuarios autem aliter accipi uideo, ut saltuarij pastores, quod in saltibus custos dicitur pecus, uel ut iurisconsulti diffiniūt, quod fructuū seruandorū gratia parati*

sunt, & qui finiu custodiendoru causa, a nris, teu. feldschutzẽ dici possunt, a
 græcis dicitur χωροφύλαξ. i. agroru & prædioru custos, qui hic saluarius di
 citur. Et sicut modo diximus **THE**riophilaciũ, hoc est custodia & tutelam
 feraru ita a **V**arrone dicitur theriotrophio penul. pro. sic em scribitur apud
 græcos θηριοτροφου penul. cũ diphthongo, & est locus in quo feræ inclus
 læ pascuntur, a θηρ. i. fera, & τροφειον. i. educatio, a nobis, teu. tiergart, dicitur
 tur a latinis uiuariu & leporariu, ut **G**elli dicit, l. ij. ca. xx. & nos in nomine
 paradisu in hymnis. Sic etiã ἰχθυοτροφου **ICH**thyotrophion dicitur pisci
 na uel pisciu uiuariu, teuto. ein fisch sarch oder behalter, ἀπὸ τοῦ ἰχθύος
 .i. piscis & trophiũ. i. educatio, & περισερῶν. i. columbarum & mansio co
 lumbaru. **ORN**ithon uel etiã ornithotrophion est auarium & locus ubi
 aues pascuntur, ab auibus & gallinis, quas græci ὀρνιθας appellat. Ita apud
Varrone inuenies etiã ornithoboscion. i. pasturam auiu. Et chenoboscio
 on anserum pasturã & educationẽ, & **NE**Sotrophion. i. anatum auarium
 & pasturã. Item ab animalibus reru rusticaru scriptores mäsiones nominis
 tant, ut **HAE**dilia hædorũ stabula. **CAP**riua caprarũ. Ita ouilia ouiu, equi
 lia, porcilia & his similia, ab aialibus quæ in illis cõtiuentur. Dixerũt etiã
FOEnilia in qbus fenũ seruatur, teu. heu scheur. Addit postremo **M**ame.
 hospitalaria, prioria, & alia superius cõmemorata, imitari græca q̄ produ
 cunt, ut comœdia, tragœdia, elegia, abbatia, theologia & maria. Primũ tra
 gœdia, comœdia, theologia, et maria, oino corripit penul. licet acuant eã.
 Sicut & ἀγωνία agonía in qua dictione tñ multi alucinant, **O**ui. li. i. fastor.
 Et prius antiquus dicebat agonía sermo. **ELE**gia, pducit, qa per ei diphtho
 gon scribit, & interdũ etiã elegeia utroq; modo, testes sunt idonei poetæ de
 primo **M**artialis. Detineat cultis aut elegia comis. **S**tat. lib. i. syluarũ. **Q**uas
 inter multũ petulans elegia propinquat. De secũdo. **O**ui. lib. i. de remedio.
Blanda pharetratos elegeia cãtet amores, & alibi. **F**lebilis indignos elegeia
 solue capillos. **P**latea penul. est indifferens. **A**bbatia uocabulũ est non sane
 probũ & receptum apud doctiores. **M**Am. **N**ecessitudo. nis, dicitur amici
 tia, quia nectit. i. coniungit amicos. **BEBE**. **N**ecessitudo accipitur mō pro
 necessitate, mō pro cõiunctione sanguinis uel amoris, & dicitur a ne & cessa
 tio. q̄ nulla inter eos cessatio uel reparatio fit, uel q̄ necessaria inter eos ofi
 cicia conferatur. **M**Am. **H**ic & hæc brachmana media correpta est popu
 lus quidam. **BEBE**. **B**rachmanæ media produ. sunt, ut superius audiuit
 mus. gymnosophistæ & philosophi apud Indos. **M**Am **A**lbaní media
 correpta sunt populi. **BEBE**. **P**roducit mediã, sed qui sunt populis non
 enim sufficit dicere sunt populi, ut hic & sæpe alias dicitis. **A**lbania autem
 regio est in oriẽte, a calore populi sic uocata. **H**æc sub oriente sub mare **C**a
 spium surgens, per oram oceani septentrionalis usq; ad mæotidas paludes
 per deserta ostenditur, quoru canes maximæ ferocitatis prædicantur.
MAmme. **M**allageræ sunt populi. **BEBE**. **N**on satis facis lectori. **M**assæ
 getæ penul. cor. nobiles sunt populi **S**cythiæ asiaticæ, hi cũ p deserta discur
 runt, sanguinẽ equoru suoru potat, de qbus **L**uca. in. iij. **L**õgaq; **S**armatici
 r uij

ANNOTATIONES

soluēs ieiunia belli, Massagetes quo fugit equo uolucresq; Geloni, & Clau dia. in Ruffinū. Et qui cornipedes in pocula uulnerat atrox. Massagetes.

- MAM.** Fullo est qui parat pānos & excandidat. **BEBE.** Fullo a fouē dis aqua calida uestibus dicitur est, teu. serber. Sunt eim fullones, ut **Vlpia.** iurisconsultus diffinit, qui curāda, poliēdaq; uestimēta accipiunt, quorum ars fullonia appellatur. **Mamme.** Auscultare dicit, quasi aures sono cul care, uel quasi auribus sono celare, nec debet scribi per au, sed per simplex a in prima syllaba. **BEBE.** Quid sit auscultare notū est, sed siue ab auris, siue ab audio descendat, auscultare, non ascultare scribi debet. **MAM.**
- 10 Hæc similia leæ, est farina albissima. Idem hæc ptyfana media producta, est ordeū siccātū pilo tunsūm decorticatū. **Macro.** Cum ptyfana succū porri sorbere iuuabit, media poni pōt idifferēter, sed maior est auctoritas q; corripiatur. Idem hæc Poleota, i. grana noua, & alibi. **Polēta.** i. farina subtilis, uel cibus inde factus, uel genus leguminis. **BEBE.** Similia uel quod idem est similago, flos est seu delitiæ farinæ triticeæ. **Pli.** na. hisio. li. xvij. ca. x. Si milago ex tritico sit laudatissima, quæ & poilē dici potest meo iudicio. unde idē **Pli.** eodē lib. ex **Africa** iustū est e modijs redire semodios & pollinis sextarios quinq; ita em appellat in tritico quod florē in siligine. Et quoniā sit mētio de siligine & tritico. **Fui** nuper quæsitus a quodam ludi magistro
- 10 **Hallensi,** quæ esset differētia inter far, siliginē & triticū, quæ uulgarissima dicunt a **Plinio** frumentorū genera, nec ut uerū fatear, potui reddere differētia cū auctoritate, nisi fortasse uocabulariorū quorūdā uulgariū, quibus nulla fides potest adhiberi, tandē recurrendū duxi ad **Pliniū** totius latinis maxima ex parte conseruatorē, & apud illū lib. xvij. inueni far dici qd **Adoreū** ueteres appellauerē. & eodē lib. ca. xxx. dicit idem, far quia difficulter excutitur, cōuenit cū palea sua condi, & stipula tm̄ & arstis liberat, & ca. vij. & far in uaginulis suis seruāt ad fatus, atq; nō torrent. Inde a sarre farina dicit, q̄quis & aliorū sit frumentorū, far itaq; apud nos dicit fesen oder speltz, uulgo ab indoctis spelta dicit, unde **Hiero.** super **Ezechielē** significare uult far esse quod gentili **Italiæ.** pānoniæq; sermone spica, speltaq; dicit.
- 30 **Siligo** apud nos et lingua nōstra dicit rockē, de quo **Plini.** lib. xvij. ca. vij. omniū satorū fructus, aut spicis cōtinet, ut tritici, ordei, muniturq; uallo aristarū, quadruplici. Idem. siligo nunq; maturescit pariter nec ulla segetū minus dilationē patit propter teneritatē, sed minus q; cætera frumēta periclitatur, quoniā semp̄ rectā habet spicā, nec rorē continet, qui rubiginē faciat. idem si a siligine lautissimus panis, pistrinarūq; opera laudatissima, & siliginus panis etiā a **Seneca** maxime cōmēdat, ut dixi in noibus artificū. **Triticum** autē uernacula nōstra uocant dicimus, ut ego & **Leonhardus** noster clemens existimamus, & ex **Plinio** etiā plura allegare possem. **Polyta** autē neutri uel scemi. gene. pluribus modis fit, ut dicit **Plini.** lib. xvij. ca. vij. **Græci** perfusum aqua hordeū siccāt nocte una ac postera die frigūt, de inde molis frangūt, alijs modis docet **Plinius** fieri lib. & ca. eodē. **Ptyfana** autē non tm̄ hordei est. **Nam** ut **Plini.** dicit. **Itali** quidē maxime oryza gau

dent, ex qua pifana faciunt, quā reliqui mortales ex hordeo, declarat etiā
ORIZAM (quę uulgo apud nos rizum dicit, & in uernacula nostra ris) his
 uerbis. **ORIZÆ** quidē folia carnofa, porro fimilia fed latiora, altitudo cubis
 talis, flos purpureus, radix gēmx rotunditatis. Et ut addit **Turanius**, **OLYRÆ**
 & **ORYZAM** eandē esse existimat, aliqui putāt q̄ robus genus frumētī apud
Columel. idē sit quod oriza. Inde pifanariū uas est in quo coquitur uel tū
 dicitur pifana, corripit autē penul. pifana. unde **Horati.** lib. ij. sermo. Sat. ij.
Quid cesses agedū sume hoc pifanariū oryze. **Q.** ille **Macrobiū** allegat, in
 iuriā facit ei, q̄ hoc carmen quod ipse allegat, nec uidit ut reor, nec legit.

MAM. Catecuminus, id est fide instructus et nō dū baptizatus. **Idē Neo** 10
phitus, id est nouus in fide, a neos nouū, & phitos fides. Idem cathecizat. id
 est instruit penul, pducta a cathesis quod est doctrina, siue locus doctrinæ.
 uersus. **Septē** consumat reprehendit, siue refutat, Instruit, informat, docet, im̄
 buit hæc cathecizat. **Idem.** **Alophilus.** i. alienigena quasi aliena amans.

BEBE. Catecuminus dicitur instructus, seu audiēs, siue sit baptizatus, siue
 nōn. **Catechiso** autē non catechizo, nam & græci κατηχέω dicitur, est instruo,
 doceo, erudio. unde **Paulus.** Cōmunicet autē is qui catechizat ei qui se ca
 techizat, super quibus uerbis dicit **Valla** in **Rauden.** **Catechizare** est quis
 dem docere, sed non solūmodo illū qui baptizatus est, ut patet ex **Paulo.** 20
Catechizo uero habitare facio significat. **NEO** phytus uero penul. corre. est
 nouellus uel noua planta, **νέος** em̄ nouius uel noua, & **φυτὸν** planta, quasi
 nouella, sed nō fides, ut ille loquit. **Alophilus** autē (sic em̄ apud græcos scri
 bitur, ἀλλόφυλος) dicitur alienigena, & cōponit ex ἄλλο, quod est aliud,
 & **φύλον** quod est genus uel natio, non autē a φίλος qui est amicus, ut ille
 uidetur uelle, producit autē penul. contra **Prudentiū**, **Petrū** de riga, & meā
 olim traditiōnē, quia circūflexus ibi est, ut alibi docui. **Mamme.** **Hic** ue
 redus media producta equus uehens, id est trahens rhedā, dicitur etiā **ueres**
 dus scdm̄ quosdā auriga. Inde ueredarius ad ueredū pertinens. **Adem.** **Emis**
 sarij. i. cursores regū uel aliorū diuitū, qui sunt apti ad emittendū, & frequē
 ter emittunt ad negocia ferēda equorū. **BEBE.** **VER**edus dicitur equus 30
 uelocissimi cursus, quo uli sunt antiqui in uenatiōe. **Martia.** **Parcius** utaris
 moneo rapiente ueredo. **Inde** ueredarij sunt qui equis perniciosibus utētes ci
 tissime literas perferunt, quos **Itali** caballarios uocant, & nos postbotten.
EMISsarij uero sunt qui ante exercitū mittuntur, uel ad explorandū, uel ad
 præliū lacessendū, & qui dominū circūstant, ut pressio sint ad emittendum,
 sed & alia eius significata sunt quæ alibi dicentur. **MAM.** **Anachoritæ** pe
 nul. produ. sunt eremitæ, quasi cor agentes ieiunjs, uel ab ana quod est sur
 sum, & chorus, quasi chorū cœlestē inhabitās. **BEBE.** **Anachorita** signifi
 cat eremitā, & græcū est. **Nam** græce ἀναχωρία est secedo, & in solitudinē
 uado, & ἀναχώρησις anachoreasis est secessus et eremus, sed etymologia **Mā** 40
 me. nihil ualet. **MAM.** **Apagelis** in impatiuo apagite. i. quiesce & & q̄
 scite. **BEBE.** **Apagelis** penul. corre. significat remoue si uis, & abduc cor
 micū uerbū & græcū familiarit̄ corripicū. **Apu.** **Apagelis** iā cruetos deos.

ANNOTATIONES

MAM. Harena aspiratur, ab herco scdm Papiā, ab areo. es. scdm Hugu-
BEBE. Arena, ut Pontanus tradit caret aspiratione. Fit em̄ ab areo uer-
 bo. Nam epitheton ei est ob ariditate bibula, caret em̄ om̄i humore & suc-
 co. unde & plurimum aquæ ebibit. **MAMme.** Crepundias, id est cunas
 uel uoces, quas infantes emittunt. **BEBELI.** Crepundia dicuntur pri-
 ma munuscula quæ dantur pueris, & puerilia ornamenta, quibus in tene-
 ra ætate delectantur. **MAMME.** Theatrū est palatium. **BEBE.** Thea-
 trum *θέατρον* Calliodorus uisoriū interpretat, significat em̄ spectaculū, & a
 Cypriano speculatoriū nominat. **MAM.** Thermas. id est loca calida, q̄li
 suphas, uel sunt loca unctōnis, a thermon. **BEBE.** Thermae a latinis ap-
 pellantur loca quæ calentibus aquis, aut ipso sine aquis fornice igne calefa-
 cto lauandi, sudandiq; usibus deputata sunt. **MAM.** Hæc torques p stre-
 pa, hic torques est ornamentū colli. **BEBE.** Torques est circulus aureus
 flexibilis & obtortus, & est colli ornamentū, pro quo significato (nam pro
 alio non legi) est ge. mas. & sc̄e. Ita em̄ diuus Hiero. in cōmētarijs super *Eze-
 chielē* dicit. Sed quia a quodā nihil sciēte, & omnia pollicente reprehensus
 sum, cur torquē sc̄eminino genere trāstulerim, breuiter adnotabo, q̄ Cicero
 in Mario. Torquē genere sc̄eminino. **T. Liui.** masculino dixerit. Dicitur
 & torques ut nouū est, & torquis. **Proper.** Torquis ab incisa decidit unca
 gula. hic torques stare non potest. **MAM.** Panarethos, id est ecclesiasti-
 cum, a pan quod est torū, & ares quod est uirtus, & thesis positio, id est con-
 rentiuus omniū uirtuū. **BEBE.** Panarethus penul. corre. dicit continēs
 omnes uirtutes, a *πᾶν*, id est torū & *ἀρετή* uirtus. **Martialis** (*Arguto* madi-
 dus pollice panarethus. **MAM.** Pastophoriū. i. thalamus, & alibi Pasto-
 phoria, id est mansiuncula circa templū. **BEBE.** Pastophoriū dicitur sacer-
 dotes sacro sanctū. Inde Pastophoriū. i. domiciliū pastophoror. i. sacerdotū
 At alij pro thalamo nuptiali accipiunt. **MAM.** Buccina proprie est tu-
 ba bellū denunciās. Tuba, uero praeliū indicat. **BEBE.** Audiamus *Hie-
 ronymū* in cōmētarijs *Osee* dicentē. Buccina pastoralis est, & cornu recur-
 uo efficitur. Tuba uero de gre efficitur, uel argento, qua in bellis & solenni-
 tatibus concrepabāt. Et ut alij tradūt. Tuba directa est, & est peditū. Lituus
 uero incuruus est, & equitū. **MAM.** Abba hebraicū, Pater græcū & lati-
 num. **BEBE.** Altius rem attingam. Abbas hebræo syroq; sermone Pa-
 ter dicitur, teste *Hiero.* qui lib. ij. super episto. ad Galatas ita inquit. Cum au-
 tem abbas pater hebræo, syroq; sermone dicatur, & dominus noster in euā-
 gelio præcipiat. Nullū patrem uocandū nisi deū, nescio qua licentiā in mo-
 nasterijs uel uocamus alios hoc noie, uel uocari nos acquiescamus. At idē
Hiero. Abbatisa in sc̄eminino ge. formauit, in regula monialium, si titulus
 non mentitur auctorē ita dicens. ut extra cœnobij limites litera qualiscūq;
 nō exeat, nisi abbatisæ & sororū accesserint uota. Talis apud ethnicos &
 præscos *Virgo* maxima dicebatur. ut *Sueto.* in *Domiciano* dixit *Corneliā*
uirginē Maximā absolutā olim, & nostri dicūt *Abbatia* uix bene. Et ut *Ge-
 orgius Valla* tradit. Abbas in genitiuo facit abbæ, quod barbare (ut ipse dī-
 xit) abbatīs hodie a multis dicitur, quod nulla ratione dici potest, idq; etiā

fieri codices cōmonent cū dicitur, abba pater, abba em̄ est uocatiuus a nominatiuo abbas, & genitiuo abbæ. In artis enim genitiuū sola latina faciunt a nominibus deriuata, ut a pio pietas; a probō probitas &c. At abbas, quoniam dignitatē uel professionē significantia fere cōmunis sunt ge. apud grecos quidem, ut archos & tyrannos, & philosophos, ita apud latinos hic & hæc princeps; hic & hæc antistes; q̄; uis legatur antistita, ita ergo etiā hic & hæc abbas. hec ille. **MAM.** Onocrotulus, est auis gerens faciē afininā. Idē hec grifes, grifis dicitur etiā grifus, alibi grifale uel grifes. Idem hic halyetus dicitur falco auis prædæ auida, & multū animosa, scdm̄ alios dicitur auis paruula capiens alias minutas aues. Secundū alios uidet̄ q̄ sit nifus, siue accipiter, uel smeriolus. Idem hæc strutio. onis, uel potius hic. corpus habet animalis. pennas ut auis, & habet duos pedes & rostrū, sicut auis. Idem cizgnus a canēdo est dictus. **BEBE.** Onocrotalus apud nos, teu, elps, dicitur auis tōta alba, de qua Plinius lib. x. ca. xlviij. olorū similitudinē onocrotali habent, nec distare existimantur omnino, nisi faucibus ipsis inesser alterius ueri genus. **GRYpes** uero (sic em̄ scribit̄ apud grecos γρυπες inuenio nō grifalē, nec grifō, nec grifus nec grifes. **Haliætus** (sic em̄ scribit̄ apud grecos ἁλιαιτός) uel scdm̄ alios haliæctus est aquilæ species, uel aquila marina, de qua Plinius in. x. ca. iij. Super est haliæctus clarissima oculorū acie librās ex alto sese, uisq; in mari pisce præceps in mare ruens, & discussis pectore aquis rapiens &c. **STRV**thus uero uel struthio a grecis, a nobis dicit̄ passer marinus, & a Plinio in. x. Struthio camelus pro eodem, qui ut idem dicit̄, altitudinē equitis insidentis equo excedit, celeritate uincit, ad hoc demū datis pennis, ut currentem adiuuet, cætero nō sunt, ut idem dicit̄ struthio cameli uolucres, nec a terra tolluntur ungulæ his ceruinis similes &c. **Concoquendi** sine delectu deuorata mira naturā, horū pennis solēt hodie quidam exornare capita. Scribunt autem greci σπυθόο struthos, uel σπυθίον struthion ubi nos strutio scribimus male. Dicimus insuper hic struthio; nō hæc, ut te grammatice docet. **Cycnus** uero (sic em̄ scribit̄ apud grecos κύκνω non dicitur a canendo, cum grecū sit quod latinā etymologiā non patitur, uq; in multis locis dixi, latine dicitur olor auis omnino cādida. **Qui di.** Sic ubi fata uacant udis proiectus in herbis. **Ad uada meandri** concinit̄ albus olor. **Et alibi.** Dulcīa defecta modulāt carmina lingua. **Cantator cycnus** funeris ipse sui. **De quo** Plini. olorū morte narratur flebilis cantus falsus, ut arbitror aliquot experimentis mutua carne uescūt̄ inter se, alij hos lor aspirāt, atq; etiā grecū esse uolunt, ut dicatur quasi ὄλος ὄκατος, id est totus candidus, quod etiā non inepte uidetur dici. **Hæc** sunt quæ pro utilitate nostratū scholasticorū in mediū adduxi. **Potui** autem multa addere, sed non est opus, præsertim in his quæ uel mediocriter doctis nota sunt, uel lim̄ autē optime scholasticē te legere non hūc Mammetractū, qui pauca uel bene narrat, uel sufficienter declarat. cum uenia sit dictū auctoris, quisquis tum demum fuerit, nec Catholiconem. **Papiam,** Hugutionem, **Græcistam.** **Petrum heliæ,** **Brachilogum** & similes, sed **Varronem,** **Nonium Marcellū**

ANNOTATIONES

Festū, Gelliū, Macrobiū, & inter recentiores Cornucopię, Calepinū, Nestorem, Lunianū, & alios, qui te ueras terminorū significationes, deriuationes, & similia docebunt. Vale & quæ synceriter & candide dicta sunt, in optatam partem accipias, iterū Vale.

CASTIGATIO COMMENTARIORVM DE ABRVSIONE

linguæ latinę cū correptione multorū locorū Hen. Bebe. Iustingen.

Tuā in me animi synceritatē, amicitiaq; non fucatā, & ingenuā admonitionis libertatē perlibenter amplector, multūq; probō, dū non adulanter sed ex animi sententiā loqueris, ut autē ad admonitiōes tuas descendā, scribis esse quosdā q̄ cōmentarijs nostris plerisq; in locis insidienti, maxime ppter immolestiā, q̄ Isidorū fontē errorū dixerim, quē constat fuisse hominē non ineruditū. At ego primū ueniā postulare non uerebō, si hic uel alibi citra modestiā boni, & eruditi uiri iudicio sum locutus, beneficio adolescentiæ (ante sextū nāq; et uigesimali aū cōmētaria p̄fecimus, atq; publicauimus) q̄ calore quodā & impetu calescētis sanguinis nō nihil temere interdū, perperāq; trutinat, unde ego multa emisi atq; edidi, q̄ mō accuratius magisq; caute examinarē, nec me pudet hoc p̄fiteri publice exēplo Augustini, Ciceronis & aliorū. nam Quintilia. ait. Frustra plus operæ studio impenderē, nisi liceret meliora primis inuenire, Præterea quo ad Isidorū, aliā multo iustiorē excusationis causam accipito, quia id ip̄m dicit Nestor Diony. q̄ inter cætera Hugutionē, Catholiconē, & alios filios suos errores maxime ex Isidoro accepisse p̄fitei, & Valla li. ij. elegantiarū inquit. Donato, Seruio, Prisciano ego tantum tribuo, ut post eos quicūq; aliquid de latinitate scripserunt balbuire uideatur, quorū primus est Isidorus indoctorū arrogantissimus, qui cum nihil sciat oīa præcipit, possem tibi maiore recentiorū partē recēdere, qui eundē ut tenuē, indoctorūq; grāmaticastrū nominat, eiusq; etymologiā maiore ex parte dānāt, quare iustissime mihi ueniā dari existimo, si ego adolescens illos sim imitatus, quorū uerba Apollinis & Sibyllæ responsa credebā, nec etiā eorū iudiciū censeo damnandū. Isidorūq; male in etymologia sensibile creberrime inuenio. At quicquid citra modestiā dictū inueniā, ad quā maxime me multorū recentiorū professorū auctoritas pellexit sequenti editione retractabo. Cæterū si Isidorū, aut aliū quempiā alicubi, aut in eloquētia, aut in etymologia, aut alia in re male sensisse ostēdo, nō ideo quæ bene dixit respuo, aut dāno. Nōne & Aristoteles quorūdā philosophorū errores notat & persequit: quorū doctrinā maxime mirat & sequitur, nōne Platonē in multis reprehendit, q̄ ab uniuersa tñ posteritate diuinitatis noiē decorat. Ego multos laudo & sequor qui multis erroribus nō carent. Bene dicta em accipio, cætera contēno, q̄ si Isidori etymologiā multis in locis improbo, non tamē eius eruditionē & doctrinā alia in redāno, aut non sum opere ueneror. q̄ autem tu subiūgis de Laurētio Valla, dicat illiterati quicquid uelint, nō uiuit, nec uixit intra. D. ccc. annos etiā iudicio eruditiſsimorū, cui lingua latina plus debeat q̄ Vallæ, unus em homo ille nobis uideri debet, qui suo auspicio et ingenij acrimonia linguā latinā iam

prope ad interitū redactā, extinctāq; resuscitauerit, in pristināq; fere dignitate restituerit, totius latinitatis inter recentiores princeps & ante signatus. Attamē non nego interdū etiā & non adeo in paucis errasse illū, nec mirū Nam ut **Colu.** dicit lib. xiiij. rerū rusti. etiā quicūq; sunt habitū mortalium sapientissimi multa scisse dicuntur nō omnia. Sed si cōsiderabitur usus nō abusus scriptorū, multo minus peccauit. Tantā autē gloriā eruditōis & eloquentiæ tamq; celebre nomen hodie consecutus est, ut bona pars recentiorū professorū iam cōtāter imodiceq; gloriēt, dum uix unū aut alterū errorē apud illū, uel aliquādo abufum scriptorū inuenerit, non erubescētes meritis illū de lingua latina patronū satyrica mordacitate inuadere clamātes, nunc fœde errasse, nūc temere allucinātū esse, nunc cecutiētibus oculis deuisasse, nūc meras nugas effuisse, plusq; in uno alteroue errore gloriātes, quā **Valla** in tota fere latinitatis instauratiōe, quorū si cōmētationes. uel affamias, aliquā & nugas legeris, luculētissime perspicias **Vallē** laborib; esse ditatas, & tāq; hirundinis nidū cōpilatas, q; si cū modestia facerēt, essent in primis laudandi, ne p̄ illū & alios errare cōtingat. Cæterū ridiculū est, si quispiā literator uno errore cōperto, ita hostiliter in illius detractionē incurset, ut apud rerū imperitos indelebilē illi ignominia inurat, cum alioqui & ad alia profusū sit ignarus, susq; cōtra **Mineruā** tendat. Admones insuper non semp̄ etiā apud idoneos scriptores obseruatū iri, quod ego in epistolis scribēdis præcipi, ut nostrū. s. nomē præponēdū sit eius ad quē scribimus. Admonitōi tuę libētē acquiesco. Nam & ego ipse (si tēporū uetustate uerba non sunt trāsposita) non apud unū modo eundēq; illustrē inueni, sed apud plures etiā non adeo nobiles scriptores, id tamē quod præcepi magis est antiquorū illius scriū & eruditōrū obseruatiōe receptū, sed non adeo, ut nō aliqui cōtrariū fecisse inueniāt. **Q;** affers argumētū de glossa **Decreti**, apud me nihil p̄bat præterq; eū q; latinitas non est a iure canonico uel petēda, uel probanda, aspice hodie omnia pontificū diplomata, & oīno contrariū inuenies, præterea. **C.** de sum. trini. & fide catho. l. gloriosissimo dicit **Accursius** in glossa. nota q; papa premitit imperatorē in episto. quod hodie non faceret. Insuper **Adrianus.** iij. pontifex maximus in episto. ad **Federicū** primū imperatorē uoluit ubiq; præponi dicēs, quapropter dilecte in dño fili sup̄ prudentia tua non mediocriter admiramur, q; beato **Petro** & sanctæ **Romane** ecclesiæ illi cōmissē non quantū deberes reuerentiā exhibere uideris, in literis em̄ ad nos missis nomē tuū nostro p̄ponis, in quo insolentię ne dicā arrogantē notā incurris. Cui **Federicus** imperator ille augustissimus, gloriosusq; uictor & triūphator, in hūc modū respōdit. **Cum Romano** pontifici scribimus, iure & antique nomē nostrū uestro p̄ponimus, & ad iusticię normā eidē nobis scribenti cōcedimus. Reuoluite annales, & si lectū neglexistis quod asserimus illic inueni, provideat itaq; paternitas uestra ne dum talia mouet, offendiculū ponat illis qui uelut ad imbrē serotinū ori uestro aures suas arrigere festināt, non em̄ possumus non respōdere auditis, cū superbiæ detestabilē bestia usq; ad sedē **Petri** reptasse uidemus, nōne & **Austri**

19

30

30

40

CASTIGATIO

nianus eodē modo scribit. **C.** titulo q̄ supra pontifici Romano. **V**ictor Iu-
 stinianus **P**ius sc̄elix inclytus ac triūphator semp̄ **A**ugustus, Ioāni sanctissi-
 mo almæ urbis **R**omæ archiepiscopo & patriarchæ. Et sicut **C**icero & eru-
 ditissimi quicq; huic morē quem ego dixi insecuti sunt, sic & græci pariter
 ita scripserūt. unde **A**nacharlis scythæ philosophi epistola ad **A**mmone-
 gem sic incipit. **A**nacharlis **A**mmoni salutē. Et **A**ristotelis ad **A**lexand̄: ma-
 gnū ἀρυσοτέλιος βασιλεὶ ἀλέξανδρῳ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ. Sed ut reuertatur unde
 sum digressus, dabitur mihi uenia, si dixi, non aliter reperiri apud idoneos
 non solū quia **G**ermaniæ quidā celebriores poetæ (ut scis) ita præceperunt
 10 uerum etiā præceptū atq; auctoritas **N**icolai **P**erotti, **A**ntonij **M**ancinelli
 ita me sentire induxit, apud quos quicquid ego reperi, legē dicendi irrefra-
 gabilē putauī, nec quencq; ab illis sine piaculo dissentire posse credebā, nūc
 autē quoniā hic & alibi sæpe sum deceptus per alios, nec par̄ famigeratos
 quos sum secutus, qui aliquod uocabulū minus latinū dixerūt, quod post
 modū apud idoneos inueni, coepi nūc cautior fieri, meoq; iudicio etiā uti,
 & quid cui sit præferendū magistra lectione & auctorum scriptis cōiungere
 non reformido. itaq; cum mille sint & plures in cōmētarijs nostris chalcōs
 graphorū errores, ipseq; non semel errauerim sepe deceptus ex traditōe do-
 20 tissimorū, faciā eadē imprimi cum maiori accuratioriq; diligētia, cū mul-
 tius additūtibus, multoq; equiori trutina atq; pensatōe, non em nego quin
 potius ingenue fateor me sedula lectiōe adhibita multo cautius accuratius
 atq; correctius postmodū hæc eadem ædere q̄ fuerint ante hac precipitata,
 quod cū hac tempestate fieri nequeat, ostendā pauca emendāda & diligen-
 tius interpretāda, quæ tumultuaria tantū lectione annotauī, plura insuper
 si inueniēto addere, & emēdare non neglecturus. Hæc autē emendanda uel
 addēda emendādis in transcurso offendi. **M**ilitas bene dixi apud uete-
 res non inueniri pro submissionē animi, sed cū apud omnes ecclesiasticos,
 & eodē primarios ita semp̄ inueniat, nec apud ueteres signatū, propriūq;
 illius uirtutis hætenus nouerim uocabulū, non oīno posthac linguæ latinæ
 30 pro hac significatione cōmercio interdicens existimo. **M**anuetus em̄ uise
 pprie dicitur qui humilis in uulgata significatione, teu. demuetig, q̄uis ita uide-
 antur accipere ecclesiastici in psalmo. **S**uscipiēs māuetos dñs, humiliat autē
 peccatores in terra. & **C**assiodorus in explanatione eiusdē. **M**anueti suscipi-
 piuntur in cœlū, superbi deiciunt in terrā, alibi autē idem in ppria signifi-
 catione māuetos appellamus manu cōsuetos. i. patiētes & mites. & **F**estus
Pomp. māuetus neq; misericordia mœstus, neq; crudelitate ferus, sed mō
 destia tēperatus, & sic pprie accipit. Et licet **V**alla, **B**eroaldus, **P**olitianus,
Hermola. barba. **G**eorgius **M**eru. & alij q̄ plurimi multa uocabula apud
 ecclesiasticos tm̄ inuēta, non admittāt in penū romani eloqui, quippe ab
 40 illis eruditionē, non linguæ puritatē quæritates, attamen ego ut alias dixi,
 quicqd apud illos quos dixi reperero, non dānandū oīno censeo, non em̄
 intra tam arcta septa linguā latinā existimabo posthac cōcludendā, ut non
 detur auctoritas uiris eruditissimis nō ita recētibus, & quos ante gouhorū

influxionē floruisse cōstat, nō nihil locupletare latinitatē in tāta p̄sertim s̄
 dei nostre institutæ nouitate, ritibusq; ante inauditis, cū dicat **Priscia**. Si au
 ctoribus obstitisset timēditas, ut nullis alijs uocabulis uterent̄, ip̄a natura &
 significatiōe rerū exigētē, quā q̄bus, s̄. fortasse maiores nostri sunt usi, perpe
 tuis latinitas angustijs dānata fuisse. Recētibus autē nō mō barbaris q̄bus p̄
 ceteris minime licet, uerū Romanis etiā nūq; licebit fingere noua uocabu
 la, citra analogiā, uel gr̄cā deriuatiōnē. at ut ait **Quintil.** in. viij. deriuare fle
 etere, cōiungere, q̄d natis postea cōcessum est q̄n des̄nt liceret alioq; ut **Plor**
tius ait nō licet gr̄matico se uerborū auctorē facere. Dixi legal̄ nemo scri
 b̄t in suis epl̄is, at bene legalis a lege dici p̄t, a quo legalitas format̄, ut le 10
 galis sciētia, nō t̄n facile inuenies in titulis & inscriptōibus exterioribus epi
 stolarū se solo, ut legali uiro, nec legalis homo, hoc est urbanus & ciuilis sa
 cile apud idoneos inuenies. Illustris princeps, illustris poeta, uel orator dici
 mus, nemo autē facile diceret illustris agricola uel rusticus. Inuincibilis in
 fuerit est in titulis. Inuictus autē & iuictissimus crebro est in usu ad princ̄i
 pes. **Virtuositas**, moralitas, amicitas, defectuositas nondū legi apud il
 lustres. **Vitiositas** t̄n **Cice.** li. iij. tuscu. ut̄. Dixi insup̄ intēdere p̄ uelle & in
 animo esse, nō esse in usu doctorū, ponit̄ t̄n a **Quintili.** intētio p̄ mente, uel
 q̄d dirigit̄ in mēte ad aliqd. dicit̄ em̄ ille in. vi. Animū ab intētiōne rerū fre
 quēter auertit. & alibi, cōsiderari debet q̄ primā quæstionē facit intētio sim 20
 plex. **MEDI**ate illo uel illo, ut nostri dicūt bene, dixi nō facile inueniri ap̄
 illustres, nec ego (ut addā) mediare inueni. At mediator & mediatrix, q̄bus
 ego sum interdū usus apud eruditissimos eccl̄iasticos lego, q̄ a mediare des
 cendunt. Et media dixit **Cice.** Medietates autē uix audebat dicere. Sicut nec
 specterū & speciebus, de q̄bus ita dicit in topicis in diuisiōe forme, quas gr̄
 ci ideas uocāt. Nostri si q̄ forte hæc tractāt species appellāt, non pessime id
 quidē, sed inutiliter ad imitādos casus in dicēdo, nolim enim ne si latine q̄
 dem dici posset, species & speciebus dicere, uocabulo autē medietas usus
 est. **Firmicus** in. ij. Dulcor durū mihi nomē uisum. **Plini.** linguæ latinæ ma
 gnā ex parte conseruator habet, dicimus autē dulcor, dulcitas, dulcituudo & 30
 dulcedo, cui postremo pauca s̄ilia p̄ter pinguedo apud elegatiōres inueni
 es, ita em̄ dicit **Geor. Valla.** A uerbis neutris in eo faciētibus formant̄ noīa
 in or, ut a cādeo cādor, ab albo albor, nō albedo. ait em̄ **Noni⁹** **Marcel.** de
 doctorū indagine albitudinē p̄ albore dixisse ueteres, nō dixit ut hodie ru
 stice loquētes m̄tū albedine. hec ille. & albor **Hiero.** in **Leui.** dixit. Q. si sur
 sum fuerint in alborē cōuersa. sacerdos eū mūdū esse decerneret. Ita pallor,
 ita nigror (**Cice.** pri. de diu. **No.** t̄isq; nymborū obegeat nigror) non palle
 do, nigrēdo, a palleo & nigreo, a tepeo tepor, a rubeo rubor, non rubedo,
 ab aceo acor, torpeo torpor. **Priscia.** autem in. iij. facit a credo & torpedo,
 sed nullū exēplū affert, nec credo posse afferre saltē ex illustribus, nisi **Cor** 40
nelium. **Ta.** illustrē historicū qui ita dicit lib. xix. de **Vitellio.** Tāta torpedo
 inuaserat animū, ut si principē eū fuisse cæteri non meminissent, ipse obliu
 sceret̄ &c. unde nō oīno dānādū est. **Gel.** autē in. xij. acritudo etiā & acris

CASTIGATIO

tas ponit. Item in. xvij. ponit mulcedinē a mulceo, a uiro uiror, a macēo
 macor, a caleo calor, a ranceo rancor, quod ego aliqñ auctoritate Vallę de
 ceptus dānauī, nam præter alios & maxime ecclesiasticos, eo uti Palladius
 lib. i. de rebus rusti. receptacula semp̄ sint mūda ne nouos sapores ueteri rā
 core corrūpant, a liqueo liquor, a stupeo stupor, a putreo putror, putredo
 autē inuenitur sicut alia nōnulla apud ecclesiasticos, uix alibi. Amorosus,
 dolorosus, & capitosus uti nondū legi, ita nec dānabo, præsertim capitosus,
 si enim cerebrosus dicimus uti præter cæteros. Plau in mustellaria. Aliud
 uix repudiare possumus, indefinēter quod quidā damnāt. Varro uti. li. ij.
 rerū rusti. **A** primo, i. principio bene dici, testis est Plau. in mustellaria dicēs
 hercle qui multo improbiores sunt qui a primo credidi. Artificialit̄ Quin
 tiliā. in usu habet lib. ij. insti. Artificialit̄ Sene. lib. v. de beneficijs. Scripsi &
 bene quidē serias tm̄ dici dies festos a feriēdis uictimis, nec bene dici prima
 feria, secūda, tertia, & præter rationē alibi traditā ferie, ut dicit Gel. in. xvij.
 nunq̄ singulariter dicunt &c. At legenti mihi nup̄ psal. inueni non inepte
 oīno etiā a sanctis patribus usurpatū esse prima feria, secūda, tertia &c. Di
 cit enim Petrus Longobardus in cōpilatiōe expositionis eorundē. Prima
 sabbati dicitur prima dies post sabbatū. Hebræi nāq̄ p̄pter dignitatē sab
 bati, omnes alios dies appellant noīe sabbati dicētes, primā sabbati, secūda
 sabbati, et sic deinceps. Sic gētiles appellabant noībus planetarū dicētes diē
 lunæ, diē martis &c. Christiani uero omēs dies appellāt serias, q̄ omnibus
 diebus a seruilī opere. i. peccato cessare debemus. Attamē ut alibi dixi usur
 patio & si necessaria fere, uiolēta tamē. Cōplacere & displicere dicimus, cō
 placētia & displicētia non inueni. p̄sertim in uulgata apud nos significati
 one, ut cōplacētia sit obsequiū, nec cōplacēo pro obsequor credo inueni
 ri, nec placētia a placeo dicitur. Displicētia tamē legi apud Apule. Aequalit̄
 significat planus. ut æqualis cāpus. Item equalis. i. similis. Item equalis. i. co
 ætaneus, uel ut nostri loquunt̄ contēporaneus, quod uix apud eruditos in
 uenies. Corpus opacū dixi philosophorū esse & bene, nam apud oratores
 & latinos uix inuenies. Opacū. i. non translucidū, attamē opacū. i. umbros
 sum, cui Cice. contrariū dat Apricū. i. soli expositū, elegās est dictio. Memi
 nens hodie nō est in usu, & si Plautus eo sit usus. unde Mancī. In Plauto me
 minens legi tamē effuge lector. Vitur & Sidonius ad Hesperū inueniens.
 Siscq̄ oppido meminēs q̄ olim martia hortētia. &c. At nō nihil in elocutio
 ne affectatiōis & obsoletarū uocularū incusatur. Item nihili pēdere, chari
 pendere & quo Plautus utitur plurimi pēdere dicunt, at nullipendere uix
 inuenies nisi in epistolis Caroli. Falco qui apud nos dicit̄ non est, de genere
 aquilarū sed accipitrū. a Plinio autē falcones, quoniā nouū nomē est. Chis
 luones sunt appellatī, Vocabula autē ex Alberto recepta noua sunt, nō
 apud ueteres quantū ego memini lecta, p̄sertim non omnia. Mamser dicit̄
 de scorto natus, at hoc uocabulū non nisi apud ecclesiasticos inueni, & hes
 braicū nomē est, & ubiq̄ per m̄ scribit̄. Pelicanus dicit̄ Paulus Pompilius
 corripī in penul. alij contrariū, quibus ego magis assentior, quia accētū est

cū flexo apud græcos in penult. scribitur *πελευκῶος*. Pharaō pharaonis
 o producti, quia apud græcos per *ω* id est o longū scribitur. Dixi item *Ze-*
bedæi penultimā esse correptā uti *Iuencus* corripuit, at postea apud græ-
 cos per *æ* diphthongū scriptū legi, quare *Iuencus*, *Prudentius*, *Sedulius*, &
Arator & alii nōnulli Christiani poetæ nō per omnia sequendi sunt in quā-
 titate syllabarū, in dictionibus maxime hebræis & græcis, nam confundūt
 interdū quantitates, & maxime *Sedulius*. Cautior autē cæteris meo iudicio
Iuencus hispanus, alioqui poetice & eleganter scribūt. *Proœmiari* latine
 dicimus, & modificare, melius tamē modificari. *Plasmare crebrū* apud ec-
 clesiasticos est quod ex græco formarunt. *Dogmatizō* uerbū oīno inuentū 10
 est, & si a græco etiā formari possit, dicunt em̄ græci *δογματισμομαι* dogma-
 tizome. *Affectus* solo se pro quadā uolūtate & desiderio uiderur nōnunq̄
 accipi, q̄suis afficior tibi, id est compatior tibi uel bene uolo tibi, negent eru-
 diti bene dici. *Sotular* nō esse latinū alibi dixi, sicut *Prælatas* pro noīe digni-
 tatis noue dici, sic *Guardianus* ueniēs a guardia q̄ est custodia, & est uerna-
 culū italicū uel Gallicū potius. *BAL* lista non est idē quod *Bombarda*, teu-
 buchs. *Bombarda* em̄ nouū est nomē & inuentū germanorum, cuius usus
 ante ducetos ānos nō fuit, nec dāno uocabulū *Bombarda* nec *Bombarda*
rius, qm̄ nouis rebus noua uocabula sunt imponēda, & noīa rebus, nō res
 noībus seruire debēt. *Ballistas* uero priscæ dixere trabē ualidā, ita libratā, ut 20
 cū pars densior pōderibus attrahta, descenderet eleuata pceritas suā funicu-
 lis q̄s haberet alligatas funda saxū maximī ponderis alligatū longē emittes-
 ret. *Dromades* & *dromadarii* ab *Hiero.* dicunt, in uita em̄ *Malchi* dicit. *Vi-*
dimusq̄ camelos q̄s ob nimīā uelocitatē *dromadarios* uocāt. *Q.* *Valla* dī-
 xit discretus etiā actiue accipi pro eo q̄ qualitates personarū, ac rerū momē-
 ta discernit, ab oībus fere deridetur plesioribus recentioribus, cū nullū affe-
 rat exēplū, nec quisq̄ meminerit se legisse, dico nec me legisse, nisi forsan *Se-*
 neca in ea significatione acceperit, q̄suis contrariū dici possit, dū in lib. v. de
 beneficiis inquit. *Socrates* derisor oīm maxime potentiū, maluit illi discre- 30
 te, uel artificiose, uel mansuete negare q̄ cōtumaciter ac supbe. *Ducare* pro
 eo qd̄ est ducatū regere, & esse ducē, dixi esse barbarū, at tandē inueni q̄ hoc
 uerbū *Varronis* esse dicerent, dū inquit, ab eo q̄ sit ducare qui est dux aut
 ductor, qui ita inducit, ut doceat, ego uero in meo *Varrone* non habeo du-
 care, sed ducere, iudicēt doctiores. Dixi *Euripides* penult. produci apud *Si-*
doniū, sed *Au. Cel. xiiii. ca. ij.* corripit, cui plus tribuo dicēs. *Nulla* gr̄ate tua
Euripides monimēta peribūt. *Gentilē* pro conterraneo, ut scripsi prius uix
 credo inueniri apud idoneos. *Valor*, oris, a ualeo, les. latine dicitur & apud
Pliniū reperitur. *Valetudo* per e scribi debet lōgū. *Inpræsentiarū* qua dicit
 one *Hiero.* & recentiores passim utūtur. *Itē* *Iureconsultus* nō latine dici p̄ci- 40
 pit *Georgius Valla*, sed inpræsentia & *Iuriscōsultus*. *Sulpitius Verulanus*
 sup *Lucanū* dicit. *Instaurare* latine dicit ab instar. *Restaurare* barbare, q̄a si-
 cur restar nō dicit, ita nec restaurare. *At* ego si exēplaria nō sunt mēdosa, les-
 gi apud *Vipianū. ff. ad. l. iulīa, de adul. l. si maritus, & apud Iustinū li. ij. ubi*

CASTIGATIO

nūc in noua correptione instaurare legit. Itē apud **Lactantiū** li. viij. **Et Iuliu**
 firmicū lib. viij. matheos. **Et Liui** lib. v. primę decadis. **Omniū** primū ut
 erat diligentissimus religionū cultor, quæ ad deos immortales pertinebant
 retulit, & senatus cōsul. facit, sana omnia, quod ea hostis possedisset restau
 rarentur, terminarentur, expiarentur &c. **Dicunt** autē alii restaurare uenit
 non a restar, sed a re & stauero, qđ hodie nō est in usu, nec ego audiui etiam
 apud ueteres allegari, quapropter aliud (nisi tales auctores uterētur hac dis
 ctione) magis probarem. **STABULARIUS**, ut dicit **Caius** iurifconsultus, est q
 mercedem accipit, ut tecum iumenta stabulari permittat. **Stabularius** etiā
 10 qui procurat stabulū. **Stabulor** autē aris, significat habitare, ut **Gel.** in vi. **Res**
gulus acre prælium fecit aduersus serpentē in illis locis stabulantem. **ACCIS**
 penser alatus non inuenitur apud latinos. **Licentia** in malū fere semper acci
 cipitur, aliquando tñ præter quā apud ecclesiasticos ponitur pro libertate.
Sall. ac quocūq; modo componendi belli licentiā ipsis pmittit, & **Au. Gel.**
 uir acerrimę in studio literarū licentiā **M. tullius**. **Organū** non solū instrumē
 mentū est quod chordas habet, sed ut dicit **Augu.** sup psalterio, **Organum**
 est nomē generale omniū uasorū musicorū, licet usu dicatur organū quod
 inflatis folliibus sonat, in qua significatione etiā **Hiero** accipit, uel organum
 potius est qđlibet instrumentū, ut organū uisus, uel organū scientiarū est lo
 20 gica. **Prostitulū** nō solū est ipsa meretrix, ut **Valla** dicit. **Sed** apud **Hiero.**
 ipsum lupanar etiā. dicit em̄ in **Ezechiele**. **Edificasti** tibi lupanar, & fecisti tibi
 bi prostitulū in cunctis plateis, & iterū. **Destruant** lupanar tuū, & demolie
 tur prostitulū. **PROFICIAT** tibi etiā non sine auctore dicitur **Gel.** lib. xiiij. ca.
 vi. quæ cū statim properās reddere ἀναίστην .i. proficiat tibi in quā doctissimi
 me uirorū &c. ubi cōtra nostrū usum expono liber (nā de quodā libro lo
 qui) proficiat tibi. .i. sit utilis & usui tibi nō mihi, qā nullius utilitatis est do
 ctus, propterea auctoritate illa nō probabit bene dici a uulgo proficiat tibi.
 Scripsi parricida simplici r scribi debere & ita inueni, alii tñ dicunt siue a pa
 30 tre dicat siue a pari semper r duplicari, qđ & ego facile admitto, **Dicimus** la
 tine rhetorica cę, uel rhetorica rhetoricorū. Itē physica, æ. œconomica, æ. ethi
 ca, æ. uel physica physicorū, œconomicorū, ethicorū. **Sed** grāmatica, logica
 dialēctica, philosophia, uix p̄ter ponūtur, æneis & neidis æneidos & neida in
 aet̄ō singulari nō plurali, nō tñ græca carēt plurali, quinimo & neida & neido
 rū etiā plurali dicimus. **Hoc** cōfirmat **Nonius Marcell.** egregius in primis
 grāmaticus qui aliqñ ait primo æneidorū, in̄. & neidorū, & auctores idonei
 pro libris singulari num. utunt̄ p partibus uero librorū psali, ut bucolicā
 georgicā, æneida pro ipso libro, at primo georgicorū, primo bucolicorū
 si ita etiā allegat, uel primo æneidorū pro ipsa parte, hoc est p prima parte
 & libro bucolicæ uel æneidos. **PYTHAGORIS** dici solēt qui uita Pytagore
 40 sequitur. **PRAETORIŪ** nō repugno dici posse domū prætoris ubi ipse prætor
 ius dicit, sicut de **Pilato** legit, ingressus **Pilatus** in prætoriiū, non autē legi un
 qđ prætoriiū esse senatorū curiā, & lego in sacris literis paretia uti apud **Au**
gu. lib. xiiij. de ciui. dei, & **PAROCHIA** apud **Hiero.** contra **Vigiliū**, inde for

mant parochianū, parochus (unde parochia deriuat) dicitur esse præbitor, *παροχῶ* em̄ dicitur præbeo, huius officiū erat magistratibus præbenda cōducere. Initiare pro incipere utitur Sallustius in oratione Catilinæ cōtra Ciceronē, & sublimare utit̄ Ennius. Propalare apud launos inuenies. Carissus tradit cambio habere campsi in p̄tō, usitatū tamē esse uerbū præsertim in cōmuni significatiōe nō existimo, nec ego legi nisi apud Apuleiū qui dicit an ipse mutuaris opas, an cū uicinis tuis cambias. Apud antiquos uero ut dicūt cambire accipiebat̄ pro pugnare, & iter inchoare flectereq; a q̄ cambis psare. i. iter flectere, uñ Ennius dicit campsatā leucatē. At ego nō multū legi Nō bene dicit̄ quot uicibus uel una uice &c. Dixi in cōmentariis ex Peroto, at uersa uice inueni apud iuriscō. ff. de libera. cau. l. i. uersa em̄ uice (inqt) dicemus liberi parentū etiā inuitorū eandē facultatē dare, & Seneca tragicus in Hercule ortheo, sit dephensum fulmē uersa uice &c. Vltimū supinū etiā cōstruitur cū uerbis importantibus motū de loco. M. Caro de re rusti. primus cubitu surgat, postremus cubitū eat. Statius in pri. Achil. Quē tum uenatu rediturū in limine primo Opperiens. Hęc sunt q̄ in transcurso & cursim cōmentaria pellegendo, uel emendauit, uel addendo ornaui; emens daturus etiam alia si inuenero. Vale.

OPVS CVLA SEQVENTIA BEBELII

De magistratibus Romanorum. De sacerdotibus Romanorum. 20
De artificum & negociatorum nominibus. De uera interpreta
tiōe priorum nominum. Et inibi contra quosdam concionatores
res fabulosos. De uero modo loquendi & scribendi ad Volfgangum
fratrem. De aspiratione Necchari fluminis, & de pagis Sueo
rum. Excerpta quædam ex spicilegio. De libris eius compos
sitis & nondum æditis, atq; de æmulis suis. De nominibus morbo
rum, eorumq; significatione. Apologia pro commentariis. Amico
rum & auditorum testimonia. Castigatio eorundem, additioq; &
retractio quorundam locorum.

HEXASTICON VOLFGANGI BEBELII PHIL

Philosophiæ magistri in cōmentaria fratris sui.

Inuide quid laceras doctū monimenta poetæ
I procul ad stygios barbare inepte lacus.
Lauriger hic scripsit studiosis, atq; iuuentæ
Discere conanti uerba latina loqui.
Ergo quæ gliscis sermonē texere purum
Huc Germana cohors deprecor ito frequens.

PRO COMMENTARIIS BEBELIANIS CARMEN VOLFGANGI

Richardi Gyllingenſis ad Volfgangū Bebeliū. 40
Bebeliomastix rictum compelle caninum.
Ne uatirapido dente nocere queas.
Nunc opus in lucem lima foelice politum.
Mergitur, & Zephyris uela ferenda dedit.

Ille dies nitido pueris signanda lapillo est

Vatis **Bebeli** qua documenta uident.

Ille dies adimet bacchantū scripta furentum.

Barbariemq; rudem deuorat illa dies.

Naufraga **Romani** fuerat sermonis honestas

Dum monachus **Gallus** uela latina regit.

Sueuigenum splendor **Bebelius** ecce poeta

Transulit ad ueterem **Romula** uerba phrasim.

GVOLFANGI BEBELI AD GVOLF

10

gangum **Richardum** tetraſtichon.

Accepi ſtudioſe tuum **Guolfgange** poema

Quo præceptorem tollis ad aſtra tuum.

Hinc ſi digna datur referendi occaſio grates

Impigrum ad quouis deuoueo obſequium.

AD REVERENDVM IN CHRISTO PATREM GEORGIVM

pifcatoris abbatem ad duplices aquas uulgo **Zuifulda**. **Henri**
cus **Bebelius** luſtingenſis poeta laureatus

20

Quotienſcūq; recordor pater reuerende, recordor autē ſæpius tuam &
beneuolentiā & humanitatem, & beneficentiā in me meūq; amicū, iſdēq;
mecū nullis iniuriatū **Leonhartū** **Clementē**, toties exopto mihi iuſtā offerri
materiā, quo pro uirili portione tuis in me meritis liberaliſſime reſpondeā
q; tamen ſi mihi perſpectū ſit, alios conſueuiſſe ſuos benefactores redonare
auro atq; argēto, alios gēmis lapilliſq; preciſiſ, nō nullos prædijs, uillis, cæ
terisq; id genus poſſeſſionibus, quę uulgo præclara habent, ego uero (quo
niām hoc repenſationis genus fortuna mihi denegauit, teq; in id ſaſtigium
collocauit, ut meſ muneribus nō habeas opus ad animi mei gratitudinē
declarandā, longe nobiliori uita incedā, non em̄ auro aut argēto donabo,
rebus mobilibus fluxis, & ad quālibet fortunæ iniquitatē non ſine poſſeſ
ſoris dolore abeuntibus, non itē cætera omnia quę ſordidiſ ingenijs uidē
tur eximia, ſed nominis claritatē, ſi quid modo mea carmina poſſunt, atq;
30 immortalitatē retribuā, tuasq; uirtutes quę maximæ ſunt, atq; immortales
cunctis ſeculis, atq; nationibus quos modo **Romana** lingua, atq; ſides
illuſtrat inſinuabo, & quoniā in præſentia epiſtolaris anguſtia non patit lon
gius euagari, pauca quedā hic obiter de te prædicare non erubecā, præter
alias, ſ. uirtutes, tantā in te ſitā eſſe prudentiā, tantā in monaſterio tibi com
miſſo uigilantiā, tantā pietatē, cultūq; diuini, ut totius ædis tuę labantem
ruināq; indies minitantē molem ita inſtauraueris, ita nouis ſubinde ædifici
cis exornaueris, puſtus itē ære alieno nō ſolū ad inopiā redactos, uerū etiā
40 ſupatos ita æpificaueris, ita deniq; duplicaueris, ul' poti⁹ triplicaueris mo
naſticā poſtremo diſciplinā, canonicāq; ſcī **Bñdīcti** inſtitutionē iā oli poſt
habitā, diſſolutā & negleſtā ita reformaueris, ita ad priſtinā regulā, atq; ob
ſeruationē redegeris, ut alter & ſecūdus fundator & conditor, inſtitutorq;
appellari merearis iure meritiſſimo. q; ſi urbes antiquitus ſuis cōditoribus

diuinos honores decreuerūt. atq; cōsecrarunt immortalitati, quoniā maio-
ra dare non poterant, nonne ut transeamus uanū gentiliū errorem, tm̄ tibi
debet fraternalis tuus cōuentus, quantū quæq; respu. suo conditori, quātū
cliens patrono, quantū filiū patri, & ut paucis multa dicā, tantū tibi sem p
debebit, quo cuiq; debere maiora fingi non possit a quoq;. Sed dum mihi
alias diffusus sit institutū de hac re disputare, receptui canā. Nunc autē p as
ter reuerende accipias libellū nomini tuo nuncupatim dedicatū munuscu-
lum meū, non eo animo, ut uelim te in his scholasticis, atq; elementarijs lu-
dicris tempus perdere, sed ut iunioribus fratribus, quos optime institutos
esse cupis, q̄ maxime consulatur. **Vale & me cōmendatū habe.**

IDEM HENRICVS BEBELVS AD VENERABILĒ
um sacræq; religiōi deditissimorū patrū monasterij **Z uisuldē**
sis cōuētū p literatorū studio, atq; bibliothecę eorū cōmēdatōe.

Vos ego fœlices nunquam dixisse uerebor

Noscere si uultis gaudia uestra patres.

Quos neq; diuitiæ uexant, nec tristis egestas.

Nec fallax mundus, nec fora dura reos.

Si modo displiceat sopor, atq; ignobilis oci

Segnities, monachis insidiosa nimis.

Segnities hominis cunctos effœminat actus.

Emollit uires, ingeniumq; rapit.

Hæc labor in studio uegerat, confirmat, & auget.

Atq; saluiferas ambulat ille uias.

Nanq; ad temperiem reuocans, hic nubila mentis

Mitigat, hic curas caniferaq; fugat.

Hoc artes Satanae, & tentatio scœda fugatur.

Omnia segnities uberiora dabit.

Et quos hec eadem peperit morbos, studiosus

Vitat, & in senium proferet ille dies.

Nlum semper honos nitidis comitabit alis.

Gloria, fama, decus, qui studiosus erit.

At moritur ueluti pecudes, inglorius, atq;

Flebilis en nulli desidiosus homo.

Inde patres mihi dilecti simul & uenerandi

Sit labor in studio nocte, dieq; frequens.

Dummodo palladijs sit uestra referta libellis

Et plena omnigenis bibliotheca sophis.

Sue Palæmonias curet quis discere chartas.

Inueniet doctos grāmaticæ canonas.

Seu colere altiloqui lepidas Demosthenis artes,

Ac Ciceronis opes hæc tibi theca dabit.

Sicut ibi mellissimum carmen, dulcissq; poetæ

Sunt cordi inuenies quæ placuisse solent.

DIGNITATES

- Iuris & æquarum numerosa uolumina legum
 Et ueterum inuenies scita sacrandæ patrum.
 Romulidum historias, Iudæas, extera gesta,
 Annalesq; tuos gens Alemanna leges.
 Si tibi philosophi placeant, academia florens
 Cecrope posthabito, huc migrat amica boni.
 Ingenium huc torrens, atq; admirabile doctis
 Migrat Aristotelis, Democritiq; sales.
 Zenonas rigidos, famiæq; silentia sectæ
 10 Socraticos mores discere abunde potes.
 In primis hagiographiæ decet inuigilasse
 Tedia quæ pulsat, datq; salutis opem.
 Alter discursat per uicos, atq; plateas,
 In triuijs tractet garrula uerba loquax.
 Alter rixetur raucus de stercore equorum,
 Et uerbis superet uulgus anile aliis.
 Verbofas alius leges in pectore uerset,
 Atq; citando reos iurgia inepta serat.
 Splendidior toga sit, multo sudoreq; natos
 20 Nutriat, in somnis pallidiorq; croco
 Cum sacris uester sermo doctoribus esto
 Qui uigiles curas, somnia dira negant.
 Hereticos contra dulce est audire tonantem
 Hieronymum, flagrans eloquiumq; senis.
 Tecum Augustinus cæli sublimia tractet,
 Explicet eloquijs sensa profunda sacri.
 Et grauis Ambrosius diuino rore madescens
 Ad populū erudiat de pietate loqui.
 Gregoriusq; pius doctor morumq; magister
 30 Instruat, ad cœlum qua uia tuta datur.
 Atq; alios centum fidei tractato magistros
 Quos neq; connumero, nec numerasse queo.
 Præ rostris igitur, triuijsq; loquælibus, atq;
 Alloquio populi bibliotheca iuuet.
 Quæ neq; dat rixas, nec uel clamoribus aures
 Obtudit, haud quæstus irrequieta petit.
 Omnia sunt ibi tuta quidem, iucunda, quieta,
 Sollicitusq; timor cedat & ira procul.
 O demum fratres quos Zuifuldense fouebat
 40 Cœnobiū ualeāt, Bebeliusq; diu.
 Ad abbatem eiusdem monasterij Tetraſtichon
 Q, modo doctorum solatia bibliothecam
 Struxisti, auctorum doctis uarijsq; refertam

Codicibus, semper te abbas uenerande **Georgi**
Doctorum cœtus, laudabit, amabit, honorat.

Imperatores in principio erant qui exercitui præerant, & singuli aliqua re foeliciter gesta, a senatu hoc nomine sunt honestati et appellati. **Ci**ero autem docet imperatorē a senatu appellari solitū fuisse, si quis mille aut duomilia externorū hostiū occidisset. **Appianus** vero de bellis civilibus scribens, ait nomen imperatoris uendicari solere ab his prætoribus qui in maximis belli operibus uersati sunt cum laude, nunc autē inquit sub quibus decem millia in bello cecidissent, hac appellatione dignos haberi audio, præterea ductores exercitū, & præfecti copiarū militariū uocant a scriptoribus imperatores. Nunc uero latine & significanter & uere imperator dicitur, qui rerū potitur, uniuersamq; rempu. administrat, ut enim imperium **Roma**, ab omnibus eleganter dicitur, & quasi magnificentius q̄ regnū Romanorū, ita imperator iure dicitur qui summū dominiū in repub. Romana habet, nec curo q̄ **Leonhartus Iulianus**, uenetus aliter sentiat, arguēs barbariem Germanorū, q̄ imperatorē supremę potestatis nomē existimemus in apologia enim nostra iniuriā nobis Germanis ab illo iniustā, & illatā, gloriose ut spero uindicauit, testimonio tam gentiliū q̄ Christianorū, tam iurisperconsultorum q̄ historiographorū non paucorum, ut breuī uidebitur.

SENatores Romulus centū numero elegit, quos ob honorē patres, ob ætatem senatores appellauit, hoc tangit **Ouidius**, v. fast. Nec nisi post annos paruit, tunc curia seros. Nomē & ætatis mite senatus habet, iura dabat populo senior, finitaq; certis Legibus est ætas unde perat honos. Qui uero ex his primoribus centū patribus geniti sunt, **Patricij** nūcupati sunt, apud Græcos uero imperatores omnino maior erat dignitas, non ex successione debita, sed quę solebat a principe cōcedi. **Suidas** patritios esse tradit cōmunis reipu. patres, qui in suprema dignitate senatorij consilij esse cēsentur. **Senatores** autē triplicis ordinis fuerunt, **Patricij**, **pedarij**, **conscripti**. De patricijs dictū est. **CON**scripti senatores hi sunt, qui regū, consulū, cēsorū ue decreto in senatū lecti sunt. **Accursius** autē in primis rudis grāmaticus dicit in glossa. **C**, de emēda **Iusti**. **Co**. **¶** Patres cōscripti iō dicunt, quia noia scripta erāt in diademate capitis eorū in literis aureis ut recognoscerēt ab alijs hoibus, qd ineptius, aut falsius dici pōt: q̄s unq̄ audiuit senatores diademate **Roma** ornari: **Sed** ut **Festus** ait. **Cō**scripti dicebant q̄ ex equestri ordine patribus ascribebant, ut numerus senatorū explerēt. **Pedarij** uero, ut dicit **Festus**, uarijs rōnibus appellati sunt, alij uero q̄ hi nō haberēt sententię dictiōnē in senatu, sed in aliorū sentētijs pedibus irēt dictos **pedarios** putāt. **Alij** q̄ eēt pleriq; q̄ magistratus curules adepti, sella curuli i senatū ueherent, q̄ uo pedibus iter facerēt **pedarij** noīabant. **Ma** autē **Varro** eq̄tes q̄sdā esse ait, quibus amplioribus mgratibus functis nōdū tñ, ut senatoribus lectis eēt ius dicēdi in senatu sentētię, cū tñ i senatū uenire liceret, sed quas sentētijs prius cept dixerat in eas descēdebāt. **Consularis** potestas summa erat post extos reges, & annua tantū, ne nimia diuturnitate in superbiam & licentiā

DIGNITATES

prolaberetur. Et duo semper erant cōsules, ut unus alterū si male sentiret de repu. castigaret, & dicti sunt consules, ut ait **Pompo**, iuriscōsul. ff. de origi. iuris. q̄ plurimū reipu. consuleret, ut diuus **Miero**. ait super secūda uisione **Esaiæ**. principes quōndā **Romani** cōsules appellati sunt, uel a cōsulendo cī uibus, uel a regēdo cuncta cōsilio, & nos habemus in ecclesia senatū nostrū cētū presbyterorū. Proconsules autē dicebātur qui loco cōsulū in puīncias cū imperio mittebātur, eorūq; uice sungebant q̄ diu in puīncia eēt.

Tribunus celerū scdm locū a regibus tenebat, teste **Pōpo**. iuriscōsulō & p̄gerat militibus & emendationi militiæ. dicti sunt celeres a celeritate, q̄ celeriter occurreret, si quādo eorū opera respu. indigeret, uel a **Celere** quosdam interfectore **Remi**, qui primus his ordinibus p̄fectus fuit. **Celeres** antiqui dixerunt quos nūc equites dicimus, & dicunt tribuni a tribu, de quibus **Miero**. quo supra dicens, **Cēturiones** uocātur qui cētū p̄sunt militibus, & chiliarchi qui mille, quos **Tribunos** appellamus, ab eo q̄ p̄sint tribui unde & **Decanos** dicimus qui decē p̄sunt hoibus, uel tribuni secundū **Pōpo**. iuriscōsulū dicunt, q̄ tunc in tres partes ppl̄s erat diuisus, & ex singulis singuli creabātur, uel qui tribuū suffragio creabant. **Tribuni** militū erant qui parē cum cōsulibus habebāt in castris potestātē, & patroni exercitus, opponēbāturq; impatori pro militibus hi forsan mareschalci hodie dicuntur. **Dicitur** autē tribunus cohortis quē fere mille militibus constabat, & legatus legionis. **Non** autē dicimus **Cēturio** cohortis, sed ex cohorte. **At** tribunus cohortis. **Nec** tribunus legionis, sed legatus. **Nec** legatus exercitus, sed imperator. **Legatus** autē dicitur legionis, & tribunus cohortis. quia totū illi p̄æst, ut impator exercitū. **Tribunorū** autē officīū erat, ut **Marcellus** de re militari scribit, in castris milites cōtinere, & ad exercitacionē producere, uigiliās circuire, rei frumētarię p̄æsse, querelas cōmilitonū audire, ualitudinarios inspīcere. **Et** horū duo erant genera, alij **Ruffili** ac postea **Rutuli** uocati, qui in exercitu creabant a cōsule, non a populo, alij comitiati q̄ **Rome** in comitijs designabant. **Sunt** & tribuni erarij ab eo dicti, q̄ his tributa erat pecunia quā militibus distribuerēt. **Tribuni** plebis erant defensores plebis, ne uis aliqua, aut fraus in plebe inferet, ut æquitas in ciuitate & maior libertas esset, hos **græci** demarchos uocant, & hi ut ego arbitror hodie apud **germanos** in imp̄ialibus ciuitatibus pro letario & illiterato uocabulo scabini dicunt, quos alij p̄tores urbanos uocari uolūt, q̄bus. ego nō subscribo. **Fuit** autē tāta tribunorū plebis potestas, ut dicitur **Venestella**, ut q̄cqd decreuisset senatus, ita demū ratū haberet si tribuni approbauissent.

Dū **Qemuri** (penul. corre. sicut etiā triuiri, duuiri, & similia) creabant omnibus urbis magistratibus per annū sublatis legū condendarū & iudiciorum ferendorū gratia, & decē numero constituti sunt senatusconsulto, & **populi** cōsensu, & p̄æ ceteris magistratibus officia pene omnia obibāt, hī a **græcis** ciuitatibus leges petiuerunt, & tabulis eburneis, seu ut alij uolunt æneis, p̄scripserūt. **Inde** leges. xij. tabularū dicti. **Decēuiri** etiā successu rēporis cōstituti sunt **Romæ**, teste **Pompo**. q̄ hastæ p̄essent, & litibus iudicandis

Habeant autē alii etiā legatos, ut dicit **V**enestella, ob rerū gerendarū multitudinē qui nō propria, sed mādata iurisdicōne utebant. **P**RÆtores in troducti sunt ita, ut **P**ompo. iuriconsul. ff. de origine iuris narrat, cū consules auocarētur bellis finitimis, neq; esset qui in ciuitate ius reddere posset, factum est ut **P**rætor quoq; crearet, qui urbanus appellatus est, eo q; in urbe ius redderet. Post aliquot deinde annos nō sufficiente eo **P**ræto, q; multa turba etiā peregrinorū in ciuitatē ueniret, creatus est & alius **P**rætor qui peregrinus est appellatus, ab eo q; plerūq; inter peregrinos ius diceret, ut **L**isui. lib. v. scribit, primus p̄tor ex patribus qui ius in urbe diceret creatus est, penes quē magistratū ois publici, priuatiq; iuris potestas esset, & ut nouū ius cōdere & uetera abrogare posset, idq; ob magistratus honorē ius honorariū appellatū est. Ab initio autē p̄tor ois magistratus appellabat, cui pareret exercitus. Dicitur autē p̄tor ut præsit, ut **L**iuus uidetur uelle, uel secūdū **V**arronē a præcūdo, quali prætor, q; præret iure & exercitu. Erant itē prætores puinciales, qui puincis ius dicerēt qui totidē fuerunt, q̄t puincie in deditiōnē Romanorū uenerant. **D**ICTator magistratus erat sūmæ potestatis & extra ordinarius, nec nisi sex menses durauerat, sic dicitur, q; eius dictio parendū esset, uel eius dictio audientes oēs essent, qui antiquus magister populi dicitur, ut testis est **P**ōponius iuriconsul. **C**icero, **V**arro, **S**eneca.

MAGister equitū dictatori proximus equitibus regendis præfectus erat. **P**RÆfecti p̄torio tales fuerūt apud **C**æsares, quales apud reges tribunicelē, aut apud dictatores magistri equitū, hoc cōfirmat **A**urelius iuriscō. ff. de offi. præ. l. prima inquit. Ad uicē magistri equitū p̄fectos p̄torio antiquus institutos esse a quibusdā scriptoribus traditū est. **N**ā cū apud ueteres dictatoribus ad tēpus sūma potestas crederet, & magistrōs equitū sibi eligerēt, q; associari principali curæ militiæ gratia secundā post eos potestātē gererent, regimētis reipū. ad impatores p̄petuo translatis, ad similitudinē magistrorū equitū præfecti p̄torio a principibus electi sunt. **D**ata est eis plenior licētia ad disciplinæ publicæ emendationē, hoc idē tradit **V**enestella a q; hic accepit. **S**unt autē hodie apud principes marscalci, q; olim magistri equitū dicti sunt. **C**ENSores dicuntē teste **V**arrone ad quorū censurā i. arbitriū censeretur populus, hi igitur censui habendo, lustris cōdendis, moribus deniq; & disciplinæ Romanæ p̄fecti erant. **Q**UESTores qui ærario p̄fecti erāt & sumptibus publicis, a quærēdo, & ut **P**ompo. iuriconsul. ait, q; inquirēdæ, & cōseruandę pecunię causa creati erāt. quæstores urbani erant, qui nūc uulgo magistri computorū dicuntur, qui & præfecti ratiociniorū dici possunt, quæstores militares & qui cū consulibus & p̄toribus mittebantur ad bellū pro administrāda re pecuniaria, hodie thesaurarii dicuntur. Erāt & quæstores parricidii qui capitalibus rebus p̄erant, & hi a quæstoribus dicebantur, qui postea **T**riūuiri capitales nūcupati sunt, de quæstoribus plura in cōmentariis lingue latinę dixi. **I**NTERrex erat q; donec respub. rege aut cōsule carebat, uices regis uel cōsulis gerebat. Inde interregnū uenit. **L**EGati erāt etiā qui ducibus dabatur exercitus a senatu, nō solū adiutores, sed custodes, &

DIGNITATES

an iaduerfores rerū a ducibus gestarū, ita ut nihil ipsis ignaris a duce gerere
 tur, quos hodie ut dicūt campi prouisofores uulguſ Italoꝝ uocat. **PR**Ae
 ſes prouinciæ ut dicūt **U**lpia. eſt iſ qui maius in puincia imperiū habet om
 nibus poſt principē, aliqñ etiā dicitur auxiliator & deſenſor. **A**Ediles di
 cti ſunt ab eo q̄ ædes ſacras & priuatas procurent, & a ſolio eburneo qui
 bus inſidebāt **C**urules dicebantur. **A**ediliū officiū erat ludos & ſpectacula
 exhibere, & ut dicūt **F**enella cloacis publicis, & aquæ ductibus, cæteriſq̄
 10 ædilitiſ publicis p̄poſiti erant, deniq̄ quicquid rerū uitioſarū pro ſyncero,
 fractū pro integro uſq̄ ueniſſet, ædilitio edicto redhiberi ſolet. Inde græce
 ædilis dicitur ἀγορανόμος q̄ foro rerū uenaliū, cui regulā præſcribit p̄po
 ſitus ſit. **Pl**au. in capti, hunc fecerunt ſibi ætholi agoranomū. Inde apud **R**o
 ma. a **C**æſare creati ſunt ædiles cereales, & a **C**erere nomiati ſunt, ut ſcribit
Pompo, hiſ cura rerū uendendarū ne qua fraus fieret, & menſurarū cōmiſ
 ſa erat. **T**Triumuiꝝ triplices fuerūt **C**apitales, **M**enſarii, **N**octurni, de ca
 20 pitalibus ſic habet **P**ompo. ff. de origine iuris. **T**riumuiꝝ capitales cōſtituti
 ſunt qui carceris cuſtodia haberent, & cū animaduerti oporteret, eorū in
 teruentu fieret. **T**riumuiꝝ menſarii, ſiue monetales erant, quorū diligentia
 & cura nomiſmata auro argētoq̄ fabricarētur, de quibus **L**iuuſ dicit **T**ri
 umuiꝝ mēſarii creati ſunt, hiq̄ nūmulariſ & monete om̄is generis & for
 30 mæ cuſoribus præerant. **D**e triumuiꝝ nocturnis qui publicis præerant in
 cendiſ meminit **C**orneliuſ **T**acituſ, **T**riumuiꝝ nocturni q̄ ad incēdium
 in ſacra uia ortū tarde uenerāt, a tribuno plebis die dicta damnati, quos p̄
 ſtea præfectoſ uigilum dictoſ oſtendit **P**ompo. iuriſconſul. inquit em. **P**ræ
 fectuſ uigilum cognoscit de incendiariſ, & effraCTORIBUS & ſuiſ receptato
 ribus, & ut inquit **P**auluſ de officio præfecti uigilū. **A**puđ uetuloſ incē
 diſ arcendiſ triūuiꝝ præerant, qui ex eo q̄ excubias agebāt nocturni ſunt
 dicti. **A**ugu. aut̄ in grāmatica ſua faciens unā partem orationis dicit. præfes
 ctuſ uigilibus, præfectuſ fundiſ, p̄fectuſ annonæ. **E**ſt aut̄ **P**RÆfectuſ an
 30 nonæ qui in caritate annonę frumentū undiq̄, ut dicūt **F**enella coemerat
 & ſi quiſ ultra p̄prios uſuſ poſſideret, in mediū ponere iuſſit, aduehi undiq̄
 q̄ & adiectū iuſto precio uenire frumentū curabat. **P**ræfectuſ autē fundiſ
 qui fundi� & agriſ p̄erat, & nunc in pagis noſtriſ ſueuiciſ eligūtur triumui
 ri, uel quatuoruiꝝ, uel quinquiꝝ, pro ut magnuſ, uſ paruſ eſt paguſ, qui
 gerunt curā de pecore paſcendo, de paſcuſ, de tutadiſ frugibus, & damniſ
 agrorū præcauediſ, & ſiſtibiſ. **S**cribit **P**oſponiuſ de origine iuriſ, de quat
 tuor uiꝝ qui curā uiarū agerent, & alii de duumuiꝝ quibus **T**ulluſ hoſti
 liuſ poteſtatē fecit iudicandi de capite. **M**. **O**ratii qui ſoluſ ex trigeminis bel
 40 lo **A**lbano remanſerat, & reuſ accerſituſ, quod extra p̄rtam **C**apenam ſo
 rorem interſecerat. **P**RÆfectuſ urbiſ qui cuſtodiatæ urbiſ, & iuri dicens
 do præpoſituſ erat, quotieſ reipub. cauſa magiſtratuſ abeſſent, & ut **D**io
 nyſiuſ **H**alicarnaſe uſ ait, **R**omuluſ primū elegit unū qui urbanis negociiſ
 præſellet. **L**ongo poſt tempore tantū ſibi urbiſ præfectura uendicauit im
 peratorū temporibus, ut crimina omnium in urbe cognosceret, & demum

cum imperatores abessent, præfectus uelut alter Cæsar, & imperator imperabat, de rebus omnibus quæ ad Cæsarē pertinebant, censebat. Sunt itē singulorū ordinum in militia aliquādo præfecti creati, ut præfecti alarū, præfecti cohortū, & præfecti legionis uicē habebant legati absentis quibus parebāt, Tribuni, Hastati, Pilani, Centuriones, & totus deniq; exercitus. **PRAE**fecti itē castrorū, quorū cura erat positio ualli, fossæ, tentoria, tabernacula, tormēta bellica &c. **PRO**curatori Cæsaris oīs res familiaris principis cōmissa erat, etiā quicquid is ægisset ratū erat apud Cæsam, hic a recentioribus leguleis comes rerum priuatarum Cæsaris dicitur.

DE SACERDOTIIS ROMANORVM.

10

PONtifex maximus cæteris pontificibus præerat, nec poterat nisi unus esse qui templo Vestæ & custodiæ palladii erat præpositus, cui deniq; omnia sacra publica, priuataq; subiecta fuerunt. Et pontifices **Q.** Mutius Scauola a posse & facere appellatos esse dicere solebat, sed ea denominatio a Marco Varrone, haud satis probari uidetur. Nam & a ponte & facio pontifices appellatos putat, eo q̄ ab his pons sublitius factus, & sæpe restitutus esse perhibeatur, ante pontem autem sublitium ab Anco Martio factum principes sacerdotum a Numa Pompilio sunt appellati. **REX** sacrorum alio nomine sacrificulus pontifici maximo subiciebatur, cum enim a regibus quædam sacra instituta essent, a solisq; regibus obiri consueta fuerint, ne omnis religio extincta uideretur, creabatur rex sacrorum, sed ne regiam dignitatem regis appellatione usurparet, pontifici maximo subiciebatur.

20

FOEderales (quorum pater patratus princeps erat) sacerdotes dicebantur qui faciendis præerant foederibus. Inde enim dicti teste Fænestella, a Varrone autem a fide & faciendo, a Pomponio a ferendo dicti, ubi de foederibus conuenerat admitti consueuit pater patratus adstrandum enim, id est faciendum iuramentum admittebatur, eos instituisse dicitur Numa, cum indicendum esset bellum Fidenatibus. **CAD**uocatores autē pacis erant legati, dicti a Caduceo quem manu gestabant.

Salii sacerdotes fuerunt Martis, a saltando dicti, eo q̄ in portandis ancylibus quotannis uersicoloribus tunicis ornati, per urbem saltarent & tripudiarent, hos Numa xij. instituit. Tullus autem hostilius duplicauit numerum. **G**alli fuerunt sacerdotes matris deorū, quæ & Ops dicitur, & Cybele, Rhea, Berecinthia. Et sacerdotes illi castrati erāt, & dicti a Gallo uel phrygiæ flumine, cuius aquā potātes in insaniam uertunt. At Hero. in cōmentariis ueteris instrumēti aliter sentiēs dicit, hi sunt quos hodie Romæ matri nō deorū, sed demoniorū seruiētes gallos uocāt, eo q̄ de hac gente Romani truncatos libidine in honorē Martis quæ Eunuchū dea meretrix fecerat sacerdotes illius mancipauerūt, propterea autē gallorū gentis homines effœminantur, ut qui urbem Romā ceperant, hac feriānt ignominia. Inde archigallus qui gallorū sacerdotū est princeps, & ut Firmicus Mater. dicit si a Venere luna defluens in nocturna genitura feratur, minuta luminibus Saturnum, aut steriles, aut eunuchos, aut archigallos, aut hermas

40

DE NOMINIBVS ARTIFICVM

phrōditos faciet. **Flamen** dialis fuit sacerdos Iouis. dictus autem flamen ut **Varro** ait, quod in latio capite uel tao erat, & italo caput lanæ præcinctum habebat, a quo flamen appellabatur. **Dialis** autē a diuo ue, quod est iuuans deus. **Ceteri** flamines eius qui præsidēt numini decorantur titulis, ut flamē. **Martialis** a Marte. **Quirinalis** a Quirino **Romulo**. **Vulcanalis** a Vulcano.

Virgines uestitales fuerūt sacerdotes **Vestæ** quales hodie moniales sunt.

Collegiū augurū erat ordo hominū prudentiū qui prodigijs publicis perar, & primū tres augures fuerāt a tribus tribubus, sic instituit **Romulus** teste **Dionysio Halicarnaseo**, inde quattuor creati. **Tandē** plæbe per tribus nos id petente quinq; plebei augures quattuor patricijs adiuncti fuerunt, & sic numerus nouē augurū mansit. **Potitij** & **pinarij** fuerūt duæ familie hospites **Herculis** in Italia, & tandem eius sacrorū sacerdotes instituti. de quibus **Virg.** in. viij. ænei. plura. **Luperci** sacerdotes erāt **Panis**, licet siue **Fauni** aut **Syluani**, nudi sacrificantes. **Epulones** fuerūt sacerdotes quod ludorū epulare sacrificiū faciebant, & primū fuerūt tres, post quinq; tandem septē. **Duūuiri** a **Tarquiniō** superbo instituti erāt, qui soli libros si byllinos inspicerēt, postea creati sunt. x. & tādē. xv. & dicti sunt quindecim uiri quibus aliquādo cura fuit cōmissa corrigendorū factorum. **Fratres aruales** numero. xij. qui sacra publica fecerunt. ppter ea ut arua ferāt fruges a serendo igiū & aruis. ut **Varro** scribit **Fratres aruales** dicti.

DE NOMINIBVS ARTIFICVM ET NEGOCIATORVM

Opifex generaliter dicitur qui opere manū suarū uitā sustentat, & opera manibus facit sicut et operarius. **Opificē** aliquādo deū uocamus, id est operatore omnium rerū. **Aliquādo** opifices coquos & lautiorū artiū sectatores uocamus. **Cice.** pro **L. Flacco**. **Opifices** & **tabernarios**, atq; illā omnē secē ciuitatū quid est negocij cōcitare. **Idem**. **Omnes** autē opifices in turpi sunt exercitio, **Inde** opificiū est opus opificis. unde elegantissimus inter christiani nos scriptor **Lactantius** suū opus de opificio dei inscripsit. **Inde** etiā opificina quo uocabulo **Plautus** in milite uitit, uideit eē taberna opificis. **Differūt** autē officina & taberna. **Officina** græce ἐργαστήριον dicitur, generalitē ubi opera fiunt, ut officina cæla: oris, fuloris, flatoris, futoris, sartoris, statuarij & cæterorū. **Taberna** uero ubi opera ipsa, cæteræq; merces uendunt, ut taberna uinariā, lanaria, olearia, panaria, ubi uinū, lana, oleū, panis uenditur. **Tabernā purpurariā** **Paulus**. ff. de leg. iij. dicit. quæ est ubi purpura uenditur. **Et purpurariā** etiā teste **Beda** presbytero in cōmentarijs actuū apostolorū, dicitur purpuræ uenditrix, quæ græce porphyriopolis uocatur. **CAV** pona uel copona est taberna cauponis. **Tabernæ** item appellatione, ut tradit **Vlpia**, iurisconsul. ff. de uerbo. signi. declaratur omne utile ad habitandū ædificiū, a tabulis quibus claudit uel cooperit. **Inde** tabernarius qui in taberna uēditat, & maxime qui uinū uendit. **Cice.** sed dici non potest quō hic omnia faceant, nisi ego cum tabernarijs & equarijs pugnarē. **AQVA** rius qui uendit aquas. **Vlpia**. tamē iurisconsul. ff. de fun. instru. & instru. leg. **Aquariū** accipit pro eo qui inuehit aquā, & pcurat in domū, ita dicens. l.

quæsitū est. **H**ostiarīi autē inquit, uel topiarī, diætariī, aquarii domui tm̄ de
 seruiētes continebunt. **S**unt autē diætariī ministri diætæ. **D**IÆta ut alibi
 dixi est cœnaculū & locus ubi cenat, qui & triclinariī dicuntur. **A**RChitri
 clinus autē præfectus est tricliniī. **H**OSIariī autē qui claudūt & obseruant
 hostia & ianuas, teuto. torvuart. **T**opiarīi qui topiaria faciūt, & ars topiaz
 ria, ut alibi dicam. **F**ABer nomen generale est sicut fabrica, officina, ut fa
 ber lignarius, teuto. zimmerman. **F**aber tignarius faciens tigna. **E**st autē **T**I
 gnus, uel tignū in neu. ge. trabs qua uarie disposita domus extruit, & pro
 prie cui tectū superponitur, sed faber tignarius, ut dicit **C**aius iuriscōsul,
 dicitur non solū is qui tigna dolat, sed etiā qui lignea solaria, hoc est q̄ tra
 bes, cæteraq; ad tabulata domus utilia & omnis qui ædificat intelligitur. 10
Faber cæmētarius qui cæmenta facit, teuto. mortelmacher, & generaliter p̄
 fabro murario accipitur. **F**aber carpentariū qui carpenta facit, uel genera
 tim faber lignarius, ut **H**iero. ait. **C**arpētarius faber facit scānū. **F**aber plaus
 strarius qui plaustra facit, teuto. vuagner. **F**aber machinariū uel mechanū
 eus qui machinas facit, & est opifex eorū operū quæ ingenio simul & ma
 nibus fiunt, qui græce etiā μηχανοποιός mechonopiū dicitur. **M**AChina
 rius item alius dicit ab **A**fricano iuriscōsul. ff. de le. ij. & uidetur esse qui
 machinas trahit, uelut **A**ccursius ait, qui portat necessaria machinæ, quæ in
 fundo fiebat. **A**rchitectus. ut **Plau.** in milite dicit, uel architector, ut idē aucto
 r est in mustella. dicens in persona **T**ranionis serui, dare uult uxore filio
 quātū potest ad eā rem facere, uult nouū gynæciū. **N**am sibi laudasse ait ar
 chitectorē nescio quē &c. **E**st igitur **A**RChitector uel architectus faber prī
 cipalis, uel qui præest structuris ædificiorū, ab ἀρχός .i. princeps & τέτων
 id est faber, & non a tectū tectū, ut nostri dicunt. **I**nde architectari uerbū des
 ponens quo uerbo **C**ice. utitur de fini. bono. & malo. li. ij. **C**ornelius tm̄ nez
 pos teste **P**risca. in. vii. ponit in passiuā significatiōe, ut sit generis cōmunis
 & architectura ip̄m opus. & sic **V**ictruuus **P**ollio ad **A**ugustū de architec
 tura perscripsit. & quoniā **Plau.** dixit **G**YNæciū uel gynæceū scias hoc eē
 nomen græcū, & significare locū in quo habitāt solæ mulieres, teu. ein fro
 30
 uen zimmer, & produ. penul. sic em̄ apud græcos scribitur γυναικείον ἀν
 δρῶν **A**NDron uero andronos ἀνδρῶνος uel ἀνδρῶνιτιο ἀνδρῶνιτιδος
 andronitis andronitidis est locus ubi uiri tm̄ uersant, & is locus in arcibus
 nostrorū nobiliū dicitur, teuto. die ritter stub, a gynæceo uenit gynæcearius
 qui facit gynæcea uti quidā **J**onathes fuisse dicit ab **I**osepho in. vii. ubi legi
 gynæcearius arte perperā. **F**aber materiarius dicit qui ligna parat & sub
 ministrat operi faciūdo. **Plau.** in milite. **S**i non nos materiarius remorat fa
 ber ad opus. **E**t fabricā materiariā primus inuenit **D**ædalus, ut **Plini.** in. vii.
 auctor est. **F**aber ferrariū qui ferrū fabricat, teu. ein schmid. **E**t faber gra
 40
 rius qui æs. faber plūbarius qui ex plūbo aliquid facit. faber cultrarius uel
 cultrifex qui cultella facit. **P**VLtrarius dicitur item qui uictimā cultro uis
 citimat &c. μηχανοποιός **M**ACheropiū dicit qui machæras facit, teuto.
 schyuert, macher, oder messer schmid, quem latine cultrariū uel gladiariū

DE NOMINIBVS ARTIFICVM

fabrū dicere possumus. **F**aber stannarius qui tractat stannū, sic fulfores stant, teuto. kantengiesser. **F**aber argētarius qui argentū fabricat. **A**urarius faber uel aurifex quo **P**lautus & alii utūtur qui aurū fabricat, goldschmid. **I**nde aurificina. i. officina aurificis. **A**rgentarius alias significat, ut alibi dixi, qui uulgo campfor dicitur uel menlarius. **F**aber argentariarius, teuto kupfer schmid. **A**rgentariū em. ut ex **P**linio haberi potest, lib. xxxiij. cap. xvij. idem est quod nos uulgo cuprū dicimus, aliqui tamē cuprū latinū esse uolunt per **P**alladiū li. ij. rerū rustū. q. dicit cuprini clauī, sed alii cyprini legūt.

INAurator qui ab aliquibus aurarius dicitur, est qui deaurare solet, teu. vber gulder, & sicut dicimus inaurare uel deaurare, ita inargentare, teu. vber silbern. dicit em **F**lorenti. ff. de suppel. leg. Inargentati lectū. **F**aber aurichalcarius qui aurichalcū fabricat, **B**RACtearius dici potest, teu. goldschlager, sicut laminarius, teu. spengler, cum lamina generale sit omnium metallorū.

CHAlcomistæ item sunt qui uulgo alchimistæ dicuntur χαλκός chalcos em æs dicitur, & μεταίω miæno, id est fædo, corrūpo & uitio. **I**nde chalcomia ars ipsa est uel deceptio. **F**ateor autē hic multa me fingere uocabula q̄ ipse nunq̄ legi, attamē intra analogiā sinxi, & ad similitudinē aliorū, ut em dicitur mus faber ferrarius, lignarius, ita ego dixi cultrarius, argentarius, argentariarius, plumbarius, stannarius & in similibus. **N**on enim uidetur mihi ulla posse dari differentia, cur unū dicendū sit & non alterū, & q̄ si hoc quia autoritas deficit esset ratio quæ ut **Q**uintiliano uisum est ex historicis, oratoribus, & poetis est petenda. **T**ueor ego me ex analogiā & deriuatiōe quæ nouationē uocabulorū admittunt, ut alibi dixi ex **F**ortunatiano & aliis. **S**i enim dicimus bractearius, cur non & laminarius: at primum dixit **H**elius **S**partianus in **A**lexandro **S**euro ita dicens. Bracteariorū uiriariorū, pellionū, claustrariorū, argentariorū, aurificū, ceterarūq; artū uectigal pulcherimum instituit. **L**ampridius uero de eodē, uectigal pulcherrimū instituit braccariorū, linteonū & pallionū, ubi palliones sunt palliorū confectores, sicut braccarii braccarū uestiū factores, sed ut alia uocabula etiā ponā.

VIRiarii sunt qui ultra faciunt, teuto. glaser. **C**LAustrarii sunt q̄ claustra & seras faciūt, teu. schlosser, qui & serarii dici possunt, sed **S**ERriarii sunt qui seras faciūt, teu. segenmacher oder segen schmid. **P**elliones sunt qui pelles parāt, teu. kursner. **P**lau. in **M**enechmis, quasi suppellex pellionis palus palo proximus est, quos **F**irmicus **M**aternus etiā pellarios uocitat, uulgo pelliparios inepte. **M**ONetarii uel monetales fabri, uel q̄ **F**irmicus uir numismarii, sunt censores monetarum, mintzmeister oder schlaher. **F**abri calcararii qui calcaria faciunt, teu. sporer. **L**ORicarii, uel ferramentarii q̄ loricas faciunt, teu. kyrris schmid. **L**oricatos autē latino uocabulo **L**iuus uocat caraphractus græce, et politores loricarū harnasch seger, sicut **I**ulius **F**irminus uocat politores p̄ciosarū gemarū, sic nos loricarū, spatay, gladior.

Faber ahenarius qui facit ahenā, teu. kesser, quē proletarius sermo & uulgus caldeatorē & calderificem uocat. **F**ALcarius qui facit falces, q̄ diuersæ sunt, ut alibi diximus, & inuenies, ff. de fun. instru. **S**unt item, falcarii qui

falcibus utuntur. **ORG**anarii sunt qui organa faciunt. Quæ dicantur organa diximus in cōmentariis de abusione. Iulius Firmicus. Si luna Mercurio defluens plena luminibus ferat ad **Venerē** organarios faciet. **F**aber uascularius qui uascula facit. Inde argētarius uascularius, id est qui argētea uascula fabricat, de quo fit mētio. ff. de acti. & obliga. l. finali. **A**VRifodi na ubi aurū foditur. **F**odina ferraria, plumbaria, stannaria, argentaria, argētaria, æraria, salinaria, ubi foditur ferrū, plumbū, stannū, argētū, argentarium, æs, sal &c. **S**CVlptores seu ut **Diomedes** uult scalptores, sunt qui cedendo imagines aliquas faciūt, & proprie in marmore & aliis lapidibus teuto. bildhauer. Statuarius a græcis ἀγαλατοποιός qui statuas fingit, seu qui imagines fundit, & statuæ istæ maxime sunt æneæ, eboreæ, lapideæ &c. **C**AElatores qui uasa argentea & similia sculpunt. **E**NCaustę q adhibito igni aliquid pingunt. Encaustū latine inustū dicitur, uulgus male pro atramento accipit. **F**LAtores dicūtur qui æs signant, quasi flando, hoc est calefaciendo æs signetur. **F**VLcrarii sunt qui spondas & fulcra lectorum fabricātur, & turbines pueriles & rhombos muliebres quibus si la agglomerantur. **D**OLiarii qui faciunt dolia. **F**IGuli haffner, qui a recentioribus lutifiguli dicunt græce plastæ dicūtur. Hiero. dicit plastes quē nos fictorē & figulū possumus dicere. Inde siglina officina figuli. unde **L**azbienus iurifconsul. ff. de fun. instru. quædam cum in fundo siglinas haberet opera sigulorū maiore parte anni ad opus rusticū utebatur. Figlinas autē uel sigulinas **Chorebus** atheniēsis inuenit, ut dicit **Plini**. & opera ipsa apud **Pliniū** siglina & fictilia dicūt, & siglina etiā ars sigulorū dicit. **Pli**. li. xxxv. siglinarū opera imbricibus tabulis tegulisq; ad balneas māmatīs, uel ad tecta coctilibus laterculis fundamentisq; aut quæ rota fiunt. **T**ECtores facientes tecta, teuto. decker. **C**ARbonarii qui coquūt carbones koler. **C**ALcarii facientes calcem kalgbrenner. **C**ato de re rusti. calcarius ligna conficit ad fornacem. Inde fornax calcaria ubi calx concoquit, & calcata ædificia dicuntur calce cōtecta, quæ loricationē & tectoriū appellāt. **L**ATERarii qui laterem coquunt, teuto. ziegler. **F**ornacarii dicuntur qui faciunt fornaces. **L**APidicidæ non lapicidæ, qui cedunt lapides, steinmetz, qui græce λατόμοι latomi dicūtur, & lapidicina non lapicina, græce λατομία latomia, uel λιθοτομία lithotomia steingruob. Inde etiā λιθόγλυφος lithoglyphus id est lapidū sculptor, & λιθίασις lithiasis, id est morbus calcularis, teuto. der stein, λιθόσπασσις id est lapidibus stratus, sicut uicus fuit hierosolymis & λιθοτόμος lithotomus, id est lapidū incisor, uulnerarius medicus. **L**apidarij autē quo uocabulo utit **Firmicus** uident esse qui ex terra lapides effodiunt. **T**ORnarii uel tornatores, teu. treier, qui aliquid tornant. **S**TRatarius dicit qui strata equo facit, teuto. sader, hic uulgo sellator perperā dicitur, sed melius græce ἐπιπρωποποιός ephippiopœus, uel potius ephippiopius dicitur ἐπιπρωποῦν **E**PHippiū em græce, latine stratū equorū dicitur, **Cæsar** in iij. belli gallici. **N**eq; eorū moribus turpius aut inerti⁹ habet q̄ ephippiis uti, & ut **Plini**. in. viij. tradit, frenos & strata equorū. **P**eletronijs inuenit.

10

20

30

40

ET NEGOCIATORVM

Fornicator apud **Paulū**. ff. de fun. instru. est minister fornicis in balneo calefactandi, qui a nobis calefactor dicitur. **Mallē** ego dicere fornacator a fornace quod plus quadrat q̄ fornix, sicut etiā. ff. ad legē qui. fornacarius non fornicarius legendū cenſeo, qui tunc est seruus piſtriniarius uel piſtor. **FORnicarii** autē de quibus fit mentio. ff. de usuris. l. cum quidā. sunt opiffices, & propolæ, & inſitores qui tabernas a fiſco conducūt sub fornicibus. ut ibi merces ſuas uenales habeāt. **SULphurarii** dicunt qui sulphur conſuunt uel fodiunt, ſchvuelmacher. Inde fornax sulphuraria, ubi sulphur concoquitur, de qua facit mentionē **Vlpia**. ff. de pœnis. **FVNariarius** uel restio latine, græce σχοινοπλόκος schœnoplocus qui funes facit, teu. seiler. Inde etiā σχοινοβάτις. **SCHœnobates**, dicitur latine funiambululus q̄ in fune ambulat, teuto. der uff dem seil gat. luue. iij. lary. **Quēuis** hominē secū attulit ad nos, **Grāmaticus**, rhetor, geometra, piſtor, aliptes, **Augur**, ſchœnobates, medicus, magus, omnia nouit. **Putearius** dicitur fossor puteorū teuto. brunnen graber. **FOSsarii** uel fossores qui fossas faciunt, diuus autem **Hiero**. fossarios dicit esse clericos uel in clericis gradū fossariorū ordinem, qui in similitudine **Tobix** sancti sepelire mortuos admonent, ut exhibentes uisibiliū rerū curā ad inuisibiliū sustinēt, & resurrectionē carnis credentes in domino, totū quod faciunt deo se præstare non mortuis cognoscunt. Sed ut artifices plures simul interpretari possim, sumā ex **Aulularia** **Plauti** poetæ festiuissimi, in illa enim plures artifices annumerat **Megadorus**, quibus uxor dotata & quæ multā dotē ad uirū attulit, utitur ad ornatum, pompā & superbiam suā seruiētibus, earūq; impia superbiam & sumptus intolerabiles detestans ait, nunc quoq; inuenias, plus plaustrorū in sedibus uideas q̄ ruri, quādo ad uillam ueneris, sed hoc etiā pulchrū est, præ quam ubi sumptus petunt, stat fullo phrygio, aurifex, lanarius, caupones, patagarii, indusiarii, flāmarii, uiolarii, carinarii aut manulearii, aut mirobrecharii propolē, linteones, calceolarii, sedentarii, sutates, diabathrarii, solearii adſtāt molochinarii, petunt fullones, sarcinatores petunt, stropharii adſtāt, adſtāt semizonarii. iam hosce absolutos censeas, cedunt, petunt, tercenī cum stant philacista in atriiis, textores, limbularii articularii ducunt, datur æs, iam hosce absolutos censeas cum incedunt infectores, crocotarii, aut aliqua mala crux semper est quæ petat. **Fullo** igitur quis sit prius diximus. **PHRYgiæ** ones teut. seidenficker, sunt qui acu auro intexūt, a phrygibus dicti qui ut ait **Plini**. redordiendi & texendi auri, & argenti rationē inuenerūt, hi etiā barbaritarij dicuntur, quia uestes barbaricos intexunt. **PHRYgia** autē uetus est acu taliter texta, ut dicit **Nonius marcellus**. **LANarius** est q̄ lanas curat, uel carminat uel pectinat. **PAT**agarii sunt qui aureas chlamydes conficiunt, uel dicūtur a patagio uestimento quod ad summā tunicā assui solet. **INDusiarii** uel intusiarii q̄ intusia faciāt, hemd macher. **FLAM** mearii qui flāmea conficiūt. Est autē flāmeū tegmē quo matronæ capita tegunt. **VIOL**arii sunt qui colore uolarū uestes inficiūt, & **VIolaria** uestes uiolacei coloris. **CAR**inarii alii a carinis nauū ducta similitudine

dictos uolunt, alii purgatores lanarū, dum lanā carere sit apud Varronem
 purgare a spurciis. Manulearii sunt qui manicas tunicis a pponēbant,
 manuleata em̄ tunica de qua alibi Plautus mentionem facit, est quā Prisci
 Manicatā appellat, habentē manicas longiores, quibus uti romæ indecorū
 erat ut Gel. affirmat. Myrobrecharii sunt unguentarii & unguentorum
 confectores ad capillos irrorandos μόνυν em̄ latine unguentum dicitur, &
 ῥέχων .i. irrogo. Inde etiā MYROPOLAE unguentorū uenditores, quos latini
 unguentarios uocant, ut post dicā. Inde Myropoliū quo noīe Plau. in Epi.
 utitur, locus est ubi unguenta uenduntur quæ latine Taberna unguētaria
 dicit, quia ut dixi μύρον unguentū dicitur, & πωλέω .i. uēdo, & produ po
 quia cū ω scribit, sicut & πωπολα & cætera id genus, si igi uenus in deies
 ctis locis & pigris fuerit inuēta, faciet hospites popinarios, tabernarios, mys
 ropolas, ut dicit Iulius Firmicus in. iij. matheseos. PROPOLAE dicuntur nego
 ciatores qui merces minoris præmūt, ut post pluris uendāt, teu, furkaufler,
 πρὸ em̄ .i. ante, & πωλέω .i. uendo. LINTEONES sunt linteorū uēditores, uel
 contextores. leinīz ueber, est em̄ linteū pannus lineus, a quo linteolū. CAL
 ceolarii sunt calceorū confectores a calceis dicti. Calcei etiā sunt aliorū anīs
 maliū, ut ferrei calcei equi. Inde calceare mulos apud Suetoniū legitur. SE
 dentarii qui opus suū sedendo conficiūt, uel sedendo operā suā locāt, inde
 Sedentaria opera, & sedētarius labor. Sedentarii etiā Sellularii dicūt. Liui.
 in viij. Quin opificū quoq; uulgus & sellulariū minime militiæ idoneū ge
 nus exciti dicūt. SVTATES aut sunt futores a suendo dicti. SVTOR aut, ut
 Varro uult uō a suendo dicit, sed a Surrina q̄ est taberna futoriū, sicut medi
 cus a medicina, nō a medendo. Surrina insuper etiā ars est futoris. Plini. in
 vij. ca. lvi. fulloniā artem Nitias Megarensis inuenit, surrinā Boetius, nō ins
 telligas hic Boetiū seuerinatē Roma. nam Plinio multo iunior est. Sunt igi
 tur proprie futores qui calceos & crepidas suūt. DIABATHRARIi sunt secun
 dū aliquos ascensoriū, nam batho ascendo significat, secundū alios sunt dia
 bathrariū confectores. Est aut diabadhra genus solearū græcanicarū, ut Festus
 Pōpeius dicit. SOLEARIi sunt solearū confectores, sockel oder pantoffelma
 cher. Soleati aut sunt soleis induti, & soleæ teste Gellio dicunt oīa ferme id
 genus calceamēta quibus plantarū calces tegunt. Solea græce crepida, ut cre
 pidarii crepidarū confectores. MOLOCHINARIi uel molocinarii sunt moloci
 næ confectores, a molaciæ dictæ, ut inquit Nonius, uel ut idē testis est coloris
 molochini infectores. Molochinus em̄ color est floris lilis maluæ, ad purā
 purā uergēs, & dicit molochinus quasi malachinus μαλαχιν malache em̄
 græce, latine malua dicitur. SARCINATOR est uestiū confector qui & sarcinor
 dicit, sed plus placet, & elegantius uidei sarcinator, Nam eo noīe p̄ter cæter
 ros utitur Plautus Itē Lucilius & Vlpia. ff. de institu. actio. l. quicūq; dicens
 item fullonū & sarcinatorū p̄positus, & alibi. hē Caius. ff. nauæ caupones
 & c. Paul. ff. de furtis, & Sarcinare est confluere, & cōsarcinare est sarcinas col
 ligere. SARCINATRIX item mulier quæ acu uictū querit, ab eo dicta q̄ sar
 ciat pannos. STROPHIARIi sunt confectores strophiorū. Est aut strophium

DE NOMINIBVS ARTIFICVM

fascia pectoralis, quæ tumorē cohibet papillarū, alii a stropho dixerunt spī
 ficiat nobis hæc dixisse. **SEM**izonarii sunt qui parua tintinalia conficiūt
 & crotalia quæ ueluti mediū tympani formam habent. **PHY**lacisq̄ sunt
 carceris custodes uel obseruatores, & qui aliquid obseruant, φυλαξι enim
 custodia est, & carcer. & alibi **Plautus** phylacam carcerē uocat. **TEX**tores
 a texendo dicūtur, quorū opus textura, & officina textrina quod & textris
 nū dicit, uti **Cice**, dicit in **Verrē**. **Textrina** etiā dicitur ars texendi apud **Pli**.
 in xi. **Textrix** & **textricula** mulier quæ textit. Inde etiā barbaricarij textores
 dicūtur artifices linteq̄ uestis, quæ ex auro & coloratis filis effigies animalū
 & aliarū rerū exprimūtur. **LIM**bularii dicūtur sarctores lymborum.
LYMbus autē, ut **Seruius** placet, est fascia uestiū extremitatū. **Virgī**. **Sidoni**
 am picto uestem circumdata lymbo. **Nonius** lymbū dicit uestimentū muli
 ebre, quæ purpurā in imo habet. **ARC**ularii sunt confectores arcarū quæ
 ab arcendo dicūtur, quia clausq̄ a se fures arceant. Est autē arca & uestiū & li
 brorū & similiū. **Insectores** crocotarii sunt qui insciunt crocū, quæ est uest
 is a colore scilicet croceo dicta. Nam crocū siue crocua indumentū a cro
 ceo nomē sumpsit, hæc ex **Plauti Aulularia** excerpti. **SEG**mentarii autē
 dicūtur qui uestes ex auro laborant, ut **Iuuenalis**. **Segmentatis** dormisser par
 uula cunis, sunt item segmina fasciolæ quæ in ordine uestis extrema parte
 affutæ iunctæq̄ ornamento sunt indumentis muliebribus. **Segmentū** item
 est ornamentū gutturis quod monile noiatur. **RIC**arius uel **ricularius** q̄
 ricas & ricas facit, teut. schleiermacher, nam ricas & ricas uelū genus &
 palliola uocātur, quo mulieres capita tegunt. **Ricula** etiā pro sudario poni
 tur. **RET**icularius dicitur qui reticula conficit, haubenstricker, nam retis
 culū dicit apud nos haub, quod instar retis factū sit. **COR**onarius q̄ coro
 nas & ferta facit, græce **stephanoplocos** dicit. **VET**eramētarius dicit qui
 ueteres calceos reficit. **INT**erpolatores sunt q̄ antiquas uestes renouant,
 ut eas facilius uendant, & mulier interpolatrix. **COR**iarii sunt coriorū
 confectores, teuto. ledergerber. **ALV**tarii autē etiam sunt coriarii, id est
 pellium & coriorum concinnatores, attamen tenuiorū pellium, uernaculū
 la nostra, zveißgerber. **Coriarii** autē crassiorū pellium, apud nos lederger
 ber. **CAL**igarii sunt qui faciunt caligas, cuius meminit **Firmicus** in
 matheseos dicens, si per noctē in vi. loco horoscopi fuerint inuenti **Mercuri**
 rius & **Iuppiter** reddunt negōciorū interpretes, & piscatores, aut augures
 & sculptores, aut fullones, aut coriorum confectores, aut caligarios, aut pis
 scatores, aut lanarios, aut his similes. **PAN**nicularios uocant qui pānos
 conficiunt, uel etiam pannarios. **OC**reatii sunt qui ocreas faciunt, stifel
 macher. **OC**reati uero qui sunt ocreis induti. **POL**ymitarii sunt qui
 faciunt uestes polymitas penultima correpta, id est uarii coloris & liciorū,
 nam πολυ, id est multum, & λιτος, id est filum uel licium. **Polymita** per
 40 nam penultima correpta est uestis uarii coloris, cuius etiam sit mentio in ueteri in
 strumento, & **Hieronymus** polymitariū & plumarium pro eodem accipit
 Inde opus polymitarium & plumarium. **SER**icarii sunt sarctores serici.

Est autem sericum unum altero multo plus nobilitatum, dicimus enim hodie sericum, seu purpuram uillosam, teuto. samat, audio etiam dici purpuram damascenam, damast, credo a Damasco urbe. **VNDV**lata item uestis quæ fit ex hircorū & caprarum pilis, potius quā lanis. **Q** ad similitudinem undarum picta sit, teutonice schamlot, quæ & Cymatilis dicitur (ut apud Plautū & Ouidium) a fluctu aquarū. Dicitur & undo. onis, quo utitur Plautus, & diuus Hieronymus. dicimus & uulgo symballatō. **MAR**suparius, crumenarius, locularius dici possunt qui uel uendunt, uel faciunt marsupia, crumenas loculos. **SEL**larius qui sellas facit, teuto. fesselmacher. Sella enim quasi seda a sedendo dicitur. **VI**etor qui uasa uinaria religat, teutonice binder. **V**iere enim, ut Nonius inquit uincire est; & inflectere. **V**ietus mollis est flaccidusq; & flexibilis corpore. **V**itilia aut sunt quæcunq; sic lenta sunt ut commode flectantur, cuiusmodi sunt uimina. **ZON**arii sunt qui zonas faciunt, teuto. girtler. Cice. pro L. Flacco. Id sunt zontes, & zonarii cōclamarūt. Inde pariter dicere possumus baltearios & cingularios qui baltheos & cingula faciunt. Plautus in trinūmo. zonarios sectores uocat qui sonas, crumenas, & similia furantur occulte secādo, quos aristophanos, balātiotomos. i crumenisecas uocat. **CH**artarius, siue græco uocabulo papyropius, papyri, & chartarū confector, quæuis nō idem sint charta & papyrus, teut. papirmacher. Et membranarius pergamemacher. **LI**narius qui lini artē exercet, græce λινοπλόκισ dicitur. **LI**ntearius qui lintea uendit, sicut uestiarius qui uestes, unde **V**lpia. ff. de instito. actio. l. qui cūq;. Sed etiā eos institores dicendos placuit, quibus uestiarii uel lintearii dāt uestē circumferendā, & distrahendā, quos uulgo circitores appellamus, hi qui circitores sint, habes, nec idem est circitor & circulator, quis em sit **C**irculator Paulus declarat. ff. extra. or. criminibus dicens, qui serpētēs circumferunt & proponūt, si cui ob eorū metū damnū datum est, pro modo admissi actio dabitur. Sūt & circultores qui gladios simulāt se deuorare, & similia id genus iocularia exercēt, teutonice gauckler. **C**irculatrix aut mulier est quæ urbes circuit, & saltando alioque ludicri genere quæstū facit. Et quoniā de institore mentionem fecimus. **I**nstitor est (ut ait **V**lpia. ff. de insti. actio.) appellatus ex eo quod negotio gerēdo instat, nec multū facit tabernæ sit ppositus, aut cuilibet alij negociatōi. **V**estiariū aut, ut redeamus ad priora, locus est in quō uestes, uel seruanē, uel uendunt, aliquñ tñ uestiariū accipitur p ipso uestitu, sicut calceariū p ipso calceo, ut iurisconsul. **V**lpia. doct. ff. de alimētis & ciba. lega. dicēs. diariis uel cibariis relictis, neq; habitatiōnē, neq; uestiariū, neq; calceariū debere palā est. **I**nde uenit negociatio factoria & lintearia, de quibus habet. ff. de tribu. actio. & negociatio sericaria & saccaria, aliter saccarius accipitur apud **V**lpia. ff. de cōtrahenda emptōe. pro eo qui saccū baiulat dicens. si quid ex sacco saccarii cecidisset. **S**accarius etiam est qui facit uel uendit saccos. **I**nde saccaria negociatio. **V**eterinarius dicitur qui ueterinorū curā gerit, & ueterina ducit, & ut aliis locet domi, p quæstu nutrit. Sunt autē ueterina aialia ad uehēdū idonea & q̄ ali

DE NOMINIBVS ARTIFICVM

quid uehere possunt, quasi uenterina, q̄ ad uentrē onus religatū gerāt. Inde
 & ueterinarij medici q̄ ueterina curāt, reu, sichartzet. Hi a grecis κτηνιατροί
 cteniatrī dicunt, nam κτήνος ctenos græce iumentū dicit, quos nostrī etiā
 mulo medicos uocant, unde Firmicus Maternus in .ij. matheleos, cētauro
 oriente qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equorū nutritor, aut mulome
 dicus, aut equinarius, ubi Beroaldus mendā sustulit, & equitarius substitū
 tuit. **E**quitū em̄ significat gregē equorū. Et equitarius, i. equitū magister,
 qui & equiso & armētarius nominat. Et quem Maternus mulomedicum
 dixit, uulgo etiā apud nos marschalcus dicit, & est minor, ut more nostro
 10 loquar, marschalcus, qui stabula equorū & equos curat apud principes, nā
 maiores marschalcī apud principes sunt magistri equitū, & maximæ potes
 tatis apud principes. **L**anius uel lanio lanionis uti etiā iuriscōsulti utū
 tur. ff. de fun. infru. dicitur qui carnes ex pecoribus facit, dictus a lanēdis
 pecoribus, cuius officina & macellū, & laniena dicitur. **P**lau. in Epidi. per
 omnē urbē quam sum defessus quærere, per medicinas tonstrinas in gym
 nasio, atq; foro per myropolia, & lanienas circūq; argētaria rogītado lum
 raucus factus, ibi medicina est officina medici, qualis hodie apotheca dicit
 quæ a diuo Hiero. in cōmentariis ueteris instrumētī taberna medicorū cō
 20 gruetūssime dicitur, hic enim dicit, & in hoc doctos arbitrant, si in tabernis
 medicorū de cunctorū operibus detrahant. **T**aberna medicorū est ubi uē
 duntur ea quæ ad medicinā ualent, & ut redeā ad Plautū. **T**ONstrina est
 officina tonsoris, & argentaria officina argentarij. **A**ROMatarius uel aros
 matopola penul. produ. & odorarius latine dicit uenditor aromatū. Sunt
 autē aromata latine odorama & taberna aromataria quæ hodie specia
 ria dicitur, a speciebus uenalibus, sic em̄ uulgo aromata uocant, non tamē
 sine auctoritatē sic appellat aromata species scilicet Hieronymus, Sidonius
 iuriscōsultus &c. **P**IGmentarius dicit confector pigmentorū uel uendi
 tor. Sunt autē pigmenta unguenta quibus puellæ ad uenustandā faciē utū
 30 tur, & aliquādo cōfectiones ex diuersis speciebus suauēs & odoriferæ. Hie
 rony. cōposuit & oleū ad sanctificationis unguentū, & thymiamata de aro
 matibus mundissimis opere pigmētarij. Firmicus. iij. mathe. **S**i Luna a Ve
 nere defluens minuta lumine ad Mercuriū feratur, aut oratores aut plastas
 aut sculptores faciet, aut pigmētarios, aut colorū reptores, aut pharmacop
 polas, aut popinarios. φαρμακοπώλης. **P**HAmacopola penul. produ.
 dicitur qui pharmaca, hoc est uenena & medicinas uendit, qualis a nostris
 apothecarius uulgo appellatur φαρμακοποιός pharmacopœus uero qui
 pharmaca conficit. φάρμακον. **P**harmacū autē est medicina & uenenū
 in bonūq; et malū accipitur, φαρμάκος pharmacus insuper latine ueneficus
 dicit, sed ueneficus apud nos significat & illū qui incantationibus & ceter
 40 ris malis artibus uti, & qui etiā uenena facit. **L**actan. lib. v. insti. **V**eniūt gla
 diatores, latrones, fures, uenefici, & precantur nihil aliud q̄ ut scelera im
 pune cōmittāt. Inde Plautus triuenefica dixit, pro excellens uenefica, & ue
 nenarius qui parat uel cōficit uel uendit uenenū. Hiero. super Hieremia. li.

in cōmentariorū, homicidas inquit & sacrilegos, & uenenarios punire nō
 est effusio sanguinis sed legū ministeriū. **V**NGentarii sunt cōlectores uel
 uēditores unguētōrū. Sen. li. iij. natu. quest. ungetarios **L**acedæmonii expu-
 lere, & pperere sinibus suis cedere iusserūt, quia oleū disperderent. **E**t nota q
Serui. in ix. ænei. dicit, sane nec ungo nec ungetū u recepit excepto uno no-
 mine ut unguen, unde est, & pingues unguine ceras, ego tñ reperio unguē
 tū & ungentū crebrius primū, quare ego u'um secutus sum. **V**inarius
 est uini uēditor, qui græce οἶνοπώλιος œnopola dicit pen. pro. & uinaria
 taberna οἶνοπωλείον etiā pcnul. pro. œnopoliū, **P**lau. in asina. **C**ætera quæ
 uolumus uti, græca mercamur fide, cum a pistore panē petimus, uinū ex
 œnopolio. **E**t ut tangā festiuissimi & facundissimi poetæ puerbiū. **M**ercari
 græca fide est numerare pecuniā pro re emptā. **G**ræci em̄ tam leues fuerūt,
 & modicæ fidei, ut nemo cuiq̄ consideret aut crederet in re certa, hoc est in
 emptiōe nisi data pecunia. **D**e græcorū leuitate pulcherrima tradit eloquē
 tiæ pater in oratione p **L. Flacco** & ad cæsarē, quod q̄a diuus **Hierō.** bra.
 cteato diō allegat, fumā eius uerba dū in cōmentariis noui instrumētū sup
Paulū ad Galatas ita scribit. **V**na quæq̄ puincia suas habet pprietas. **C**re-
 tentes semp mendaces, malas bestias, uētres pigros, uere ab **Epimenide** poe-
 ta dictos **Apostolus** cōprobat, qui & isensatos Galatas uocat. **V**anos **Mau-**
ros, & feroces **Dalmatas,** latinus pulfat historicus, timidos phrygas oēs po-
 etæ lacerant. **A**thenis expeditiora nasci ingenia philosophi gloriantur. **G**ræ-
 eos leues, & apud **Cæsarē** suggillat **Tullius** dicens. aut leuiū græcorū, aut
 immaniū barbarorū. **E**t pro **Flacco.** ingenita inquit leuitas & erudita uani-
 tas. **I**psū **Israel** graui corde & dura ceruice omēs scripturæ arguūt, hæc ille
Vinarius etiā dicit q̄ est bibulus & uinosus, q̄ dicit apd̄ græcos οἶνός τις **V**i-
pia. ff. de edi. edicti. l. ob q̄ uitia. **I**tē aleatorē iquit & uinarios nō cōtineri edi-
 cto q̄sdā respōdisse **Pōpo.** ait, quēadmodū, nec gulosus, nec ipostores, aut
 mendaces, aut litigiosos. **V**INitor est aut custos uini, ut **Virg.** in ægl. x. **A**ut
 custos gregis, aut maturę uinitor uue. **A**ut uinitor est cultor uini & uinearū
 quē uineatorē uulgo uocant. **S**icut **A**RBORator apud **Columellā** arborū
 plantator & purator, qui & frondator dicitur, & **F**OENifactor apud eundē
 qui fecat & metit foenū, qui a **Plinio** fenifex dicitur, a **Columella** insup &
Varrone de re rustica scenifecia dicitur, & scenifeciū ipsa messis, ut ita dicā
 foeni, teu. heu uet. **V**arro de re ru. lib. i. nec prio āno rigari, nec pasci, añ scdā
 scenifecia, nec herbæ uellant, obtritūq̄ hebetent. **F**OENile locus in q̄ foenū
 feruat. **P**er itē nec fenifactor, nec scenifex, nec foenifecia, sed foenifeca dicit **Sa-**
uli. **F**oenifecæ crasso uitiant unguine pultes. **S**ed ut redeā uinariū. a. um
 etiā significat quicquid ad uinū pertinet, ut taberna uinaria ubi uinum
 uenditur, quam **V**lpia. iurifconsul. ff. de fundo instrueto, tabernam caupo-
 niam uocat, & uas uinariū in quo uinum, uel tenetur, uel uenditur, & cel-
 la uinaria quæ & apotheca dicitur, ut alibi tradidimus, & horreum uina-
 riū, ut tradit **Sceutola** iurifconsul. ff. de fundo instrueto, & instru. le. dicens.
 leem horreū uinariū cum uino & uasis, & instrumēto, & insitiorib⁹, quos
 u ij

DE NOMINIBVS ARTIFICVM

secū habere consueuerat quæsitū est &c. **MEL**larius & melliturgus, ut dicit Varro est qui mellis opus exercet uti pater meus. **OLEA**rius qui oleū facit uel uendit. **Columella** lib.ulti. rerū rusti. peritissimi olearii uix patiuntur ad unam lucernā opus fieri. **Plau.** in capti. Omnes compactorē agant, quasi in uelabro olearii. **FRV**mentarius significat qui uendit frumenta uel abundat. **Plautinus** leno in pseudu. principio. Hedillū tecum ago, quæ amica es frumentariis, quibus cunctis montes maximi acerui frumenti sunt domi fac sis, sit delatū huc mihi frumentū. **CVPE**dinariū dicuntur qui esculeta & poculenta uendunt. Nam cupes a cupedia, & cupedula dicebatur antiquitus lautiores cibi. **Et** cuppæ uasa sunt uinaria prægrandia. **Inde** forum cupedinariū ubi uendunt illa, a cupiditate, uel quia ibi fuerit domus Numerii Equitii cupedinis equitis Romani, ut dicit Varro lib. re. rusti. Fuerunt & alia fora, ut inuenies in Fenestella siue alio qui libellū suū eo nomine de magistratibus Roma. imprimere curauit, ut forum boariū & piscatorium, holitoriū &c. ubi boues, pecora, pisces, & holus uenditur. **Et** forum frumentariū, siliginariū, auenariū, panariū, calceariū, & alia similia, a rerum quæ ibi uenduntur nominibus cognominata. **Et** **FORUM** dicitur græce ἐμποριον penulti. breui emporiū, ἐμποροσ emporus mercator. **LACT**arii qui cibos ex lacte conficiunt & uendunt, **Helius** Spartianus in **Heliogabolo**, dulciarios & lactarios tales habuit, ut quæcunq; coqui de diuersis eduliis exhibuissent, uel structores, uel pomarii illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberēt. **DVL**ciarii sunt pistores qui dulcia & mellita edulia coquunt. **LACT**aria sunt quæ uulgus lactūcinia appellat, qua dictione quidā ecclesiastici utitur. **Corne.** **Cel.** lactaria uocat. **PO**Marii qui poma uendunt. **HOL**itor qui holera uendit, uel qui hortū exercet, qui etiā uocabulo minus elegant, ut uolūt Hortulanus dicitur, quo **Apul. Macro.** & **Firmicus** Mater. utunt. **Græce** aut̄ λαχανοπώλιος lachanopola pe pro. dicitur, uenditor holerū, & λαχανοπώλιον lachanopoliū pe. pro. forū holitoriū & locus ubi holera uendunt, λάχανον lachanū em̄ cōprehendit om̄e genus holerum.

30 **HER**barii qui herbas legunt & uendunt, uel qui uim herbarū nouerunt, & ex his medicamēta cōponunt, uñ pli. li. xxviiij. ca. viij. Nāq; & hoc uitio laboraebus tantū indiciarūt. **ACE**tarii possunt dici qui cōficiunt acetaria. **Acetaria** aut̄ **Plinius** accipere uideat̄ pro eo genere cibi quē nos uulgo silatū nominamus, qui ex herbis uiuentibus, nec nō aceto oleoq; guttatim instillato fit, & concinnat. **Sicut** & **RAP**uncularii qui rapūculos uendunt. **Sunt** aut̄ rapunculi a rapo radicis exiguæ, qui comedit̄ in acetariis, teu. rapuntzel. **Tabernarii**, caupones, popinariū sunt institutores tabernæ, cauponæ, popinæ. **Pis**tores, piniores, panifici sunt qui panes cōficiunt. **Inde** panariū carnariū apud **40** **Plautū**, & granariū apud iuriconsultos ubi reconditur panis, caro & grana frumentorū, uel saccus in quē reponimus panes, carnes, frumēta. **Mol**itores qui molūt. **PIS**trinarii qui pistrinū procurant, teu. piffier. **Pisc**ator cauptor pisciū. **PISC**arius qui uedit pisces. **Et** piscaria locus ubi pisces uendunt.

quæ græce ἰχθυόπολιον ichthyopolium penul. produ. **HAMOTæ** uel hamiotæ qui hamis piscantur & pisces capiunt, & **Hamarii** qui hamos conficiunt **CETarii** qui maiores pisces capiunt. **BALISTarii** sunt artifices balistarum. **Tor**tores balistarum dicuntur a **Marcellino** qui ex balistis tela contorquent & eiaculantur. **LIBrarius** a libra, qui partiendis pensis proficitur, teu. **zvag**maister. Inde libraria locus ubi res librantur. **Hæc** sunt quæ raptim & propter collegimus, adiuturi & in posterum linguam latinam apud **Germanos** pro uirili portione si dabitur facultas & ocium. **Vale** candide lector.

DE FALSA ETYMOLOGIA PROPRIORVM NOMINVM

conficta per auctorem legendæ aureæ, siue historiæ **Longobardicæ**.
Cum nuper animi recreandi gratia legissem **Baptistæ Mantuani** prologum in secundam parthenicen, inueni illum uehementer damnasse etymologiam nominis **Catharina**, confictam ab auctore legendæ aureæ, seu historiæ longobardicæ dicentem. **Catharina** non uniuersorum ruina sicut ille fabulatus est, interpretatur, sed uel a καθαρός quod est purus, uel καθαρίσω purifico, uel a καθαίρω .i. fluo, uel a καθά & ριάξ quod est riuus uox illa defleuitur & ut idem inquit, fuit uir ille, & auctor illius legendæ meo iudicio pius quidem sed nequaquam satis literatus, pius inquam quod diuina cõgesserit, illiteratus uero, quoniam græcis uocabulis latinam, latinis græcã, hebraicis mixtam, nulli ueram, omnibus confusam, obliquam, contrariam, falsamque dederit interpretationem, atque ita sanctorum nomina dum illustrare putat, sua delusus, uel ignorantia, uel impudenti temeritate reddit obscuriora, & nisi putaret peccasse per imperitiã, putari posset de impietate condennandus, utpote qui sacrosanctam **Christi** religionem recte interpretationis inuersione uoluerit cauillari, & nominum perturbatione sanctis illudere, hæc ille. **Quæ** cum legissem cepi legere eandem historiam longobardicam, & inueni uerissimam quæ dixit **Baptista**, ideo nonnulla hic nomina subieci, falso ab illo interpretata, ut prudens lector omnino respuat hanc unam & falsam propriorum nominum etymologiam. **Nam** ut dicit **Seruius** & **Charisius** & ego alibi, **Græca** uocabula non patiuntur latinam etymologiam, nec item græcam latinam, nec insuper utriusque hebraica, multo minus barbara. **Nec** credendum a barbaris græca uel latina suis liberis nomina esse imposita, & ut de barbaris primum dicam. **BERNardus** interpretatur ab illo a ber. i. puteus uel fons & nardus quæ est herba humilis, calidæ naturæ, & odorifera. **Et LEONardus** quasi odor populi, a leos quod est populus, & nardus, uel **Leonardus**, quasi legens ardua, sed false & inepte. **Nam** germanica sunt uocabula. **Et Leonhartus** apud nos nihil aliud est quam latine leonis robur, uel sithenos græce, quia a græcis dici potest **Leosithenos** uel leocrates, quo nomine apud græcos quidam sculptor insignis dictus est. **Bernhartus** autem ursi robur, sicut etiam **Eberhartus** suis uel uerris robur. **Et** quoniam ut alibi dixi germani antiquitus græcis literis usi fuerunt quæ illi **Demosthenē**. i. populi robur dixerunt nos **Volkart** uel **volkardum** appellauimus, quod idem est. **Quæ** illi **Leocrates** nos **Leonhartum** &c. apud latinos autem nomina imposita maxima ex parte nihil significant, & omnino ad placitum sunt posita. **Dicit** enim **Herodianus**

DE FALSA ETHIMOLOGIA

grāmaticus Latinus, ut aliquis euentus daret nomini occasionē, ante nonum
 uel octauū annū nō fuit nomē, ut Romulo & Remo a ruma. i. māma, cōs
 uenientius uisum est. **VIR**gilius a laurea uirga, alias placito noīa impone
 bantur, ut idem dicit **Plutarchus**, & **Aristoteles** dicit noīa primē impositio
 nis esse ad placitū, q̄ si uirgilius a laurea uirga dicat, uti hic doctūssimus grā
 maticus testat, non persuadebit mihi **Politianus** **Vergiliū** potius q̄ **Virgī**
 liū dici debere. Nā **Virgilius** non **Vergilius** erit, nec uetustatis si quē assert
 iā desuetū, atq; abolitū usum præ uera deriuatiōe, atq; nostro usu imitan
 dum existimo, pergit **Herodianus** apud grecos a uotis sceminarū noīa im
 10 ponebant, quibus effectus aliquñ cōtrarius fuit, ut **Ambrosius**. i. immortalis.
 qui decimo periit anno, p̄ximus eo noīe **Athenis**, & **Musa** medicus cui co
 gnomēto fuit, & **Antonius Musa** Augusti medicus, ambo alieni a musis,
 nōne idem dicit **Diodorus** siculus **Herculē** argiui qm̄ Iunonis opera glo
 riam adeptus esset, cū antea **Alceus** uocaret, **Herculē** dixere, reliquis a mas
 tribus imponunt noīa. **Huic** soli uirtus nomē dedit. Oino igit diuinatores
 essent q̄ ita noīa imponerēt, ut uita noibus respōderet, quod noster auctor
 p̄tendere uidet, sed lōgissime fallit. Nam quod ait **Philippus** dicit os lamp
 dis, uel os manuū, bene dixit, scdm̄ hebraicā interpretationem **Hieronymi**,
 q̄uis & hæc ipsa uiolenta sit, ut græca dictio hebraicā etymologiā admitt
 20 rat, & ut **Hiero.** probe notauit. **Auræ** autē legendæ auctor non cōtentus
 bene, & cum diuo **Hiero.** dixisse, uoluit græcæ linguæ, ut existimo peritiā,
 uel potius suā ignorantia dum eius græcitatōē (ut ita loquar) ne **Homes**
 rus quidē intelligeret ostentare, superaddens, uel a philos quod est amor et
 yper, qd̄ est sup̄ quasi amator sup̄norū, habuit profecto **Philippus** scdm̄ il
 lum diuinantes parentes, qui filio tam uerū nomē indiderūt, cur **Philppus**
 rex Macedonū eodē noīe uocatus, & multis seculis ante illū natus, nō etiā
 amauit superna, homo bellicosus & regni cupiditate flagrantissimus, qua
 re ut uera proferā. **Philippus** φιλίππος est grecū, & ualet bellator uel bel
 licosus. Q̄ si **Philippus** rex fuisset oino imbellis, nihilominus illud nomē
 30 erat ei inditū, quoniā ut dixit **Herodianus**, & **Diodorus** siculus apud græ
 cos, a sceminis imponebātur noīa liberis, pergit **Legenda aurea.** **GEOR**
 gius dicit a geos quod est terra, & orge quod est colere quasi colens terrā,
 id est carnē suā, uel a gerir quod est sacri, & gior arena, fuit em̄ arena. i. pō
 derosus morū grauitate. Tu dic **Georgius** græcæ, dicitur latine agricultor,
 ceteras ineptias quas dixit uitato, addit legēda. **MACH**arius a macha qd̄
 est ingeniū, & ares uirtus, uel a macha quod est p̄cussio, & rio magister, uel
Macharius. i. beatus, nulla harū interpretatio me iudice ualet. Nec em̄ inue
 nio **Macha** ingeniū significare, nec percussionē, nec ares uirtus est, sed arete
 & p̄s ares autē mars latine dicit, ut in dictione **Areopagita** dixi. Ego autē di
 40 co **Macarius** μακάριος per c & significat, ut ille tetigit beatus, sed nūq̄ cōtē
 tus est bene dixisse, nisi etiā ineptias singat. **Macharius** autē si dicitur melius a
 μάχη, id ē pugna ueniet. Sicut **Callimachus**, **Antimachus**, **Lisimachus**. Idē
MARcellus dicitus est quasi arcens malū, uel quasi maria percellens, tu dic

Marcellus nomē est Romanū simplex, & Marcellorū fuisse Romę familiā
 clarissimā, nec quisq̄ hanc doctus somniosam, & uanā etymologiā excōs-
 gitauit. Idem **ANT**onius dicitur ab ana quod sursum, & tenens quasi
 superna tenens, & mundana despiciens. **O** q̄ multū dissentit hæc interpre-
 ratio a moribus Antoniorū Romanorū ciuiū. Fuit autē Antoniorū familia
 perq̄ uetusta, & ab Antone Herculis filio cognomē accepisse traditur, non
 ab ana &c. Idem. **ST**Ephanus græce latine dicitur corona, in hoc bene di-
 xit, sed non est cōtentus nisi addat meras nugas, & addit uel Stephanus, q̄
 si strenue fans, quod est falsum, apud hebræos autē licet sit uiolentū sic inter-
 pretatur, Stephanus norma nostra, seu iudicans, nos autē speculator noster 10
 Idem. **SE**Bastianus dicitur est a sequēs & beatitudo, & asy quod est ciui-
 tas, & ana quod est sursum, quasi sequēs beatitudinē supernæ ciuitatis, uel
 Sebastianus interpretat̄, quasi circuēs. **O** sancte deus q̄ inepte miscet ille grę-
 cam & latinā linguā, q̄ inepte uni uerbo dat gręcā & latinā etymologiam
 simul, & pene omnibus, multis hebraicā, gręcā & latinā, bene dicit lectm
 hebraicos Sebastianus dicitur uallatus, uel circuēs domini, sed hoc uiolens
 tum est, *σεβαστο* sebastos enim græco sermone significatur adorabilis, ho-
 norabilis & augustus, unde mihi Sebastianus uidetur descēdere, & sic quę
 prius turris Stratonis uel Samaria ciuitas in Iudæa dicta fuit, ab Herode
 postmodū rege iudeorū in honorem Cæsaris Augusti *σεβαστε* *σεβαστ*, id 20
 est augusta dicebat̄. Idem. **VIN**centius quasi uitiū incendens, quasi uin-
 cens incendia uel uictoriā tenēs. Tu lector breuibus dicas. **V**incētius a uin-
 cendo uenit, q̄ quis apud latinos nomina imposta maxima ex parte nihil si-
 gnificant. Idem. **SIL**uester dicitur a silę quod est lux, & terra, quasi lux terre
 Tu dic. Siluester, siue propriū, siue substantiuum a silua descendit. Idem.
REMigius dicitur a remi, quod est pascens, & geos, quod est terra, quasi
 pascens terrenos doctrina, uel dicitur a remi quod est pastor, & gion quod
 est luctatio. Tu uana esse hæc persuadeas tibi. Remigius a remigio uel remig-
 gio descendere uidetur, non aliunde. Idem. **AND**reas interpretatur des-
 corus uel respondens, uel uirilīs, ab andor quod est uir, uel dicit̄ Andreas, 30
 quasi anthropos, i. homo, ab ana quod est sursum & thropos quod est con-
 uersio, quasi sursum ad cœlestia cōuersus, o quātę ineptiæ. Andreas, ut inqt
Hiero. in interpretatione hebraicorū nominū, dicitur decus in statione, uel re-
 spondens pabulo, sed hoc uiolentū. Melius autē est, ut scdm gręcā etymo-
 logiam ab *άνδρος* a uiro uirilīs appelletur, & penul. breuiat Andreas cō-
 tra morē uulgi. Sed inter Andreas & anthropos nulla est deriuationis con-
 gruitas, nec ipse bñ interpretatus est antropos. Idē. **NIC**olaus d̄r a nicos qd
 est uictoria, & laos quod est populus, quasi uictoria populi, in hoc bene di-
 xit, sed ut idē pergit a nicos quod est uictoria, & laus quasi uictoriosa laus. 40
 hic ineptit, & gręcū & latinū simul cōmiscet, ut sepe alias. Nicolaus autem
 secundū primā intentionē bene dicitur, hebræi uero ita interpretat̄ur **Ni**-
 colaus, id est effluens uel effusio, stultus ecclesię languentis, uel stultitia lan-
 guoris ecclesię, sed hoc uiolentū est. Idem. **GR**Egorius dicitur a grex &

DE FALSA ETHIMOLOGIA

gore quod est p̄dicare. unde Gregorius quasi gregis p̄dicator, uel quasi
 egregorius, ab egregius & gore quasi egregius p̄dicator uel uigilans. O
 sancte deus ego nescio ubi quæra q̄ gore significat p̄dicatorē, credo q̄
 hunc gr̄citantē nullus gr̄cus intelligeret, & ut uerā interptationem dicā
 γρηγόριος Gregorius gr̄ce significat uigilantiū latine. Idem. **AMBROSI**
 us dicitur ab ambra quæ est species ualde redolēs, uel ab ambra & syos q̄d
 est deus, uel ab ambor quod est pater luminis, & syos quod est paruulus,
 & μ. ἑρσός Ambrosius, ut uera dicā, est diuinus, & immortalis. Idem. **VITA**
 lis. i. uiuēs talis. Tu uitalis a uita dicas, sicut a morte mortalis. Idem. **PAN**
 cratius dicit a pan quod est totū, & gratus & citius, quasi totus cito gratus.
 10 O de formē interptationē. Pancratius descendit a Pancratio athletarū ludi
 genere. **Q** ω̄ν omne significat, & κρατος cratos robur, in quo robur &
 totius corporis firmitudo p̄cipua ibi ostēdebat. Inde chrysalus seruus Plau
 tinus in bacchide inq̄t. Pancratice atq; athleticē, alii pancratiū dicere uolūt
 a pancratio herba. Idem. **EUSEBIUS** ab eu quod est bonū & sebe eloquē
 tia uel statio uel sonat bonus cultus. Tu dic εὐσέβιος Eusebius gr̄ce. i. pius
 & religiosus latine. Idē. **DONATUS**, q̄si a deo datus. Tu dic Donatus a do
 nare. **ADEODATUS** nomē p̄ se est p̄p̄riū, quo noīe aliq̄ pontifices & filius
 Augustini appellatus fuit. Idē. **LAVRENTIUS** dicit laurēā tenēs, dic tu (nā
 20 pluribus nō est opus) Laurētius a lauro uenire. Idē. **IPPOLYTUS** dicit ab
 yper q̄d est sup, & lithos lapis, quasi supra lapidē. i. christū fundatus, uel ab
 in & polis ciuitas, uel ualde politus. unde quæso excerpit iste scriptor tam
 pueriles interptatiōes: Hippolytus sic em̄ scribit, dicit quasi eqs discerp̄tus
 ἀπὸ τοῦ ἵππου. i. equo, & λύω. i. dissoluo uel discerpo. Primus autē quātū
 ego scio hoc noīe dictus fuit Thesei & Hippolytē Amazonis filius. Idem.
TIMOTHEUS dicit timorē tenens, uel a timā & theos quod est deus, quasi
 timor dei. Dic tu Timotheus pe. cor. nihil aliud ualeat in gr̄co q̄ latine ho
 nor dei τιμή. i. honor, et θεός deus, fuerūt autē mlti uiri hoc noīe apud Athe
 30 nieneses nuncupati, unus p̄sertim qui ἐτυχεῖς. i. fortunatus impator habeba
 tur, alter in arte tibiariū clarissimus. Timotheus autē apud hebraicos ita a di
 uo Hiero. interptatur beneficus uel beneficiū seu beneficiēs, aut beneficētia
 est. Idē. **CORNELIUS**. i. intelligēs circūcisionē, & in hoc bene scdm̄ hebr̄
 os, qui dicūt teste Hiero. Cornelius. i. intelligēs circūcisionē, uel intelligētia
 circūcisionis, sed inepte addit uel a cornu & leos, quod est populus, quasi
 fortitudo populi. Nā latinū est non gr̄cū nomen. Idem. Eufemia ab eu
 id est bonū & semia q̄si bona s̄mina. Ego credo euphemia p̄ ph dici, & si
 gnificare bonā famā. Eu em̄ bonū ualeat, & φημι fama. Sicut etiā πολυφ
 40 μος polyphemus. i. multę famæ & illustris. Idē. Hieronymus dicit a gera
 q̄d est sanctus, & nemus, quasi sacre nemus, uel norma lex, q̄si sacra lex. Tu
 ita interptare, sacrum nomen uel sacra lex, ex ἱερός & νόμος, sed o mutat in y,
 ubi noster auctor suas etymologias nisi somniauerit accipiat, non possum
 augurari. Idē. **ALEXIUS** dicitur ab a quod est ualde, & lexis quod est ser
 mo, quasi ualde in uerbo dei robustus. Ego autem hoc nomen descendere
 credo a gr̄co uocabulo ἀλεξέω quod auxiliō significat. unde Alexius,

id est adiutor & auxiliator. Idem. **PRA**xedis dicta quasi uiridis, a prasin, quod est uiride, qui uiruit flore uirginitatis. Parētes impositores huius nominis uerunt profecto. **A**polline uel prophetia plenū, dum tale nomē uirgini indiderunt, qđ si græcū est nomen, potius uenit ἀπό τῆς πράξιος praxios, id est ab actu et officio, q̄ a prasin, quod nihil cōmune habet cum praxi. Idem. **A**pollinaris dicitur a pollens, & ares quod est uirtus, quasi pollens uirtutibus, uel dicitur ab **A**pollo quod interpretatur mirabiliter, uel ab a, id est sine, & polluo. **O** miram hominis doctrinam, hic exponit unū nomen latine, & græce bis permixtum, & hebraice, sed ut uno uerbo dicā, **A**pollinaris sicut & **A**pollonia uirgo, ab **A**polline descendit. **A**pollo 10 autem græcum nomen uenit secundū **P**latonē ab ἀπάλλειν τῆς ἐκτίνασθαι id est a iactu radiorum, uel ab a quod negat & πολλοί, quod multos significat, quod solus ipse luceat, secundū hebræos ita interpretatur **A**pollo id est mirabilis aut admirandus. idem. **S**ixtus dicitur a fios, quod est deus, & status quasi diuinus status. **E**go uero dico. **S**ixtus a sistendo uenit, aut cum alij xystus scribunt significatur bellicosus, & hastatus ζυσόν xystū em græce hastam, & iaculum latine significat. Inde ζυσικοί. **X**yfici qui hastis ludent uel pugnant. Idem. **A**ugustinus propter excellentiam dignitatis, ab augusto uel augeo, & astin ciuitas, & ana sursum, quasi agens ciuitatem supernam, sed propter excellentiam dignitatis, quia sicut **A**ugustus imperator cunctos reges excelebat, sic ille omnes doctores. **Q**uid multis opus est bone pater. **A**ugustinus ab augusto dicitur, & sic dictus anteq̄ doctor orthodoxæ fidei esset, uel potius christianus. unde autem **A**ugustus ueniat, dixi in cōmentariis. **B**artholomeus & **M**athæus bene interpretatus est ille, ut **H**ieronymus in hebraicis quæstionibus, sed in fine semper addit id quod & incongruū, & ineptum est. Idem. **L**ucas dicitur ipse confurgens, uel ipse eleuans, & bene secundū **H**ieronymū, sed cum dicit uel a luce, hoc non quadrat, cum syrus fuerit. Idem. **W**Das dicitur confites uel gloriosus, & bene secundū **H**ierony. sed falso addit, uel quasi iubilū dans. Idem. **C**lemens dicitur a cleos quod est gloria & mens quasi gloriosa 30 mens. **T**u dic latinū esse nomē, hebræi autem licet uiolentum sit. **C**lemens id est ecclesiastes uel concionator. Idem. **T**homas interpretat abyssus uel geminus, unde & græce didymus appellatur, bene dicit cum **H**ierony. sed falso addit, uel dicit **T**homas. id est diuisio uel sectio, uel **T**homas quasi totus means, quia nec latinum, nec græcū est uocabulū, **D**IDYmus autem græce, dicitur geminus latine, sed non incredulus, ut quidā barbari interpretantur. Idem. **I**ulianus quasi iubilus, & ana quod est sursum. Inde iulianus quasi iubilanus, quia cum iubilo petiit superna, uel a iulius, id est incipiens, & anus. **N**am dei seruitio fuit senex longanimitate, sed incipiens sui recitatione. **O** qđ deformiter & pueriliter cespitat ille homo hinc inde in somniis, nec profecto hoc nomen **I**uliano imperatori apostatæ cōuenire potest, qui non superna, ut credibile est, sed inferos petiuit, & ingressus est **P**lutonis habenas &c. **I**ulianus igitur a iulio dicit. **I**VLius autē ab iulo 40

DE FALSA ET HIMOLOGIA

qui prima lanugine barbæ dicî, ut ait Seruius in pri. ænei. descendit *ἰουδαῖος*

Iulus enim græce lanugo & prima barba dicitur. Iulius apud hebræos incipiens, uel principîum interpretat, & ut aliquâdo receptui cana (nam non possum omnia delirameta hic cõprehendere) non credo unum nomen omis sum fuisse, quod non semel sit male interpretatus, taceo meras fabulas, et uulgigugalia, de uita & origine Iudæ Iscariotis, non Scariotis, quem uolunt esse germanum, & in Forheim urbe Germaniæ natum, cum iudæus fuerit, uti testis est diuus Hiero. dicens in cõmentarijs super Mattheum. Iudas Iscariotes, uel a uico in quo ortus est, uel ex tribu Isachor uocabulum sumpsit, ut quodam uaticinio in condensatione sui natus sit. Isachar enim interpretatur merces, ut significet precium proditoris. hæc ille. Nec Pilatus, nec Iudas germani quonia Iudas hebraicum nomen, et Pilatus uix nomen usitatum unquam nostris maioribus quorum nomina magna ex parte conquisiui, sed Pontius uidetur esse ex poto. Et de uita & de morte Pilati multum errat, quæ refert in uita Mattheæ, quas aniles fabulas adeo magis detestor, quod plures inueniant qui has referendo, & populis predicando non solum inducunt homines ad earum fidem. uerum etiam in his demorantes, ea quæ uera sunt, & in salutem animarum dici possunt, omittunt. Sunt enim plures & presertim aliqui monachi, qui dum conscionantur ad imperitam plebem, ut Phaleratis & ampullosis uerbis populum demulceant, ut famam eruditionis, & disertitudinis consequantur, et ut culinam suam, uel fratrum lautius instruant, uel potissimum dum euangelij tanquam consuetis, atque rebus quotidianis pudet esse contentos, non uerentur excogitare nunc somnia, nunc reuelationes (ut ipsi aiunt) sanctorum patrum, quibus in christum nedum sanctos falsa, & mendacia aliquando comminiscunt, dum non credunt satis placere se, nisi exotica aliquid, atque peregrina in medium afferant, ut plebs postmodo gloriabunda faceret se audiuisse a domino Sixto, uel fratre Iohannutio, quæ antea nunquam audierit a quocumque, & ut paulum digrediar. Ego omnem ferme hæresim quam dicunt, existimo inde maxime exorta, ut homines superbi, & magnæ opinionis freti eruditione, & fama anhelauerint aliquid dicere, & persuadere nouum & inauditum, quo cunctis seculis & nationibus suam famam insinuent, sed ut redeam, cum dominus Sixtulus uel frater Lolhardus in nigra barba sic famam suam illustrauit, ne existimationem suam in posterum extenuet. aut plebem in laudem suam tepidiorum reddat, non dubitat dies atque noctes somniare, & signum componere, quo semper clarior se reddat, et magis admirandum, tandem eo usque progreditur ut fabulis quæ ipsi exempla uocant totos dies consumat, quas ipse pro sua existimatione magnificanda satis admirabiles iamprimum excogitauit, & diutius in eloquentia, uolubilitateque linguæ, & rerum uulgarum gestarum, diurnali recitatione hæret, sit ut nihil, uel parum de sacris literis, proferat, parum dicat quod sit animæ salutarium. Nec reformido illa eorum exempla fabulas nuncupare, quæ, si non sunt, illorum doctorum scripta, quorum sancta Romana ecclesia annumerat inter canonica, quonia ut uult Hiero. quod absque certo auctore uel ratione dicitur, eadem facultate continetur, qua profertur. Sunt autem hæc uerba Hiero. non de celebratione pasche braceata & pulcherrima. Sed hoc nimis doleo.

quia multa quæ in diuinis libris saluberrime præcepta sunt, minus curantur & tam multis p̄sumptionibus sic plena sunt omnia, ut grauius corripatur qui per octauas suas terrâ nudo pede tetigerit, q̄ qui mentē uolentia sepe liuerit, omnia itaq; talia quæ neq; sanctarū scripturarū auctoritatibus continentur, neq; consuetudine uniuersę ecclesię roborata sunt, sed diuersorū motibus innumerabiliter uariantur, ita ut uix aut oīno inueniri possint cau-
 se quas in eis instituēdis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur sine dubio rescēda existimo, q̄ quis em̄ neq; hoc inueniri possit, quo modo contra fidē sunt, ipsam tamē religionē (quā paucissimis & manifestissimis celebrati-
 onum sacramētis misericordia dei liberā esse uoluit) seruilibus oneribus p̄-
 munt, ut tollerabilior sit conditio iudæorū, qui etiā tēpus liberalitatis non agnouerint. **Hęc ille.** At nec etiā exempla oīno dānanda censeo, modo ne sint crebra, aut ea quę si credant, discordent ab euangelicis doctrinis, aut de-
 finiant ea quę sacris literis non sunt expressa. **Nemo** igit̄ mihi persuadēbit **Veronicā** uenisse **Romā** ad **Vespasianū** imperatorē. & illū sudario libera-
 se a uespis, quæ intra nares eius nidificasse dicuntur. **Inde;** **Vespasianū** esse nuncupatū, & ob miracula & passionē **Christi** cuius beneficio sanatus eēt, & factū christianū, & expeditionem suscepisse **Judaicā**. **Primū** nāq; constat **Vespasianū** nunq; factū **Christianū**, ethnicūq; esse mortuū & idololatrā.
VESPASIANUS insuper dictus est a familia materna, non a uespis, nec ante expeditionē fuit imperator, sed dux bellī a **Nerone** fuit missus cōtra iudę-
 os, & in iudaica obsidione tum demū **Romę** **Augustus** est acclamatus, nec expeditio illa assumpta per **Neronē** **Christianis** infestissimū, ullam **Christi** causam p̄tenderat, sed longe aliā ut **Iosephus**, **Egesippus** & multi alij luculē-
 ter tradunt, ordinatione tamen diuina, & in ultionē dominici sanguinis sic factū esse nemo dubitet, sed manifestarijs mendacijs uelle astruere, aut illuz-
 strare fidē nostrā, & diuina miracula cū euangelica historia, atq; ueritate pos-
 sis firmissime, insania est, & eo peius q̄ per te qui talia mādaueris literis, rur-
 alia sacerdotia & simplices presbyteri præ passione & euangelis, quia illa
 magis miranda uidentur populo concionari gaudeāt, alii ut flos temporis
 & liber qui intitulat̄ passionale, dicunt **TIBERIŪ** a uitio lepre curatū a suda-
 rio **Veronicę**, quod etiā falsum est, de lepra em̄ **Tiberij** nemo unq; sanus
 & idoneus scripsit, & ut redeā ad priores illos quos dixi, nouitatis & famę
 propagandę studio, omisis saluberrimis euangelici mysterijs & canonico-
 rum scriptorū doctrinis, sepe non minus falsa q̄ inepta dicere, & quos post
 modum indoctiores sacerdotes sequunt̄ auctores, illi ipsi cū in uitis sancto-
 rum, tum maxime in passione **Christi** iactanter effundunt meditationes, ap-
 paritiones, reuelationes, & rei gestę serię, quæ non solū non continent̄ in
 euangelis, uerum etiā aliquādo discordāt ab eis dē, adducētes ex **Nicodemō**
 & alijs multis meditationes, & testimonia minus ab ecclesia probata.
Et ut primū de sanctis dicā. **Allud** mihi ridendū uidet̄, q̄ concionatores isti cu-
 iuscūq; sancti festū celebrāt, concionādo clamant̄ fuisse illū super oēs alios
 sanctos uirtutibus, & uitę sanctūmonia, uel singulari sanctūtatis priuilegiō

10

10

10

40

DE FALSA ET HIMOLOGIA

dotatū persuadēt, postq̄ ad aliū uenerint sanctū, itidē faciūt, semp̄ præsente
 super omnes alios extollendo. **T**aceo de laudibus, quas aliquādo p̄ter fidē
 tutelaribus sanctis quos patronos uocāt, sacerdots in dedicatiōibus ascri-
 bunt. **V**bi omnis modus laudationis excedit, omnisq̄ ingenii uis quasi q̄
 dam torrēs effundit, adeo ut ea q̄ incerta sunt, & uix uera, & ubi fides deli-
 derat, impediāt etiā quæ uere de illis dici possunt, aut quis risum cōtinebit
 dū quidā fratres sui ordinis auctores, et primates postergatis uirginibus, cō-
 fessoribus, martyribus, apostol̄ & euāgelistis, patriarchis atq̄ p̄phetis, adeo
 alte conant̄ locare, ut adhuc solū quærāt ubi eos reponāt in cōlestibus, ali-
 10
 quī dicitū a **C**hristo magnū patrē psuadere uolūt, ali-
 quī suo doct̄ori Paulum apparuisse apostolū atq̄ dixisse, suas illū ep̄stolas melius oībus alijs doct̄o-
 ribus esse interpretatū, q̄ nisi cogar nunc̄ credā, nec propterea fidē **C**hristianā
 nam læsam existimo, istas em̄ meditationes & apparitiones ab ecclesia nō
 approbatas, non facile credo, sed quo ad p̄ssionē **C**hristi simplices illi ho-
 mines nō sequunt̄ sanctissimū doct̄orē **H**ieronymū, qui ad **P**aulā & **E**usto-
 chiū scribens ait. **Q**uid plura dicā, omnia saluatoris gesta, & beatæ **M**ariæ
 obsequia, nec non actus uitæ ex euāgelio didicistis, & nunc quid superest,
 ut ab aliquo doct̄orū requiratis. **Q**uid alibi dicit sup̄ **M**athæū. **N**ōne per
 20
 sp̄cie u ostendi ait quattuor tm̄ debere euāgelia suscipi, & oēs apocryphorū
 nenas mortuis magis hæreticis q̄ ecclesiasticis uiuis canēdas, nesciētes etiā
 inter apocrypha euāgelia **T**hadæi, **T**homæ, **B**arnabæ, **B**artholomei, **A**n-
 dreæ &c. numerari a **G**elasio papa di. xv. c. sancta **R**o. eccle. quid item **C**ro-
 matius & **H**eliodorus ep̄scopi de apocryphis senserint, nō obscure expli-
 cuerunt in epi. ad **H**iero. dicētes. **Q**uā reginæ **M**ariæ uirginis, simul & natū
 uitatē, atq̄ infantia dñi nostri **I**esu **C**hristi, in apocryphis inuenimus libris,
 in quibus multa cōtraria nostræ fidei cōsiderātes, scripta recusanda credi-
 mus uniuersa, ne per occasionē **C**hristi læticia **A**ntichristo traderemur, &
 paulo post, hæreticos aut̄ uti apocryphis his qui ut doctrinā malā institues-
 30
 rent, bonā **C**hristi natiuitatē suo mēdacio miscuerūt, ut post dulcedinē uitæ
 tæ, mortis amaritudinē occultarēt. **V**idete insuper oēs cōcionatores q̄ cau-
 te, q̄ prudēt̄ loquūt̄ **H**iero. de his q̄ sacris literis nō cōtinētur, q̄bus nec ue-
 rissimilia diffinit, nec quicq̄ affirmat, quod iure possit negari, ante cū de ali-
 sumptione beatæ uirginis ad **P**aulā & **E**ustochiū scriberet, ait. **N**ihil aliud
 experiri potest, p̄ certo, nisi q̄ hodierna die gloriosa migravit a corpore,
 monstrat̄ eius sepulchrū in uallis **I**osaphat medio, sed nūc uacū esse mau-
 soleū cernentibus ostenditur. hæc iccirco dixi, quia multi nostrorū dubitat̄
 utrū assumpta fuerit simul cū corpore, an abierit relicto corpore, quō autē
 uel quo tēpore, aut a q̄bus p̄sonis sanctissimū corpus eius inde ablatū fue-
 rit, uel ubi translātū, ut ne resurrexerit, nescit, q̄uis nōnulli astruere uelint
 40
 eā iam resuscitatā, quod & de beato **J**oāne euangelista plurimi alleuerant,
 uerūtāmē quid horū, uerius censeat̄ ambigimus, melius tamē deo totū cui
 nihil impossibile est cōmittimus, quā ut aliquid temere diffinire uelimus,
 auctoritate nostra, quod non probemus &c. **P**lura insuper dicit notatu di

gnissima, in quibus cautissime loquitur, nostri autem nonnulli magnificiunt apud
 crypta predicantes, & per ueris astruētes, epistolā Abagari Toparcæ regis ad
 Iesum & Iesu christi ad Abagarū, cum cōfiteri nihil unquam literis mandalē sal
 uatorē nostrū, fabulant itē de legenda, ut dicunt Brandonis, de purgatorio
 Patricij, de lepra Cōstantini magni, quā (quod ego scīā) nullus unquam scriptor
 aut historicus, nec græcus, nec latinus, nec ethnicus, nec Christianus, nisi quā
 dā barbara palea euomuit, de lacu Pilati apud heluetios. Itē de rana quam
 pepisse dicunt Neronē impatorē, unde lateranēsis basilica dicat, quod lateat ibi
 rana, cū a lateranorū nobilissimorū olim Roma, ciuiū ædibus, in quibus ex
 tructa est nomē acceperit. Fabulant itē de colloquio Sibyllæ cū Augusto, &
 quō eadē Sibylla noluerit ire per lignū, quod postea crux est facta dñicæ passiois
 circumferri & liber impissus cuius titulus est gesta Romanorū, cū applicationi
 bus moralisatis mysticis, quod nihil est fabulosius & ineptius. Et ego noui unū
 quod suæ cōcioni testimoniū adhibuit ex gestis Theodorici, quæ nostri ducem
 Veronēsem uocitāt, cū merū sit cōmētiū, sicut oēs aliæ cōtiones uernaculæ de
 gigantibus, de Fasoldo, Miltebrādo, de duce Ernesto, & de alijs. Nā Theodo
 ricus ille rex fuit gotthorū, & quod egerit in Italia nō est obscurū, quā Cassio
 dorus eius cæcellarius & alij multi, eius atque gotthorū gesta scripserūt, nec per
 ueritate recitant a prudētibus. uerū germanica est poesis, quod principes ad res
 fortiter gerēdas illorū exēplis cohortet, uti plura dixi in orōne habita, in pri
 cipio cōmētariorū Cæsaris, quod iam publice profiteor. Vale cādide lector.

CLARISSIMO VIRO ATQUE DISERTISSIMO PETRO

Iacobi Arlunensi p̄posito Backnāgeni canonico Stutzgardiano,
 oratori atque iuriscōsulto ducalique senatori, Henricus Bebe S. d.

Nolebā iam diu Petre doctiorū & disertorū doctissime, atque disertissime
 reuocare te ad elementarias quæstiones, grāmaticorūque aniles rixas, quæ ius
 dicem & auspiciē grauioribus in rebus magisque serijs cōstitui, sed cum te in
 alijs rebus patronū mihi delegerim, atque patrocinii tuū sim pollicitus non
 uulgare, indignū duxi oīno præterire te in latinis studio, atque tractatiōe,
 in qua principatū sermonis elegantia, atque latini eloquiū uenustate, ut facile
 tenes inter germanos, ita & cum italīs certare poteris gloriose, qua re te pa
 tronum constituo, contra illos qui mihi laboranti pro reformatione ueræ
 & castæ latinis contrarie summopere student, dum moleste ferunt re
 hendī sermonē, & uerba barbara quibus ipsi frequēter utuntur. Ego autē
 nō reformido publicā lectiōne mea, cui iam ad nouem annos præfui dam
 nare barbara, docere ea quæ elegantia sunt, & apud illustres scriptores re
 periuntur, ad eaq; adolecentes cohortari summopere, et (dij) bene uortant
 longiorēque foelicitent processum) multū profeci, habeo sequaces, passim au
 ditur sermo latinior & tersior in publicis, priuatique orationibus apud Tu
 bingenſes nostros, bonique id mihi acceptū referunt, primūque predicare cōsue
 uerunt, qui barbariē ex nostro gymnasio infestis signis aliqua ex parte des
 turbauerim, pro uirilique portione id studere conarique non desinā, quorum
 me delectat existimatio. Sunt eōtrario plures in Germania barbari & rus

DE FALSA ETHIMOLOGIA

des, & quibus sermo elegans oīno exitialis uideatur, isti non cessant fingere, somnare & machinari oīa quo deprimant studiosos illius eiusdēq; usum, p̄suasionibus quibusdā, quasi decretis ne latius serpat reprimūt alienissimi ab instituto sanctorū quodā patrū & monachorū in Germania & p̄teritū Benedictinorū (tam & si hodie longe & horū sequaces ab huiusmodi institutione & uita abierint) q̄ nisi cultos & terribilimos linguæ latinę auctores coluissent, sūmoq; in honore habuissent nō haberemus Quintilianū alterū Romanæ linguę lumē, nō Asconii Pedianū grauē Ciceronianarū orationū interptē, lre et alios q̄ nō nisi in Germania iā pridē inuēti sunt, sed redeo ad barbaros q̄rū si rudis opinio, anilesq; fabulæ atq; fatuę p̄suasiones exau dirētur non dubiū quin publicis cōstitutionibus terrioris locutionis obseruatio, atq; studiū tota Germania eliminaret, sed bene ē, q̄ maleuolētia barbarorū nō habet nōn successum quantū cōnatū. Sunt autē insup̄ plures qui nihil antiquius dicūt, q̄ sūmo studio suffragiis decretis, atq; salariis annis, ut aliqñ Germania exuto ueteris barbariæ squalore uindictet se in collegiū, atq; albū uerę latinitatē, ut una cū imperio literas Romanis eripiat, & multū profectū est, ut in oibus gymnasiis uidere licet. Sunt em̄ iam p̄fessores in germania nō pauci, qui quātū effecerint, sintq; effecturi p̄ excolēda lingua latina nō est opus multa p̄batione, dū eorū opera iam publicata, luculentū sime testētur. Sed barbari indigne ferentes suos sermones generatim tantū carpi, nō dubitant meis cōmentariis in angulis, tacitaq; musitatione insidiari, q̄bus quanq; leuibus argumētis audies in apologia, illis ego te opponere cupio, q̄uis tacitū eruditionis tuæ iudiciū pertimesco, magisq; fauentem q̄ barbaros illos detrahentes metuo, æmulatio em̄ illis detrahit fidē, & nō tam iudices q̄ accusatores uocādi sunt, ut dicit Hiero. Tu autē ut es uir integerrimus & iudex, plus in ueri fidem q̄ fauorē iuratus nequaq; personarū sed rerū promissententiā, at ego nihilo horū deterritus, effero cōmentaria de abusione, illorūq; apologiā nominatim tibi dedico, quā si indignā, atq; ineptā iudicaueris, uulcano cōmittam, si pbaueris, flocci sum facturus oēs imperitorū tabernas, uanasq; eorū uituperationes. Reliquū est quod te iudicare uelim, sententiāq; tuā proferre, scripsi ante aliquot annos nullū gersmanū ad nostra usq; tempora repertū, qui prisca eloquentiā sermonēq; ex omni parte purū expresserit, hoc molestie quidā ferunt, q̄ germaniā nigro, quasi stigmate notauerim. Ego autē ita scripsi, & si ita tibi uidebit, nunq; me poenitebit nō q̄ non sim germanicæ laudis cupidissimus, pro cuius amplitudine & gloria plus laboro q̄ pro propria, sed aliter nisi mentiri uelim qd est alienū a moribus meis, dicere nō possum, nam ut dicā id quod uerū est lingua latina dū floruit cū imperio, nec culta fuit apud Germanos, nec cura nostris oīno latine loqui fuit, græca potius literatura utentibus ut existis manus, sed dum sensim cū imperio linguę nitor laberetur, & barbarie desprauaret, fidesq; catholica in terra nostra susciperetur, atq; sancti Benedicti ordo undiq; uisericicia Christi signa per barbariē circumferret, latinūq; eloquiū in p̄cio haberi cepisset, necio profectō an germani etiā Romanis, unis

uerſæq; Italiae cedere debuiffent, nō ſolū q̄ eorū monumēta teſtētur pro tē
 porū cōditione latiniffima, ſed etiā cum pleriq; auctores latinæ linguę pre
 ſtantiffimi, cū in tota Italia periiffent temporū & hominū incuria apud ger
 manos ſolos ſint reperi. Nam præter alios de quibus ego nihil ſcio, q̄ Quin
 tiliã, & Alconius Pedianus interpres Ciceronis politus & uetuffus legant,
 nō niſi germani conſeruarūt, & idē monachi q̄s Poggius florētinus apud
 ſanctū Gallū inuenit. Idem apud eoſdē ſe inueniſſe teſtatur Ciceronis orati
 ones, Silium Italicū, Columellā, Noniū Marcellū, Lucretiū partē. Et quod
 legitur M. Celiū Apiciū & Pomponiū, Porphyrio Oratiū interpres, ger
 manis acceptum referri debet, ut dicit Platyna. Q̄, Silius Italicus legitur, q̄ 10
 Plautus linguę latinę delicię, germanis acceptū referri debet, quos ipſe Phi
 lelphus in Germania inueniſſe affirmat, nup̄ quattuor primi libri Corne
 lii Taciti & quidā libellus Senecę in germania ſunt reperi, nō tamē nec Ita
 li, nec germani illo tēpore poſt inclinationē ſcilicet imperii ſermone apud
 Priſcos uſitato, atq; incorrupto utebātur, nec unq̄ credo nos fuiſſe locutos
 latine, dū adhuc integre Romani loquebātur, iccirco ſi tuo iudicio mihi ſuf
 fragaberis nūq̄ aliter dicam. Vale & me cōmendatum habe.

APOLOGIA HENRICI BEBELII pro ſuis cōmentariis de abuſi
 one linguę latinę. **MONITOR. BEBELIVS.**

MO. Quis eſt iſte qui nup̄ de abuſione linguę latinę pro germanis cō
 mentaria edidit: **BE.** Ego ſum. **MO.** ni, tu ne: **BE.** ego. **MO.** p̄fectio quantū ui
 dere uideo homo es, ut eloquar quod ſentio, qui capta ſupra ætate adoles
 ſcentiæ & uires audacia, magnā tibi arrogas doctrinę, atq; eruditionis glo
 riā. **BE.** Cur ita: **MO.** Totius linguę latinę adminiſtrationē, & iure quodā
 poteſtatis cenſurā tibi uēdicatſti. **BE.** Loquere paulo modeſtius, nō intēperā
 ter utor parua noſtra & exili eruditione, hoc tñ quod eſt in me doctrinę, in
 cōmunē oīm ſtudioſorū utilitatē ſoleo depromere, ac nota ſunt quę ſcripſi
 mus, & multis expoſita, ſi male egimus, patiemur facile emēdari, quā obrē
 tū deſine adeo petulanter homini obtrectare, qui nulla arrogantia aut offē
 tatione, ſed pia admonitione germanā iuuentutē quantū poteſt a barbari
 co ſtridore, corruptaq; barbarorū ſermōcinatiōe cupit auocare. **MO.** Cur
 nō dicā te arrogantē & glorioſum, qui ut tuo conſuleres nomini atq; ſamę
 nō dubitas in illuſtres etiā auctores tam uiuos q̄ mortuos, diſtrictō mucro
 ne ſeuire, atq; fulminare. **BE.** ubi in nr̄is lucubrationibus legiſti: **MO.** nōne
 in Gręciſmū Eberhardi, in Ioannē de Garlandria, Caroli epiſas, Alexandrū
 Gallū, Catholiconē, Māmetractū, & ſimiles ſatis amarulenter es inuectus:
BE. in illuſtribus auctoriſibus nihil quicq; quod ego ſciā, acerbibus carpiſi nec
 auſim emēdare, ſed ut uideo hi ſunt quos dixiſti apud te illuſtres ſcripto
 res. **MO.** Sunt proſe cō, & quorū ductu, auſpicioq; germania noſtra in om
 ni doctrinarū genere nō mediocriter floruit, ita quoq; loqui ex his didici
 mus, ut cōſuetudo illa iā diu inueterata, p̄ ueriffima ſermonis regula ſit me
 rito acceptāda. **BE.** q̄ ſit illa imperitorū conſuetudo, & q̄ efficax, copioſe in
 cōmentariis tradidimus, un̄ hīc plura dicere de illa ſuperſedeo. **At** nil nouū 40

APOLOGIA

facio q̄ illorū taxo errores, qui iam pridē cōmuni oīm in Italia eruditorū
 consensu ex albo scriptorū sunt deleti, & explosi, quos nemo unq̄ nisi in
 sima grāmatistarū classe debuit locare. Attamē falso me arguis q̄ adeo intē
 peranter gestā aut confodere uiuos, aut cū laruis (ut dicitur) luctari, nō em̄
 repræhendit qui uerū dicit, quod etiā amicissimis p̄ponendū est, & ego nō
 mores, aut uitā illorum carpsi, sed ad quod me institutū opus traxit, illorū
 in lingua latina errores, & barbaras uoces eradicandas esse putauī. In quo
 plus temporū illorū iniquitatem, q̄ illos in culpa esse existimo. Suis enim
 10 temporibus dum lingua latina corrupta erat docti fuerunt, optimeq; scrip
 sērūt, adeo ut tersa latinitas plus temporibus q̄ ipsi defuisse uideatur, uti
 de Actio & Pacuio Quintili in x. refert. nunc aut̄ felicissimo nescio quo
 sydere lingua latina, & tersa, & natua in germaniā, cæterasq; nationes ser
 pit, quæ nihil cōmune habet cum barbaris, & eius corruptoribus, quorū
 etiā hospitium summopere declinat, quam nisi repellere uelimus, adulteris
 nam linguā exterminare pro uiribus cogemur. At si plurimæ es lectionis
 homo, scis laudari a Plinio Atriu clementē q̄ is insectaretur uitia nō homi
 nes, nec castigaret errantes sed emēdaret, quod & ego ipse facio. MO. acer
 be inueheris interdū in Carolū & Pontiu. BE. Tantū in uitiis sermonis nō
 moribus & uita, ut sum prefatus, si nimis tamē acerbe & uehementius sim
 20 interdū locutus, mereatur ueniā, cum ardor quidā insitus, & impetus iuuē
 tutis uix freno cohibēdus (in tenera em̄ ætate scripsimus) tum illorū obscū
 ritas, quis em̄ est qui, quis aut Pontius aut Carolus fuerit, sciuit unq̄, aut
 scire curauit: quorū nec cognomē nec patriā scitur. Præterea si paulo acrius
 seducāt barbaris & uerbis & præceptis suis magistrī rhetorices anteq̄ disci
 puli rhetorū, uerū & iam alios q̄ plurimos suis deliramētis dedoceant, atq;
 in merā ignorantia demergant, sanctaq; & uenerabilē rhetoricē, atq; latinā
 eloquentiā suis ineptiis, & falsis p̄ceptis contaminent, atq; deforment, ut̄ in
 primis impiū, nisi p̄ imperitiā peccarent iure arguerent. Hinc si interdū illis
 30 insulto, dāno & insector, habere me puto indignatiōis & insectatiōis iustissi
 mæ materiā. MO. Si uis Bebeli audire ueritatē multæ sunt p̄fecto delicate
 aures q̄s tua cōmētaria offenderunt. BE. quare? MO. dicā, nā inficias ibit ne
 mo qn̄ nra tēpestate Germania habeat in omni eruditōis materia doctissi
 mos, q̄ cū sint in magna hominū existimatione, & multa habeāt in usu q̄ti
 diano uocabula a te explosa, existimāt suā auctoritatē, & existimationē la
 besatū iri, dū barbari sermonis arguunt. BE. dolerē equidē si quēq; ex his
 offenderē, sed nō puto tales esse q̄ generalē de uitiis disputationē in suā refe
 rant contumeliā, dum em̄ mihi irascerenī, suā indicarēt cōscientiā, multoq;
 peius de se q̄ de me iudicarēt. At uideo plurimos iam esse nosfrates quorū
 40 in ore nihil est nisi plane Romanū, & ueteris eloquentiæ splēdore illustratū
 qui non secus ac ego detestant̄ indoctū, & barbarū sermonē. Cæterū illos
 intus & in cute noui, qui paulū progressi ultra prima elemēta, suā ætatem
 cōtriuērūt in Alexandro Gallo, Petroq; hispano, aut si longius euagati fue

rint, in sermōibus Discipuli sup̄p̄dia fecerunt, q̄bus nihil limatū & elegans placere p̄t, & q̄d fosū possunt, q̄quid ingenio alleq̄ nequeūt, p̄fricat a frōte uellicat & detestant, periles uulpecule (ut est in fabellis) q̄ dum asini testiculos (casuris em̄ similes uidebant) iam dudū frustra esset secuta, o q̄ nigri sunt inquit, nunq̄ illos esse potuissē. **MO.** Male facis q̄ etiā cum multis laboribus cōcites tibi multorū inuidiā, dū a cōmuni hominū sermone abhorres, q̄nimo illū p̄rsus abijcis, atq̄ in exiliū pellere satagis. **BE.** Quicq̄ adulterare uidei linguā latinā, p̄ uirili portioe segregare p̄curo. At satis admirari nō possum, uel potius cōturbari, q̄ inde sim inuidiā reportaturus, unde sūmā beniuolentiā, magnalq̄ gratias cōseq̄ sperabam, q̄ si aliter eueniret, malo t̄n ab uno erudito uelut Antimachus a Platone cōmēdari, q̄ a cētum indoctis, quid em̄ hoies de cōpitis rumigerulū omniū litū depectores atq̄ nugar̄ seminarū p̄ impitorū circulos, & epicurea symposia de me sentiant, manū non uerterim, quorū iudicia Epicurus crepibus uētris assimilanda duxit, qui cū ipse se inertiae & somno dederint, nō t̄n q̄ p̄clara sunt discere nolunt, sed ceteros etiā q̄ id studii habēt, nunq̄ desinūt reprehendere, demorficare, & manibus, pedibusq̄ explodere. **MO.** Miserū t̄n est multos habere, æmulos. **BE.** Immo miserrimū e contrario scriptori q̄ caret æmulis & detractoribus, miserrimus em̄ est dicit Seneca cui nemo inuidet. **MO.** Ni, unde hoc intelligā. **BE.** Scio em̄ illā omniū scriptorū (a cōditis etiā literarū monumētis) cōmunē sortē, illoꝝ p̄cipue quorū camœna, & scriptio sit nō oīno expolita, plebeia, atq̄ inerudita, ut nemo eorū omniū maledicētia inuidorū, atq̄ obtreptione caruerit, hoc expertus est Virgilius, Homerusq̄ poetarū principes, atq̄ antesignani, hoc Demosthenes gr̄corū omniū eloquētissimus, hoc Cice, q̄ in arce eloquētiæ Romanæ stetit, rex oratorū, & linguæ latinæ illustrator, & oēs deniq̄ illi q̄ aliquā in literis celebritatē sunt unq̄ cōsecuti, huius rei unico carmine causam reddit. Ouidi, Sūma petit liuor, persant altissima uentū. Inuidia enim uel potius inuidētia, est illa egritudo animi q̄ ab aliquo p̄pter res alterius secūdas, itemq̄ eruditiōnē, ceteraq̄ expetenda qua ipse caret, suscipitur, unde aut a minori, aut infeliciori aut indoctiore, aut ceteris id genus hominibus in superiores profiscunt. **Nā** ut Plau, in cap. dicit, est miserorū, ut male uolētes sint, atq̄ inuideāt bonis. Plebeis autē & miseris hoibus, & q̄ nō sunt famigerati nemo inuidet. **Ad** q̄d pulcherrime alludit dictū Fœderici secūdi magnificētissimi impatorū. **Nā** dū de odio in se p̄uissis scriberet ad cardinales addit, reuera imperialis sc̄licitas papali semper impugnat inuidia, unde Symonides interrogatus, cur non inuidos haberet, respondit quia nihil feliciter gessi. hec ille. **Hinc** miserrimū est scriptori abesse ab omni emulatiōe, quonia adeo p̄titiā sit profanataq̄ doctrinā, ut nihil omnino depromat, in quo taxādo aliquis ullā laudē sperare possit. **Nouerint** igitur uniuersi quicūq̄ cogitationes suas literis mandare instituit, cunctorū se linguis maledicorū cōfodiē dū pr̄bere, etiā si elegātissime id fecerint. **At** proderit s̄pe & multū liuor, & emulatio, quonia excitat nos cautosq̄ reddit, et q̄quid nobis uel criminis

APOLOGIA

uel erroris, uel ignorantiae est ab aduersarijs inuistū, conamur totis uiribus purgare, emendare, & frequētissimo studio repērare, atq; abolere, q̄re elegāter dicit Seneca multū sibi adiciere uirtutē lacessitā. Nec nos inepte hoc disticho. **L**ima uelut ferrū sic aduersarius urgēs. **N**os acuit uirtus, languit hoste carens. **M**O. non possum reuera tibi hac in re assentiri. **T**u tamen multo plures es habiturus aduersarios, q̄ maior scriptorū pars. **B**Ebe. Cur ego? **M**O. quoniam quidē nemo unq̄ sine plurimorū inuidia, id quod multis infedit, & pro regula sermonis in usu est imutare facile potest. **T**u autē cōmunem hominū sermonē multis in locis carpis, & tanq̄ barbarū, & indocum elimiāre studes, in quo multos offendis. **N**am quid, aliud **L**aura. **V**alla cōsecutus est apud posteros (dū in omēs scriptorū plutes genuinū infigit, intenditq; censoriā uirgulā) q̄ famosum illud epigramā.

Nunc postq; manes defunctus **V**alla petiuit
Non audet **P**luto uerba latina loqui.
Iuppiter hunc cœli dignatus parte fuisset.
Censorem linguæ sed timet ipse suæ.

BEBE. Si legisset quisquis auctor est horū carminū sexti elegantiarum. **L**aurantianarū libri proœmiū, nunq; hominē doctissimū, & de lingua latina inter omnes neotericos meritisimū, tam procaciter incessisset, quo
 10 & ego me iure meritisimo defendere possum, non q̄ in me quicq; sit **V**allae eruditioni proximū ne dum comparandū, ille nāq; in fastigio eruditionis sedet, nos in imo cliuo sudamus, ille classicus scriptor plus ueteribus q̄ recētioribus comparādus, nos proletarij, uel uix inter studiosorū ordines referēdi. **A**ttamē sicut ipse apud Italos primus exotici, forensesq; & uulgarem sermonē cōmercio quodā gothorū, uandalorū, logobardorū, hunorumq; & aliorū corruptū & inquinatū defecauit, atq; in pristinū statū restituit, sic nos apud **G**ermanos latinū interdū cum uernacula cōmixtū, & peregrinarū uocū mixtura magna ex parte adulteratū, ea qua potuimus
 20 diligentia repurgare, & in antiquā faciē instaurare sumus aggressi, & istis primitijs si foelicē habebunt euentū, grādiora maturioraq; superstruere nō grauibimur. **S**ed q̄ me prae cæteris inuidiā subiturū prædicas optime narrasti, & id antea mihi perspectū erat, eo tamē animo semper fui, ut **C**icero dixit, ut inuidiā uirtute partā non inuidiā sed gloriā putarē. præterea q̄ nunc dura sunt, & grauius ferūtur a nostris in suis erroribus iam inueteratis, ab adolescentioribus cultam, & illustrē latinā summo opere amplectantibus multo fauore excipient, quorū etiā contra uetulos illos literatores, inuidosq; in angulis cōtra limatissima quæq; scripta baubantes (ut isto uerbo
 30 utar) canes, patrociniū, nec id quidē obscurū, aut uulgare polliceor mihi cōstantissime. **M**O. proculdubio magnā iamdiu ludi magistrorū indignationem in te cōmouisti dum eorū institutiones pro nihilo ducis, fatuasq; et plus dedocere q̄ docere asseueras. **B**EBE. non omnium (scio em plures hodie esse in germania apprime eruditos) sed eorū tantūmodo qui senio cōsecuti, tersioresq; literas nunq; edocui, multis annis curiosas nimium ne dicam

inutiles atq; detestādas partiū orationis definitiones, limitationes (ut dicūt) atq; profundas Donatū glossas cōgessere atq; docuerunt, magnifq; & barbaris Alexandri galli cōmentarijs purā, utilissimāq; grāmaticā dehonestarūt corruperuntq; nobilia adolescentiū ingenia, quorū tamē error eo est tollerabilior, & maiori uenia dignādu, quoniā ut a suis maioribus, & olim p̄ceptoribus acceperunt, ita tradere suis discipulis solent, nec aliā uiam nouerunt. **MO.** nescio quid tibi tandē placeat, si Donatus & Alexander optima puerorū rudimenta fastidiō sunt, uellem scire quæ tibi puerorū institutio optima uideat̄. **BE.** si candidus & sine liuore petis scire, dicam. Est apud me frater **Vuolfgangus Bebelius.** xiiij. annos natus, is Donatū nouit & didicit sine ullis glossis, definitionūq; limitationibus, sufficiētis, argumētis, modis significandi fluxus & fieri, habitus & quietis, proprietatibuscq; rerum (ut illi dicunt) & ceteris deliramētis, quæ ad grāmatices officiū non spectant, nulla sit quæstio, quid subiectū, quid propria passio sit in Donato, uel in grāmatica, aut cui parti philosophiæ subordinet̄, ut faciunt nostri, q̄ lingua, & uniuersa excedunt non modo puerile ingeniū, sed totius grāmaticæ captū & officiū. **Lege Priscianū, Donatū, Seruiū, Diomedē, Caprū** principes grāmaticorū, & alios non admodū paucos, & nihil tale in cūctis eorum operibus inuenies, sed tu elemētarius literator, ea doces quæ a nemine nisi forsan a plebeia, & oīno explodenda grāmaticarū cohorte didicisti. **O** curiosam puerorū neglectiōē. **O** impiā & dediscendā magistrī doctrinā, quis unq; præclarus, aut eruditus ex istis ineptijs euasit: nā & **Remigij** infimi & uulgatissimi omniū grāmaticæ definitiones, & regulæ nō modo p̄supponunt, ut dicitur a nostris profodiā, p̄sertim de coniugatione uerborū uerū etiā non uno in loco dialecticā industriā. **MO.** An sufficiat solus Donatus: **BE.** Donato coniungit̄ grāmatica, nō Alexandri, sed **Perotti, uel Sulpitij, uel Aldi Manutiij** de literis latinis optime meritū, uel **Mancinelli, & in primis Henrichmanni & Brassicani,** lectioq; poetarū, oratorū, & historiographorū. **MO.** est ne hæc fraterna tua institutio: **BE.** est. **MO.** etiā ludj magistrī, de quibus dixisti solent interpretari **Virgiliū.** **BE.** bene quidē, si didicerunt. **MO.** & si in scholis nuncq; audiuerint, aut ullo p̄ceptore sint usi, per tēnaci tamē studio & frequētī diligentia nō nihil sunt cōsecuti. **BE.** Quid sint studijs suis cōsecuti nō possum ipse scire, Attamē ut lib. iij. **Ciceronis** de na. deorū. **Epicurus** se nullū habuisse magistrū gloriatus, nō iniuria carpitur. ita profecto perniciosius nihil est doctrina illius, qui tumultuaria tm̄ lectiōne, p̄posteraq; diligentia est prius imperitorū magister q̄ doctorū discipulus, qui cum poetica a limine tm̄ salutauerit, nec penetralia unq; sit ingressus, reconditā uatū sciētā ignorat, hinc captiuos sensus in suā expositionē uictoris iure transponit, mentēq; poetæ, & uerbo pro libito & opinione rudis ingenij interpretatur, unde prauis pueri erroribus inficiuntur, quibus maior ætas uix carebit. **MO.** redeamus unde sumus digressi, cum de institutiōne puerili non sit nobis instituta oratio. Tu præ ceteris q̄ sunt in germania professores uideris curiosior de lingua latina, atq; hanc nimis anxie obseru

APOLOGIA

ware quod ipse damnare soleo. Quis enim ut Seneca testatur nimis accurate loquitur, nisi qui uult putide loqui. **BE**be. modo ad sint latina uocabula (pro quibus sum curiosus paululū ne descēdentur per barbariem) non nimis accurate aut loquor, aut doceo loqui, sed uerba apud eruditos usitata & cōmunia mihi placēt, q̄ si interdū (ut nuper quidā mihi obiecit) uerbū ab usu cōmuni remotius assumo, dum tamē latinū sit, & ab illustri auctore aliquo mutuātū, semelq; positū, detur mihi uenia, dum id non sit crebris & affectatū, & potius in hoc inciderim, q̄ q; de industria sit quæsitū. **MO**.
 10
 es reuera plus iusto curiosior, q̄ etiā Hiero. Augustinū reliquosq; sacri eloqui principes, & ut græco uocabulo utar spirarchos, Macrobiū, item Apuleiū, Solinū & Vegetiū parū elegāter interdū locutos existimas. **BE**. nūq̄ ausim ego proprio iudicio exterminare aliquod uerbū, aut interdicare latinæ linguæ cōmercio, quo sit usus ullus scriptor iā dictus, nisi ante me uel **V**alla uel alius taxasset, & tanq; minus elegans condēnasset, uerū sic iudico ut quicquid apud Apuleiū & reliquos quos dixi inueniāt, ut barbarū, & exoticū oīno cēseri non debeat, sic interdū grāmāticæ & nō oratorie, hoc est exculte oīno & elegāter locutos fuisse contenderim, sic etiā uocabula quibus est usus **L**actan. omniū ecclesiasticorū latinissimus, **T**ertulianus, **C**yprianus, **H**iero. **A**ugustinus, **A**mbrosius, & pauci admodum alii scriptores sacri non explodenda oīno tanq; barbara, nec omnia, ut elegantia, atq; oratoria recipiēda esse existimamus, quonia docti fuerūt suo tēpore, doctosq; legerunt, neq; etiā sine auctoritate oīno scripsisse creduntur, præsertim cū ante gothorū in Italiā aduentū, uel linguæ potius per illos corruptæ tēpus hunorūq; & aliorū qui latinitatē penitus prophanarūt, floruerūt, sintq; habiti eloquētes. **T**ribuemus igitur aliquid & tēporibus illis, & tēporū illorū eruditis, qui sermonis consuetudinē quandā uident non obscure facere potuisse, nisi aliquādo necessitate, ut postea dicam, coacti, ex sordidiore uulgi usu uerba assumpsissent, aliā nāq; fuisse uulgi, aliā eruditorū orationē, atq; sermonē tēpore illorū luculenter expressisse uidetur super **E**zechielē **H**ierony. dum inter cetera dicit. **M**os sar uel gentili Italiæ, pannoniq; sermone spicam, speltāq; dicimus, und sæpe triuali sermone, & magis eo tēpore uisitatū uocabulis, ut quidā dixit, q̄ receptis ufos esse crediderim, quippe qui plus euangelicis mysterijs, & expositionibus q̄ disertis rhetorū uerbis, & politis declinationibus studuerint. **P**ræterea cum tot sint in fide **C**hristiana noui ritus, sacrificia, preces atq; ceremoniæ, coacti sunt doctissimi etiā & disertissimi (cum omnia prisca latinitati ex paupertate linguæ illius & nouitate rerū conformare non possent) nimis licenter transsumere aliquādo uerba, uel cum uulgo (cum signate & pure non possent) loqui, quod igitur in frequēti usu habent hi deificare, mortificare, castificare, propitiare, dignificare, certificare quæ duo **V**alla reprehendit, **A**ngustiare, confortare, apostatare, malignare, clarificare, & alia multa credo rarissime ufos esse prisca oratores, qui elegantissime sunt locuti, sunt tamē grāmātica, & quibus nō nullis etiā poetæ utuntur, quare interdica latina præsertim omnino

non sunt. Quis enim intra analogiā fingere noua uocabula prohibeatur. unde ego minus bene anticipare uerbū tanq̄ barbarū explosi, quo usus est Apuleius & Virgilius in rosa. Aestiferū suadēs anticipare diem. Itē clarifico, penitus grāmaticū dixi ex Valla, quo Virg. de fortuna est usus. Nec q̄s clarificat perpetuo fouet. Credo tñ plus esse grāmatica q̄ oratoria, tam & si nefas sit aliquod uocabulū censerī minus latinū, quo uel semel. Virgilius sit usus, nisi fortassis carmē mentiat̄ auctorē, sed quo uix utunt̄ oratores. Itē assimilare dixi nō esse tersum, testis est Diomedes grāmaticus q̄ dicit, similo non dicimus, sed similis est. Inde nec assimilo quo tñ Oui. uit. lib. i. trist. Grandia si paruis assimilare licet, Plau. in amphi. sed ita assimilauit se quasi amphitrio fiet. & Lactan. de phœnice. Musica Cyrrheis assimilāda modis, ideo nō bene Diomedes & ego diximus, nisi forsā aliq̄ assimilō nō assimi- lo dicere uelint, ut legēdū sit ibi assimilō. Martia. Cū sint crura tibi similit̄ q̄ cornua lunę. Explosi & Victualia dictionē ex auctoritate Hermolai Bar- bari, quod inuenit apud Iuriscōsul. ff. p. focio. l. si fratres. §. si quis. Iuriscōsul- torū autē oratiōes & uerba non Iustiniani, ut libēt̄ admitto, & latina iudi- co, ita p. uarietate rerū nō ubiq̄ oratoria, & oīno tersa existimo, p̄sertim cū multis seculis Ciceronis ætatē qui hodie extant, cōsequant̄, & ut ad ecclesia- sticos redeā. Vocāt illi hoīes carnales q̄ tēporalia, & carnis pruritū sequun- tur. Spirituales autē q̄ animę salutē pcurāt & pcurare debēt. Itē seculares et mundanos q̄ a puris latinis profani uocātur, hoc est quorū negociū est in rebus tēporalibus & mūdo, nō in religione deorū. At quis precor Cice. q̄s Salustius, Linius, aut quis ex tota uetustate latinus sic dixisset: nolumus ta- men omnino illorū cōsuetudinī sermonis aduersari & cōtraire, si cui pla- ceat loquat̄ ut illi, ornatiū tñ & latiniū loqui quis phibeat, aut quis pos- tius non laudabit: sed quod dixi de theologis ueteribus, non idem tibi cō- cesserim in recentioribus nostris qui iamdiū ab omni puri sermonis obser- uatione abierunt longissime. MO. Scio & hodie esse theologos disertos. & latinos. BEbe. Sunt profecto permulti, sed cōmune dicēdi genus theologo- rum, & character est omnino protrit̄us, & triuiali moneta percussus, quip- pe qui plus in rebus q̄ uerbis, laborant.

CASTIGATIO COMMENTARIORVM.

MO. Nescio quid antea tam præclarū & amplū prædicaueris de Lau- rentio Valla, quem pluribus in locis errasse uidemus, erroresq̄ eius passim uulgati leguntur, uide Bebeli, ne & tibi aliquando contingat. BEbe. nemo unq̄ fuit a conditis literarū monumētis qui non aliquādo errauerit. Nam ut elegātissime dicit Seneca, nullū sine uenia placuit ingeniū, da mihi quē- cunq̄ uis magni nominis utrū, dicam quid illi ætas sua ignorauerit, quid in illo sciens dissimulauerit. multos enim dabo quibus uicia nō nocuerunt quosdā quibus profuerunt, dabo inquā maximæ famæ, & inter miranda propositos, quos si quis corrigit delet. Sic enim uicia uirtutibus immixta sunt, ut illas secū tractura sint. hæc ille. Quæ cum ita sint, bene dicit Cicero sibi stulticiam esse uisam, aut bene inuētis alicuius recedere, si quo in uitio

APOLOGIA

eius offenderemur, aut ad uitia quoque eius accedere, cuius aliquo bene precepto duceremur, hinc nuncque ægre sum laturus, dum humaniter & iuste scripta nostra si quo lapsus sum, corrigantur. Non enim adeo puerse me amò, ut uerbis Augustini utar, quod & alios uelim errare, ut error meus lateat, quod si uelit me quis hostiliter inuadere, & insultare mihi infestis signis, non expectet post mortem, ubi nulla defendendi facultas dabitur, nec contra laruas pugnet, sed uiuo colluctetur, ut collata acie pes pedi cohereat, & si sic inermem confecerit, uel armatum deuicerit, uictoria iactet, quæ tamen parua erit sed ut redeam, nec etiam me emendare pudebit sequentibus scriptis, si quod in prioribus quicquam errauerim, nec hoc uoueri existimari debet. Contigit enim uiris in omni doctrinarum genere splendidissimis, cum diuus Hieronymus testetur se puerilis ingenii scripta quaedam emisisse minus limata & perfecta. In libris quoque contra Martionem Septimum Tertulianum hoc idem passum esse, & Origenem quoque admirabili ingenio uirum in cantico canticorum pariter fuisse aliquando expertum, nec non & Quintilianum in xij. libro instituta ora. Sed quæ non contingat errare: cum rex oratorum Cicero dicat adolescentulo sibi inchoata quaedam & ruda excidisse. Si hoc ille (inquit Hieronymus) tam de libris ad Herennium quam de rhetoricis quos ego uel perfectissimos puto ad comparationem senilis peritiam dicere potuit, quanto magis ego libere profitebor, mihi quaedam esse edita minime perfecta & limata. At quis precor Augustini eo minor existimauerit esse gloriam & laudem, quod publicata diu a se quaedam nouis subinde editionibus & retractationibus danauerit: nemo unquam uisus plane scurra, aut alius ex imperitorum colluione, eam ob rem indoctus, inhumanus, & excors est ille censendus, qui dum unum errorem, duos uel etiam plures offenderit apud aliquem scriptorem, statim acerbe, & sine omni modestia in illum inuehitur, eiusque laboribus hostiliter insultat, & tanquam inuites damnat, cum eius alioqui eruditionem in nullo æquare possit, uirtutesque ne imaginari quidem. Et ut libere loquar, quod quodam prælagio extimesco eos mihi hostes futuros uidere uideor, qui immemores quod meis laboribus, & uigiis sint non parum adiuti in studiis, profecerintque non mediocriter, solum illud quod perperam dictum est reprehendant, atque uellicabunt, hæc tamen contrarium mihi consolatio est, quod defensores etiam non defuturos pollicear. **M**O. tales sunt, perfecto impii merito iudicandi, & ab omni humanitate prorsus alieni qui propter paucos quosdam errores non uerentur in eos garrere contumeliose, uel aperte etiam conuiciari his a quibus alioqui magna acceperunt, non credo tamen ullum eruditum tam sui oblitum, ut nisi forsitan pietatis respectu, & emendandi non reprehendendi studio in commune fragilitatis humane uitium tam temere, & diriter insultet. **B**e. Eruditum non faciunt & prudentes, sed homines satui & literatores sine arte, sine literis, sine ullo acumine & auctoritate, eruditionem sibi falso persuadentes, dum clarum sibi nomen ut credunt apud indoctam plebem culam aucupentur, latrare in illustres auctores non erubescunt, & tales sunt (ut non minus uere quam uenuste dicit Apuleius) qui meliores obrectare malint quam imitari, & quorum similitudinem desperent, eorundem affectum simultatem, scilicet uti qui suo obscuri sunt peritorum nomine innotescant, cupientes (uelut Hes-

rostratus Ephesæ Diane tēpli incensor quondā) uel cū scelere, & infamia esse nobilitatū. **MO.** ad te reuertar, ingenue quidē confiteris te esse ex numero eorū hoīm quos sæpe falli, decipi, & errare cō.ingat, quare ut est mihi persuasum, si opus illud epigrāmatū, & panegyricon ducis Eberhardi senioris gymnasiarchis Tubingētibz dedicatū, nūc esset tibi edendū, credo te decetius, & maturius rem confidurū, cū iudicio nostro reperiat̄ur quæ auctoris & ætatē, & incuriā non oblcure præ se ferant. **BEB.** optime narras. Sum em̄ maxima penit̄udine ductus, unq̄ emisse hunc libellū. At iuuenilis impetus samæ cupidus, hæc scribere adegit, ubi fateor me sæpe errasse, gratifq̄ uitio interdū grauitatē, & modestiā nō oīno obseruasse, uerū ut Paulus inquit, dū eram paruulus loquebar sicut paruulus, sapiebā sicut paruulus, cogitabā sicut paruulus. Quæ aut̄ in ætate scripserim uerissime ostentat distichon in eodē libello contentū. Bis duo lustra uidens non dū messesq̄ quartenas. Carmina cōdidimus quæ tenet iste liber. Nam & oīa alia quæ hætenus impressa uides ante xvi. annū sunt a nobis edita, præter triumphū Veneris, & pauca quædā alia quæ post scripsimus. Tempore aut̄ quo epigrāmatū, eodē uulgauī etiā cosmographiā Laurentiū Coruini quondā in gymnasio Cracouiensi p̄ceptoris nostri, quā sicut & opusculū epigrāmatū Et itē cōmentaria de abusione latinitat̄is nescio qua fortunę iniquitatē, cosmographi multis mendis cōtaminauerunt. In cosmographiā em̄ erratū in primo saphico, Corda diuorū bibit unde turba. Vbi nescio quo spiritu addidit impressor diuorūq̄. Item paulo post. Sæua dum sudās agitabat arma, ille sudus posuit. Erratū & sæpe in epistola mea, sed sæpius & sæpissime in opere ipsius Laurentiū, quæ oīa non possunt modo limari. Item in carmine Hartmānt̄ in fine. Croca polonorū, non croco legendū, kem Cynthius hic missis non his. Item obstrufos rerū latices, atq̄ abdita cœli, non legas sic, abstrufos rerū latices stellātis & abdita cœli. Fateor tñ in multis scriptoris etiā incuriam obfuisse. Sed in opusculo epigrāmatario nostro multa perperā sunt impressa, quæ om̄ia tanq̄ inculta, & non bene, ut ita dicam fermentata dimitto, p̄ter ea q̄ ad laudē illustrissimi simul & sapientissimi principis Eberhardi senioris iuuenili simplicitate deprōpsimus, q̄ paulo correctiora aliqñ uidebis. **MO.** Nōne & cōmentaria de abusione nō nihil mēdofe sunt impressa: **BE.** Mendose, plus q̄ mille mēdis tam correctorū q̄ scriptoris (quā illesgibile magna ex parte erat exēplar) culpa scatent. **MO.** q̄ sunt istæ: **BE.** quis oēs numerabit: Præterea diis uolētibus breui correctius, & cū multo seriore additionibusq̄ nō inuilibus chalcographis imprimēda dabo, at si q̄ ex incuria obrepserint, diligentiori trutinā p̄sitabo. **MOR**gatiū em̄ uulgo dicimus q̄ hodie sponsalitia largitas apud leguleos dicit̄, dos est mulieris. Donatio p̄pter nuptias est ecōtrario uiri, q̄d itē dixi nō bene dicit̄ si quēto in **U**lma, uel **V**irgilius incipit, & sic a moderandū est, qm̄ nullū sere est uerbū q̄d absolute enūciari non possit, ut cū dicā amo, in nullū hoīem amorē meum trāscēdere ostēdo. Ita similiter doceo, lego, uisito, q̄d latine dicit̄, sed raro in nra significatione accipit̄ &c. Item aliqñ regūt loco actū ablatiuū cū p̄positū

one, ut significo, peto addo, Cæsar. in vij, gallici belli, cōclamare & significa
re de fuga Romani ceperūt. Et li. v. addunt etiā de Sabini morte, & alibi de
suis priuatim rebus ab eo petere ceperūt. Ita etiā incipit, Quintilianus. Nā
nec pingere quisq̄, nec fingere cœpit a pedibus. Seneca. Ira incipit magno
impetu. Vale. MO. uale tu, & q̄ cōtra dixi æquo feras animo, nam plus tui
admonendi q̄ castigandi, aut rephendendi gratia feci. Iterū uale ex Tubin
ga in Kalendas Maias. M. D. V.

Tetrastichon **V**olfgangi Richardi Gyllingensis ad cōmētaria **B**ebeliana.

Lingua latina tibi multum debere fatetur

10

Bebeli, a rudibus cum mutilata foret.

Iam reparata suum Romana loquela nitorem,

Transiit in priscam te comitante uiam.

PRO COMMENTARIIS BEBELIANIS, VDALRICVS

ruficus bareuūnus sacerdos. Ad lectorem germanum.

Si scabram eloquio linguam formare latino

Barbarie explosa lector amice cupis.

Egregia Henrici pete commentaria nostri

Qui tibi sollicito parta labore dedit.

Multum debueris uati germane disertio

20

Si placito ipsius pectore scripta leges.

Sed quis liuidulo tentabit perdere morsu

Fortia quem diuæ Palladis arma tegunt

Laudent ergo suos græci Latiiq̄ poetas

Teuto sed hunc nostrum lector in astra ferat.

In laudes Bebelii Epigrāma Jacobi Henrichman phixæ magistri.

Bebelium nunquam cesso laudare poetam

Qui studet a nobis pellere barbariem.

Est honor hic patriæ, decus est & gloria nostra,

Iccirco rogo uos hunc colite uirum.

30

Vos germani mecum defendite uatem

A turba indocta, nam nihil illa sapit.

Contemnunt pulchra ignari, & sua sordida laudant,

Mordere & doctos, & lacerare student.

Dente theonino carpunt iam scripta disertū

Bebelii uatis, pestiferi atq̄ rudes.

Aspernantur enim stulti quæ non didicerunt,

Et quæ non noscunt, nec didicisse student.

Sed plusquam fuluum aurum stramina laudat asellus,

Barbariem plusquam dogmata stultus amat.

40

Fulmine percutias cœli tu maxime rector

Osores rabidos qui sua sola probant.

At uiuat scelix cum magna laude poeta

Bebelius noster, quem pia fata manent.

Henricus Bebelius in barbarum lumen mundi.

Barbare barbaricos corrumpo logos animose

Hinc corruptorem dicere nemo potest.

Barbare sermonem corrumpis at ipse latinum

Hinc corruptorem dicere quisq; potest.

Tu contra eloquium tersum bellator habetis

Contra ego barbaricum martia castra loco.

Hen. Bebelius Benedicto farnet Hercinigenæ iuriscōsulto & cano-
nico Stutgardiano. S. D. De opibus a se editis, atq; æmulis.

Quæ tãti facis cōmentaria nra Benedicte clarissime, tribuo id amicitia nō
uulgariq; tuæ in me beniuolentiæ, q̄ te plus iusto forsan de rebus meis sentis
re facit. Videor tñ mihi citra iactantiã rē in mediũ attulisse, nec inuultũ studi-
osis scholasticis, nec iniucudã multis, fateor tñ esse nōnullos in cãpo barbari-
rei depastos, scis quale hoim genus q̄ sacrilegiũ esse putauerũt, & expiandũ
facinus, dũ dixerim sacrificiã nō esse latinũ, & alia q̄ plura q̄ uulgo usurpãt
a nris, q̄s hoies æque laudãtes, atq; uituperãtes conteno. Quos uidere licet
esse in suis sermõibus ἀνοσιούτοι καὶ ἄγροδίατοι rudes & barbarophanes
nullũq; uerbũ nisi p̄ritũ & sordidũ, atq; ex media barbarie decussum, p̄fer-
re, nec ueteri, puerbio possunt nō odisse q̄d nō nouerũt. Adeo ut optime sc̄-
tiat Euripides dũ iuxta Platonis in Gorgia allegationẽ uerissime dicit, qua
in re clarus quisq; est ad eã p̄perat & diei partẽ illi plurimã impertit, in qua
se ip̄e exuperet, cõtra, in qua stupidior ac nihili sit inde effugit, eãq; contẽnit
hec ille. At quẽ tu unq̄ uidisti aut legisti hoim eruditũ atq; disertũ, q̄ uerũ
& purũ latinitatẽ eloquiũ unq; aut carperit, aut adolecẽtibus non sũmos
pere, persulaserit imitandũ, & frequẽti diligentia cõparandũ. Dicant igitur
æmuli nostri, uel potius latinitatẽ sacrificiã, nec ego offendar, uerũ nō sacrifi-
cã, sed sacrariũ ego dicã, & quia hoc magis uolo, nō ideo peccaui (ut ita lo-
quar) mortaliter, non ideo contra rempu. cõspirauĩ, non ideo sum parricidã
da aut patriæ proditor, sed bene meritis de patria atq; lingua latina, quia
sic latine dicitur, sed nec tales docendos suscepi, uerũ adolescentiã germanã
elegantioris sermonis studiosam, q̄ si barbaris ita placet, barbarissent ipsi,
nec nos inuidebimus, sinãt nos saltẽ p̄ germanorũ laude dicere aliq̄d, p̄ las-
tinitate, ut uel sero aliquãdo aboleat hæc ignominia qua Philel. Pontanus
Hermolaus barbarus, Mirandula, & omnes ferme Itali in germanos, bar-
bariẽq; nostrã grassantur. Et quoniã multi sunt hodie apud germanos qui
docendo & scribendo in id maxime cõnant, ut cultiori sermone nos ab illa
barbarie uindicemur, nec ego officio meo defui, q̄ cum publica professiõẽ
tum sellulariis etiã atq; nocturnis lucubrationibus iuuentutẽ Tubingẽsem
multo latiniorẽ q̄ antea fuisset reddidi, horridãq; & squalidã barbariẽ ter-
sioris sermonis obseruatiõẽ, p̄ uirili portione leuigauĩ, quod & multũ mihi
acceptũ referũt, & uerã latinitatẽ amplexari studet enixissime. Sũt insuper
etiã q̄ ea ingenii tarditate sunt, ut alieni cogant eẽ a musis, q̄ dum se despici
tũteãt cũ eo careãt quo nos gloriamur, nō dubitat aptis cõuiciis musas
y ij

incessere, atq; dissuadere adulescētibus quo ipsi oīno destituti sunt latinum
 eloquiū, atq; inde in angulis cōtra me latrāt, quos & nauicifacio ad unum
 & cōsutaui sēpissime, q̄ si nuper audiisses quendā Demosthenica lingua
 orantē, uel barbarophonias potius stridentē, erat eīm iuxta Eupolidis græci
 poetæ uersum, λάλειν ἄριστος ἀσυνατάτως λέγειν. i. Lallare uel blactes
 rare optimus, impotētissimus uel ineptissimus dicere, non potuisses cōtine
 re risum. Nā dum cōtra me, meāq; linguæ latinæ obseruationē occultis tū
 uerbis (ut mos est hypocritarū, & istorū qui intercutibus uitis scartētes, oīni
 innocētiae aduersant) diuinā illā Ciceronis suadelā, atq; suauiloq̄ntiā opta
 10 ret, adeo iuste optauit, ut ego ipse uicē eius sim miseratus, dum tāta lux mū
 di miserā grāmaticā adeo lederet, atq; multis uulneribus cōficeret (ut ita lo
 quar) nunc in pnunciatione aspera atq; hiulca, nunc in prosodia, nūc in cā
 no nibus syntaxeos. atq; barbaris oratōibus, in tātaq; doctōrū uirorū coro
 na adeo cespitaret, ut plus balbutire q̄ loqui uideret, omnibus doctis ridēs
 di materiā prēbuit, ita euenit illis qui nuncq; orationis latinæ modos, usura
 pationesq; ulla didicerūt, exercitationeq; frequētū imbiberūt, ut dum ora
 re uolūt, tumultuariis hinc inde ex opificio aliorū exercitationibus mendī
 cant uerbula, atq; orationes, sed quoniā alienū facere suū æque grande est,
 sicut Herculi clauā eripere, & nouū aliquid excogitare, & illi insup nec dis
 20 noscāt συφωνίαν τῶν συνταξιῶν μὲν τε τὴν ασυφωνίαν. i. cōsonantiā & sono
 ritatem cōstructionū, neq; dissonantiā, neq; ullū ornatae orationis cultum
 didicerint, sit ut in unū agrū diuersa semina conferat, siliginē ex illo, ex alio
 uero triticū, ex tertio auenā, hoc est ex uariis uaria colligētes, & tandē ex se
 lolliū. i. barbariē, diuersum & cōtrarium inter se dicendi genus misceat, ubi
 nec est cōtextus, nec cōsequentia rerū, nec sonoritas, nec ullū pulchræ ora
 tionis lenociniū, adeo ut audire tedeat, intelligere nō pateat, credere posires
 mo non libeat, adeo ut tandē abeant omniū risu & cachinno explosi. Nō
 speret igitur quisq; se ornate atq; diserte, uel scripturū, uel oraturū, etiā si oīs
 omniū auctorū elegantias & figuras cōpilet, si nō aliquādo sub rhetorice,
 30 uel saltē tyrocinijs militauerit, atq; oratoriā uel primis labris degustauerit,
 de his haftenus. **Q.** si queris quid mō mediter, & qui sint labores nostri in
 tra domesticos adhuc parietes detētū, breui accipe hæc a nobis cōposita, sed
 chartaceis arcis haftenus mancipata. **IN CARMINE.** Triumphū Vene
 ris sex libris heroico carmine descriptū, ubi mira & noua, & iucunda inuē
 tione mores hominū taxant, afferunt eīm ibi causæ tantorū bellorū p Ger
 mania, & alibi item causæ famis, pestilentie, morbi gallici, & similitū aduer
 sitatū, quibus iam multis annis mundus tam grauiter est uexatus. **Car**
 men heroicū de motibus bellicis nostri principis. **Tres** æglogas de eadē
 re. **Germaniæ** elegiā de intestinis seclitionibus. **Victoriā** Boemicā **Cę**
 40 **laris Maximiliani.** **ÆB**logā de æmulis poetarū. **Triumphū** Christi
 anū uel Christi cōtra inferos. **Epigrāma,** epitaphia, **Panegyricos** & alia.
IN PROSA ORATIONE.
 Apologiā in maiestātē, gloriā & amplitudinē, atq; magnificentiā **Chri**

stianorū imperatorū **Foederici** primi **Barbarossæ** cognominatū, & nepotū eius **Foederici** secūdi sueuorū, q̄s plurimi sinistris scriptis falso & mēdacier incusant, ibiq; alia de Sueuis, de laude Sueuorū, de p̄ditione ducis **Mediolani**. Itē de antiquitate, fortitudine & maiestate germanorū. De miserabili atq; nefāda decollatiōe **Cōradini** ultimi sueuorū ducis, regis **Hierusalē** & **Sisciliæ**, ibiq; de nouitatibus **Apuliæ**. De mēdaciis quorundā historicoꝝ.

Qui sint **Heluetii**, & an **Rhenus** distermine **Germaniā** a **Gallia**. **Aposlogiā** de eo q̄ imperator congruēter, & latine sit nomen illius, cui imperiū & summa rerū cōmissa est, excedatq; regiū nomen, & q̄ bene coronentur hodie reges, & imperatores **Roma**, contra **Leonharti Iustiniani** opinionē. 10

Artem carminū componendorū. **Librū** facietiarū, & **librum** adagiorū germanicorum. **Orationes** non paucas in publico auditorio, & alibi habitas. **Vale** ex **Tubinga** septimo Idus **Maias**. Anno **M. D. V.**

Multa postmodū fecit & cōponit indies partim edita, partim cōdēda. **H. B.**

HENRICVS BEBELVS IVSTINGENSIS AD FRA

trem suū **Volfgangū** **Bebeliū** in artibus liberalibus magistrū de modo bene dicendi & scribendi.

Cum uaria sint hominū ingenia, nec idem scribendi, & loquēdi mos in lingua latina, opportunū duxi frater charissime **Volfgange**, breuiter te admonere, quod orationis genus, quosq; auctores æmulari, quosq; fugere in eloquendo debeas, quōq; scribendi artificio uti debeas, in his uerbis, quoz 20
us nunc est apud diuersos diuersus, sunt em̄ plures non tam scribendo q̄ loquendo, qui nō tam **Ciceronis** sēculū q̄ recentiorū intelligo eruditorum uerba, & scripturas fastidio habēt, quibus **Tullius**, **Liuius**, & æquales nimis recētes uidentur & plani, antiquissimi **Ennii**, **Pacuii** & **Catonis** uerba ab̄ solita abolitaq; reuocātes, ac proferētes, quorūq; dum orthographiam & scribendi rationē uideris, credas eos loqui & scribere **matri Euandri**, au **matris Corūcanii**, aut apud **decemuiros** de iure **duodecim tabularum** cōmentari; tam consueta illis odio sunt, ut ex hoc uel maxime peccent, dum 30
nimis affectate (uenia dignandi si oblati non captati uterētur) **priscas** uoculas, & tempore **Ciceronis** obsoletas omnibus libris insulciare studeant, q̄ bus dum **Apuleius**, atq; æmuli **Fulgentius**, atq; **Sidonius**, adde si uis **Foelitem** **Capellā**, omnium confesso eruditorū uitio affectationis notati placeant quos imitari eruditionis, uel potius iactationis putant. Fastidio est numen eloquentiæ **Cicero**, laetæulq; eloquentiæ sors **T. Liuius**, **Cæsar**, & æqualiū adorāda loquēdi idea (ut ita loquar) **Tales** ego **κακομύητασ**, & affectatū eorum dicendi genus te æmulari non persuadebo, & quoniā nemo est qui suis rebus non aliquā prætendat, uel causam, uel auctoritatē, uolui uel bre 40
ui **schedula** ostendere cur te ab illorum dicendi filo, & scriptura absterre uelim, ostensurus rationem non **fordidā**, aut **pœnitendam**. & si multi cur ita & suo more scribant, nec noscāt, nec nocere curent. Sed ut est mos iactantiū, solū ita faciunt, quia pudet esse cōtentos cōmuni cōsuetudine loquētiū præferentes hoc unū, qui sic **Angelus Poli**. & alii nōnulli doctissimi inter

DE MODO BENE DICENDI

recentiores hodie loquuntur & scribunt, (cur & mihi non liceat ita loqui) cum quibus malo errare quam cum multis aliis bene loqui. At frater charissime, ut dicam, quod sentio, plus tibi placeat Cicero Romanae linguae pariter, diuinusque eloquentiae alumnus & artifex, plus Quinti, alterum Romanae eloquentiae luminae. **T. L.** Livi, beatissima sermonis copia admirabilis, plus Sallustius Romanae historiae princeps, plus Iulius Caesar elegantissimus scriptor, plus Plinius linguae Latinae columen, plus Quintus Cur. sacundus & elegans scriptor, plus Iustinus & Florus, & alii nonnulli, plus (ut ad hagiographos ueniam) **Lactantius**, **Cyprianus**, **Hierony.** & **Ruffi**, placeant quos imitari uolueris, quam **Ennii** us, **Cato**, **Pacuius**, **Valerius**, **Antias**, **Neuius**, **Q. Tubero** **Sepronius** **A. Scaevola**, **L. Sisenna**, **Fabius Pictor**, **Liuius Andronicus**, **Cecilius Quintus** **Quadrigrarius**, quorum fragmenta, obsoletaque uerba genusque dicendi etiam Cicero nis tempore desitum. sunt aliqui qui hodie in deliciis habent nec satis eloquentes se putant, nisi de industria **Ennii**, aut **Pacuium** suae orationes sapiant, si tunc cum moderamine hoc facerent, & aliquis in haec incidisset, non de industria captasset, multo uenia digniores essent, quod & si ut dixi docti sint, qui inter recentes ita locuti sunt, quod & ego ipse ingenue fateor, attamen uix tres sunt, aut ad summum quattuor, qui tanta affectione antiquare (ut uerbo **Plautino** utar) gestiunt, at alii quotquot sunt eruditi ad unum in Italia diuinum Ciceronis, aut aliorum quos dixi, dicendi genus effingere & imitari student, atque per uirili poruone multi haecenus emulati, magnam eruditiois, atque eloquentiae sanam sunt adepti, quod si omnes recentes loquerentur uti **Politianus**, nonne uis preferre **Politianum** **Ciceroni**: & contempto **Cicerone** uerba **Ennii** renouare: nemo ita desipit, ut id faciat uti ego existimo, nec tamen id dico ut calumniari **Politano**, aut me ex hoc ostentare uelim quod contra eruditos sentiam, quod est ab instituto meo alienissimum, ut contra uirum doctissimum, cuius non sum dignus (ut sacris literis utar) corrigam soluere calceamenti, sed cum inter omnes constet, & **Politianus** libere profiteatur se praescaes uoces usurpare, nunquam uevebor **Cicerone** & eius usitata oratione preferre **Politano**, oibusque eius aemulatoribus, quod si dixeris non **Politianum** non alium ex recentioribus, sed **Apuleium** & **Sidonium** & **Foelicem Capellam**, uel **Pulgentium** imitor, idem & de his dicam, nec incirco eos uitupo, quos scio fuisse eruditissimos, non tamen probo eorum elocutionem, quam captata uideat esse, alienaque a **Ciceronis** & equalium stilo, nec iam nisi de elocutionis genere loquor, quos alioqui maxime admiror & colo. Qui autem sint qui antiquarias uoces phibeant & repudiant, leges in commentariis nostris, & in libello cui titulus est. Qui auctores legendi sint ad comparandam eloquentiam, inuenies me loqui ex iudicio **Ciceronis**, **Quinti**, **Caesaris Iulii**, **Octauiani Augusti**, **Au. Gelli**, **Senecae**, **Fortunatianii** ipsius denique **Capellae Martiani**, qui & ipse captatae elocutionis, atque antiquariae inculcat, addo hic insuper **Cicerone** qui uerba **Catonis** non aliter excusabat, nisi quod tunc ita loquerentur homines. Addit & **M. Varro**. li. v. ad **Cicero**. de lingua Latina, **Verba** perperam dicta apud antiquos aliquos propter poetas sua etate recte dici, & quae prius recte dicta erant, postea perperam, & **Diomedes** grammaticus iniecit postera aetas manu, & uelut disciplinam praesentis seculi, ita & sermonem sa,

fidire coepit, & noua uelut parturire uerba, q̄ iuuenū ritu ipsa mō florēt & uigent, nōnē quoq; ut **Sextus Cecilius Gellianus** ait, longa aetas uerba atq; mores obliterauit. & **Sen. epi. cxliij.** Multi inquit ex alieno seculo petūt uerba, duodecim tabulas loquunt, quidā cōtra, dū nihil nisi tritū & usitatū uolūt in sordes incidūt, utrūq; diuerso genere corruptū, sed si uolueris uti antiquis uocabulis cōsilio **Quinti. in. i.** opus est, ut nō sint crebra, nec manifesta, q̄a & iam nihil est odiosius affectatione, nec utiq; ab ultimis etiā obliteratis repetita tēporibus. **Et paulo post idē.** Nam etiā si pōt uideri nihil peccare, qui uti his uerbis, q̄ summi auctores tradiderunt, multū tamen refert non solū quid dixerint, sed quid persuaserint, uides hic, & alibi legisti frater antiquarios a p̄stantissimis sere omnibus latinæ linguæ signiferis & artificibus, ac antiquarū uocularū usurpationes tam crebras in primis detestari, obicitur aut a multis. **Cicero** nō omniū latinitatē cōplexus est, non possus mus oīa **Ciceronis** uerbis exprimere, ad q̄d facile r̄ideo, non me x esse opinionis, nihil latinū esse, nisi quo **Cice.** usus sit sed si nō uelis aut poteris **Ciceroniano** uti sermone, accipe potius lactifluā **Titi Liuii** ubertatē, arripe elegantia **Columellæ**, iucunditatē **Ballustii**, sonoritatē **Lactantii**, aut **Curtii** lenitatē, uel floridū & pingue dicendi genus, latinæq; linguæ magna ex parte conseruatoris **Plinii** secundī, æmulare potius insuper **Quintilia. Tac. Suet. Senecā**, q̄ istos obliteratos auctores, atq; affectatū orationis filū **Pollitianus** sic defendit suū stilū in epistola quadā. Nō placere scribis genus scribendi meū, propterea q̄ ascitā nimis uerba & remota confect, sed præceptū **Cæsaris** (ubi ait, habe semp in memoria, atq; in pectore, ut tanq̄ scopulū, sic fugias inauditū, atq; insolens uerbū) magis fortasse illo tēpore ualuerit, q̄ latine adhuc oēs loquebant, q̄ n̄o. lure em tū argui potuit, qui parū cōtentus foret ætatis suæ uocabulis, nūc aut uulgo nescit latinus sermo, sed a magistris discit, apud q̄s certe nulla magis haberi uerba, & usitata debent & recepta, q̄ q̄ de ueteribus illis magnorū auctorū thesauris pferantur, hæc ille. **Ego** aut ambitiosam existimo iactantia uelle usurpare ea uocabula que **Ciceronis** etiā tempore fuerūt abolita, dū usitatis apud peritos, & receptos priscæ ætatis uirorū oratiōis genus, & fastidire **Ciceronē**, **Liuiū**, supraq; nominatos, est perinde me iudice, ac si quis limpidissimo fonte, & recētī aquā dimissa, palustrī se proluerit limo, atq; lutosam aquam biberet, uitium autem τὸ κακὸν ἔλεος reprobaui in alio libro, sed hic pauca alia, ut ostendam, nō incongruū putauī. **CAC** **Ozelia** igitur teste **Diomede**, est per affectationē corrupta sentētia, cum eo ipso decoretur oratio, quo illā uoluit auctor ornare, hæc sit aut tumote, aut nimio cultu, proinde **Wolfgang** frater charissime fuge uerba, & imitationē quorundā, quorū oratiōes sunt nimis expositæ, phaleratæ (ut ita loquar) floridæ, diffusæ & corruptæ, quorum molliciem & emasculatā lasciuā, fucos quoq; & calamistratos cincinnos detestatur & persequit **August.** in **Mæcenate**, **Cicero**, **Seneca**, **Quinti. in. xij.** dū inquit. **Fallūtur** em plurimi q̄ uitiosum & corruptū dicendi genus, q̄d aut

DE MODO BENE DICENDI

uerborū licentia resultat, aut puerilibus sentent iolis lasciuuit, aut immodis
 eo tumore turgescit, aut in omnibus locis bacchat, aut casuris si leuiter ex
 cuciantur floscul nitet, aut præcipitia præ sublimibus auet, aut specie liber
 tatis insanit, magis existimat populare atq; plausibile. Et Seneca, Si floridæ
 sint orationes, & nimis dulces inuanū exeunt, & sine affectu nihil amplius
 q̄ sonant. **Corne.** Faci. de claris oratoribus. Malim equidē C. Gracchi im
 petum, aut **Lucii Crassi** maturitatem, q̄ calamistros **Mecenatis**, aut tinnit
 us **Gallionis**. Ego autē frater **Vulfgange** uellem mihi datam a diis im
 mortalibus dicēdi genere plane usitato, non tamē oīno inelaborato, uti nō
 10 obscuro, ita nec nimis sordido & protrito, sequiq; cōpositionē uti nunc q̄ p
 fractā & asperā (qualem in **Domitio Afro** tradit **Quintilia**). ita nec diffusi
 dam nimis & eneruatā uti non inflatā & turgidā, ita nec nimis ieiunā &
 siccam. Ad illiusq; imitationē te cohortari nunc q̄ desinā, non autē ad illos
 qui ad ostentationem eruditionis nunc aspera & antiqua uocabula usur
 pant, nunc nimis & ad uitū usq; lasciuietes, dissolutius flores elumbemq;
 molliciē consecratur, quod facit aut instabilis & mollis animus, aut ex
 lis eruditōis tenuitas, dum solū mendicitate uiuentes, nunc duri sunt, si du
 riusculū, aut dissuidū, si uber alicuius dicēdi genus legerint, quo iure dice
 re possunt. Quo meūq; rapit tēpestas deseror hospes, ita ut nihil propriū
 20 habentes, dum legunt **Ciceronē** sunt **Ciceroniani**, dum **Apuleiū** **Apuleia**
ni, dum **Catonem** **Catoniani**, solū alieno pane utentes, & q; mendicis con
 tingere solet, siligineū triticeū, & cibariū simul iugentes, cōsulum pulmēta
 rium cōficiunt, & dum ex aliena oratione solū modo pendent, nulla sit cō
 sonantia, nulla consequentia rerū, nulla sonoritas, aut maiestas orationis.
 At ut tu frater uitare hæc possis, eruditōnē coniunge cum cōpositione,
 quem tibi iam præscripsi. Sed quo ad orthographiā, scribūt nunc quidā
 ex quorū numero præcipuos credo **Pomponiū Lætū**, & **Ange. Poli**. Ad
 sentio ubi nos assentio, Adludo ubi nos alludo. Adgredior ubi nos aggre
 dior, Adnitor ubi **Priscia**. & **Geor. Valla** annitor scribi præcipiūt, illi **Con**
 30 **lega**, nos **collega**, illi **Adrideo**, nos **arrideo**, illi **Adlido**, nos **allido**, illi **adco**
modatur, nos **accomodatur**, illi **Inrumpo**, nos **irrūpo**, illi **Adpellare**, nos
appellare, illi **Adfligere**, nos **asfligere**, illi **adculare**, nos **accusare**, & in similit
 bus. Ad **In** & **Con** in cōpositione sine mutatiōe scribētes, quod & ego ipse
 nō seruo, nec te eo modo scribere uolo, q; si **Pomponius**, & **Politianus** uir
 ri omnīū suffragio eruditissimi sic scribendū censuerint, non iccirco tu ita
 scribes, quoniā centū aliq; pariter eruditi & doctissimi uti ego præcipio scri
 bunt. At illos multi sunt qui sequūtur, non nisi singulari quadā ex ambis
 tionē, ut statim ea quæ sunt contra cōmunem usum loquēdi uel scribēdi
 statim arripiant, q̄ quis ita antiquissimi scripsisse notentur. Ego autē uolo ut
 40 scribas, **arrideo**, **collega**, **irrumpo**, **allido**, **accommodo**, **assentio**, **appello**, **annit**
or, **allido**, **asfligo**, & hanc esse uerā scribēdi rationē ita ostendā. **Quintilia**
in. i. in situ. dicit orthographiā consuetudine debere seruire, sed cōsuetudo
 est non tam recentū omnīū (præter duos uel tres) quā **Ciceronis** & æqua

illum, q̄ Quintilia. q̄ Plinij, tam Hieronymi & synchroniorū, q̄ nostrae aeta-
 tis. Q̄ consuetudo fuerit aetatis Ciceronianae, Plinij & aliorū quos nomi-
 nauit, possum ita nō obscure intelligere. Nam ita in libris eorū tam impres-
 sis q̄ uetustissima litera scriptis inuenimus, q̄ si successū tēporis uolumus a
 libraris ita esse mutatas literas, hoc non potuit fieri, nisi cōmunis eruditorū
 consensus & consuetudo confirmasset. iam si ita est, habeo consuetudinem
 bonā & sequēdā, ut prius ex Quintiliano ostendi. Q̄ si uolueris dicere ut
 scribamus adrideo, adpello &c. esse eruditorū consuetudinē, dico ego pau-
 cissimorum potius abusum, & antiquissimorū imitationem q̄ usum, quē
 nisi consensus eruditorum facit, sicut bene uiuendi bonorū consensus, ut
 inquit Quintilia. Et quoniam uulgo latinus sermo nescitur, ut dicit Politia-
 nus, sed a magistris discitur, consequens est ut consensus illorū quorū libris
 incumbimus nobis faciant consuetudinem, sed quid pluribus agam? Cū
 summi grammatici, & in summa arte, & fastigio grāmatices collocati, ita
 ut ego praecipio scribant, q̄ si recentiores uellem adducere, idem docebit te
 Georgi. Valla non inter postremos doctus, ita Torcellius & ipse bene meri-
 tus de lingua latina, ita scriptura Laurē. Vallae. Philesti Arretinorū Guaris-
 norum, Merularum, Poggii & aliorū innumerabiliū, ita demum Philippi
 Beroaldi, qui nuper in magnam studiosorū iacturā ab hac luce dicitur mi-
 grassse, cuius mors mihi, & studiosis omnibus non debet non esse tristissima
 & acerbissima, & eo acerbior, q̄ candide, & sine omni liuore multum nos
 bis profuit, illustrauitq; non parū linguam latinā, adeo ut nec sit post Val-
 lam inter recentiores omnes cui latina lingua plus debeat, sed ut redeā. Pri-
 scia, non immerito haecenus grāmaticorum princeps ab eruditis habitus
 & celebratus, nōne uti nos, sentit & praecipit: audiamus lib. ij. maioris uo-
 luminis inquit. Haec ipsa consonans d in ad praepositione, mutatur sequē-
 ti c, uel g, uel p, uel t, ut accubo, accido, aggero, applico, attingo, attinet, s̄q̄
 sequente rationabilis, ut affectus, l ut allido, r arrideo, n annuo, s assiduus
 quod alii aliter scribunt, ut ait Priscianus uenit ex errore scriptorū, cū praē-
 fertim multo mollior meo iudicio sonus sit Affari q̄ adfari, & in similibus.
 Idē Prisci. in. i. li. d transit in p, ut appono, appello. Seruius item li. i. xxi. di-
 cit adplico scdm praesentē u' um p d in prima syllaba scribi, scdm uero an-
 tiquā orthographiā quae praepositionē ultimā literā in uicinā mutabat p
 p scdm euphoniā. Inde euphonia recēs & antiquorū doctissimorū usus no-
 bis patrocinator. Seruij em tēpore iam lingua latina una cū imperio in in-
 teritū pene erat detracta, ut eius tēporis usum nihili faciā, nec hec supra di-
 cta mira, aut incōgrua uideri debent. Nam teste Papyriano lib. iij. de ortho-
 graphia, antiqui consueuerūt etiā pro ad praepositione cum d ar cum r ap-
 ponere, dicebantq; aruenas, ubi nos adueuas. Aruocatos, ubi nos aduoca-
 tos. Arfines pro affines. Aruolare pro aduolare. Arfari pro affari. Aruen-
 aut in palmes, aut in inferioribus partibus pedū, & sunt in lupini amplitu
 dine sic dictæ, quia formicæ modo pungant quas græci myrmecias uocāt.
 Græci igitur quædā genera uerrucarū μυρμηκίασ & ακροκορδωνίας appella
 rant. Sunt aut̄ acrocordones amplitudine tabæ nostratis. Verruca autē est
 tuberculū caroq; dura & callosa sine pruritu porrus uulgo dicta. Serenus
 interdū existit turpi uerruca papilla. Inde uerrucosus uerrucis plenus, &
 uerrucaria herba a latinis dicit̄ quæ uerrucā tollit. **TAB**es morbus est
 cuius **Corn.** Celsus in. iij. tres species ponit. Vna est qua corpus non alitur
 10 & naturaliter semper aliquibus decedentibus nullis uero in eorū locū sub
 euntibus, summā macies oritur, & nisi occurritur tollit, hæc a græcis ἀτρο
 φία atrophia dicitur, perperā in Celso acrophia impressum est. Inde tabidi
 & atrophii ἀτροφιοι qui atrophia laborāt, a enim particula apud græcos di
 minuit, & τροφή trophe educationē & nutrimentū significat, teu. s. uinetig
 dicitur. Altera species est quā græci cæcesian appellat, ubi malus corporis
 habitus est. Ideoq; omnia alimēta corrumpūtur, quod fit cum longo mor
 bo uitata corpora etiā si illo uacant, refectionē tamē non recipiunt. Tertiā
 species est longeq; periculosissima, quā græci phthisin nominauerūt, ut supe
 rius dixi, oritur sere a capite, inde in pulmonē desillat. hinc exulceratio acci
 40 cedit a capite pituita & frequēs tussis, & dicitur ἀπὸ τοῦ φθίνειν quod est ta
 bescere & deficere. Inde phthisici dicuntur qui isto morbo laborāt. **Pli.** lib.
 xxvij. Nam ut in achæia bubulū lac biberēt phthisici, sicut et̄ iei; & caches
 iæ, diximus in ratione herbarū. Et alibi suillum lac utilissimū tenasmo, dy

ferentia nec nō phthifis. **FISTULA** est ulcus altū angustum & callosum in corpore, siue ex uulnere sit, siue ex uitio orto, qđ ad suppurationē uenerit, cuius meminit Iurifconsul. ff. de uariis & extra ordi. cog. dicēs, medicos accipiet forsan qui alicuius patris &c. **V**tputa si auricularius, si fistulæ, si dētium. Inde auricularius medicus, & **Dentarius** qui aures & dentes curat.

PHRENITIS, siue phrenesis est morbus ledens mentem & ad insanīā furoremq; deducēs ἀπὸ τοῦ φρενός a mente & parte rationalis animę, id est de turbatio mētis, & ex cordis uitio nasci a quibusdā putat. **Serenus** uero **Sarmonicus**. Ex cerebri uitio frenesis furiosa mouet. **Amisiasq;** refert frendens amētia uires, latine deliriū dicitur. Inde phreniticus (per i in antepenultima teste **Hermolao Barbaro**) qui eo uitio laborat, qui latine delirus uel mente captus dici potest. **Sunt** in tria insanīæ genera, de quibus uide **Celsum** in tertio. **PRIapilimus** uero est cum genitales partes in suā longitudinē protendunt, & in circulū intumescunt sine appetitu **Veneris**.

SATYRIS as uel σατυρίασις est morbus qm̄ sit pulsus testiu, & uelut singultus quidā in guinis sequens inflāmatā quandā passionē seminalis receptaculi cū intentione & tentigine, qđ si nō cessauerit pulsus ille, solēt seminis receptacula intendi, uel spasmus nasci, unde celeriter moriunt hoīes. **Et** dicitur satyriasis qm̄ ea affecti faciē similem satyris habent nasum, crassa labra, aures leuigatas, ut dicit **Galenus**.

ECSTASIS ἐκστασις latine stupor, uulgo extasis dicit. **Et** ut **Augu.** in psalmorū interpretatione inquit. **Ecstasis** excellum mētis signi. qđ fit uel pauore, uel aliqua reuelatione in qua oēs sancti fuerūt, quibus arcana dei mundū istū excedētia reuelata sunt, ita ut de eorū memoria laberent in terra. **Inde** ecstatis ἐκστασις .i. attonitus & stupidus & mente captus

STRAGURIA significat difficultatē urinæ maximū cruciatū inducēs, a græco τραχυτος qđ guttā ualet, & οὐρα .i. meio uel mingo, & est cū urina guttatim fluit, & latine substillū apud **Catonē** dicitur, nec straguria qm̄ græcū a strangulādo dicit, ut aliqui uolūt. **Dicitur** & græce δυσουρία dysuria urīnæ difficultas. **Docet** autē **Hippocrates** in aphorismis in senectute stragurias dispnoas, dysurias, cacestias esse frequētes. **DYSPEPSIA** nō dispēsia, ut uulgus effert significat difficilē & egrā concoctionē, quā **Pli.** cruditatē uidet appellare, a δύσ .i. difficile, & πέψω, qđ est cōcoquo uel digero. **Et** pepsis dicit cōcoctio & digestio, & πεπτικός .i. digestiuus & cōcoctiuus. **PHTHIRIASIS** φθειρίασις morbus est qđ latine pedicularis dicit. **Nā** græce φθειρα, pedūculus dicit, & φθειρω, .i. corrūpo, de quo **Sere.** **Noxia** corporibus qđā de corpore nō. **Progeniuit** natura abrūpere somnos. **Sensibus** & monitis uigiles intēdere curas. **Sed** quis nō pauet **Pherecidis** fata tragædi, **Qui** nisi mio sudore fluens aialia tetra **Eduxit**, turpi miserū qđ morte tulerunt. **Sylla** qđ infelix tali lāguore peresus. **Corruit**, & scōdo se uidit ab agmine uinci.

LVNATICUS est qđ ab insanīa uexatur certis lunæ tēporibus, aut grauat morbo, & maxime eos uexat qđ interlunio nati sūt, quo uocabulo sepe utit **Firmicus Mater.** **De** maniacis, & lymphatis qui sunt furiosi, dicitum est in commentariis. **SCROPHULA** uel scropha dicitur esse apostema sub lin

DE MORBORVM

gua, de quo ita refert Perottus, est tumor in quo subtus cōcretæ quædā ex pure & languine, quasi glandulæ oriūtur, & a scrophis quā eo morbo afficiuntur nomē accepit. **LE**pra λέπρα & Psora ψώρα germani (ut uolūt) sunt morbi, ideo a Paulo ægynita simul describuntur in hanc sententiā. **Le**pra & psora sunt in superficie cutis asperitates cū pruritu, & resolutione ex melancholico humore ortū habentes. Sed lepra quidē cutem profundius depascitur in orbem procedens, atq; in ea quædā ueluti squamulæ resoluūtur. **Psora** uero magis in summo consistit, uariisq; modis figuratur, & furfuracea corpora abiicit. **Lepra** igitur apud Paulū est impetigo excorticatis uia apud Auicennā, sicutū impetigo nō excorticata apud eundē est, λευχίνιον apud græcos elephantia, uel elephantiasis teste Paulo ægynita, est cancer totum occupans corpus, lepra ut inquit Galenus passio solius cutis est, sed in elephantiasis nō modo cutis, sed carnes etiā, atq; ossa, ut Celsus quoq; testat præ rursus uisitantur. Illud aut, ut dicit Nicolaus Leonicensus admonendū, aliud morbi genus significari uerbo elephātiāsis in libris arabū, aliud in libris græcorū. Rasis siquidē, atq; Auicenna elephantiasim accipiūt pro morbo in quo pedes & crura super modū intumescunt. Galenus & Aegynita oēs q; græci auctores morbū uolunt, quē Auicēna & medici iuniores leprā appellant. **Elephantiasis** aut qui laborant, ut inquit Galenus carnē habent nisi grā & tuberibus plenā, qualis est cutis elephantū, nōnulli dicēt existimant ob morbi magnitudinē, qui nulli fere remedio succumbit. Et Plini differētiā inter leprā & elephantia uiderur uelle, dum dicit lib. xxviii. ca. ix. Seruī lactis quod schiston appellauere, datur comitialibus, melancholicis, paralyticis in lepris, elephantis, articularibus morbis. Et idem lib. xxvi. cap. i. diximus elephantiasin ante Pompei magni ætatē nō accidisse in Italia, & ipsam a facie sæpius incipientē in nare prima, ueluti lenticula mox inualecente per totū corpus, maculosa uariis coloribus &c. Inde leprosi elephantiaci & elephantiosi, quibus omnibus utitur Firmicus Mater. non semel. **NER**uici dicuntur neruorū dolore laborantes. **AL**Siosi dicuntur qui languore & frigore infestantur. **PI**Tuitam latini uocāt quod græci φλέγμα plegma Porphirio autē Horatianus interpres pro catharro pituitam accipit κατάρρεω, id est fluo. Inde κατάρροσ catharrus. i. fluor & destillatio. **A** pituita uenit pituitosus, quē uisitate phlegmaticū græco uocabulo uocitamus. Cice. de fato. in aliis esse pituitosos & q̄ redundātes, in aliis exiccatos, atq; aridos. **VARI** seu uarioli sunt pustulæ cum febre nascentes, pueros maxime infestantes. **GEM**ursa morbus est inter pedum digitos gemitū inducēs, de quo Plini. lib. xxvi. in prologo. **OPH**thalmia ὀφθαλμία est ægritudo oculorū, quā Celsus & alii lippitudinē appellant. Iulius aut Pollux oculorū cavitatē dixit ex corporis ægritudine. **OPH**thalmicus dicitur medicus oculorū, & monophthalmus dicitur unoculus latine. & qui tantū unū habet oculū, ὀφθαλμῶσ em ophthalmus latine oculus dicitur. **HEM**icranæa (non emigranæa, non em graneæ, sed cranos uel cranion dicitur caluarria) est morbus quo dimidia pars capitis laborat. Cephalea uero ubi totū

caput, non cephalica. **PLI.** eterocranas significat dimidiatū capitis morbum
Hydrocephalea est morbus capitis ubi humor cutem inflat. **SYN**tetexis
 est defectio animi, quæ latine defectio dicitur, quæ græce etiā *λεπθυμία* *lip*
pothymia & *lypopsychia* dicitur. Inde syntetici defecti *lipothymici* & *lipos*
psychi isto morbo laborantes, animaq; & spiritu deficientes. **GRA**uedo sis
 significat destillationē humoris ex capite, quæ teste **Celso** nares claudit, uocē
 obtundit, tussim siccā mouet, quæ græce *coryza* *κόρυζα* dicitur. **Hippocra**
tes vero destillationes omnes & grauedinē nominat *coryzas*. Aliquādo *tas*
men grauedo accipitur pro torpore & capitis grauitate somnolenta. **GRA**
uedinosi dicuntur nō solū teste **Cice.** in. iiii. *tuscu.* qui grauedine infestant, sed
 etiā qui procliuius sunt ad hunc morbū. **SAC**er ignis est morbus quē
 sancti **Antonij** ignem uocant, dicitur & *pruna* & ignis *psicus* & *carbo*, &
 a **dioscoride** uocatur *erysipelas* *ερυσιπέλας*, alii *ormicā* *miliariē* uocant.
Dicitur item *anthrax*. Magna tamen est apud arabes & medicos recentio
 res de *pruna* & igne *persico* uel *sacro* ambiguitas. Alij *prunā*, atq; *carbos*
nem non idem malū, sed diuersa existimāt, cum tamē quod ab **Auicenna**
pruna dicitur, a **Galeno** *carbo* latine uocatur, & græce *anthrax* *ἀνθραξ* alij,
 quibus idem significant græce *anthrax* quod *carbo* latine, differre tamē uo
 lunt, sed de his modis & scrupulis nihil ad me, qui ut *gramaticus* de uī uo
 cabuli tm̄ disputo. **De Carbunculo** ita loquitur **Plini.** li. xxvi. cap. pri. **Car**
būculus morbus est qui nascitur in oculis, in corpore, & plæ
 rūq; sub lingua duritia rubens, rarius modo, sed nigricans, capite alias liui
 do corpus incendens, neq; tumescens sine dolore. Et **Celsus** in. vi. solēt etiā
 carbunculi ex inflammatione nasci nōnunq; in ipis oculis, nonnunq; in pal
 pebris &c. Inde carbunculāres dicuntur a **Plinio** qui carbunculum patiū
 tur. **FVN**gus est ulcus in sede simile fungo terrestri, quem morbū recens
 tiores putāt esse sicū, sed **Ficus** uel **Sycos** uel **Sycosis** græce quod est idem,
 ut uult **Celsus** & græci, in barba & capillo est, hoc est, germina quedā cum
 ulcere rotūda cū rubore, q̄ dolor sequit. Et dicitur *ficus*, quia *fici* similitudine caro
 excrefcit. **Marisce** uero tubercula quedā cū ulcere, ex turpi cōfricatōe cir
 ca sedem nata. **HEM**orrhoids etiā est in sede, cum ora uenarū sanguinem
 fundunt, nec solū sedem uexat, sed in ora uulua; foeminarū incidere etiam
 consuevit, nec solū ille, sed duo etiā sequētes morbi. **CON**dyloma mor
 bus est qui nascit circa coronā podicis, tuberculū uidelicet sanabile, & nas
 scitur ex quadā inflammationē, luniores medici uocāt eminētes tumores, nūc
 molles, nūc duros, figura rotūda & nihil eminētes. **RAG**ades sunt fissus
 ræ in circulo ani cū sanguine erūpentes. **Vua** morbus est quē græci *stas*
phylen uocāt, & circa fauces fit, dicta quia sicut uua depēdet. **SP**asmus
 est neruorū cōtractio, q̄ nō nunq; mortē inducit. **FEB**ris a feruēdo dicta
 satis nota est, de cuius uarijs speciebus in principio tertij apud **Celsum** in
 uenies. **GAN**græna *γάγγραινα* caro est mortua ex ulcere uel inflāma
 tione & rubore albescēs, tū uero nigricās insensibilis fit, & fit maxime inter
 ungues & alas & inguina, & i senibus fere, atq; his q̄rū corp⁹ malū habit⁹ est

DE MORBORVM

- ποδᾶγρα **POD**agra est pedum dolor, ποῖς .i. pes & ἄγρᾶ atrocitas uel infirmitas. Oui. Soluere nodosam nescit medicina podagrā, uel q̄ ποδᾶ .i. pedes ἀγρέει .i. capit. χειρᾶγρα **CH**iragra manuum dolor est, χεῖρ enim manus est, & ἄγρᾶ dolor. **PIA**gedena φλεγμονή dicta ἀπὸ τοῦ φλέγειν a comedendo, exulceratio est usq̄ ad ossa celeriter depascens cū inflammatione, saniem male olentē emittens & mortē inducens, & apud **Co**lumellā est morbus quē in iumentis uermē appellant, **FV**Runculus est tuberculū acutū cum inflammatione ac dolore, in carnosissimis maxime partibus de quo **Sere**. Cum sanguis nimius puro cōmixtus atroci, Aestuat, & papulas alte sustollit acutus. **R**esina misces & saxis ordea fracta, dictus sic q̄ quasi fur noceat. **OZ**ena, ut **Cornel.** tradit est cū ulcera circa nares sunt plus resue crustæ & odorem foedum habent, cui malo uix mederi potest. **PO**lypus est humor præter naturam in naribus consistens, a similitudine polypi marini piscis cognominatus, q̄ eius carni similis sit, in hoc autē morbo caro interiora nali occupat intumescens, agitq̄ radices plurimas, q̄ tāq̄ pedes sunt. Inde polyposus qui patitur polypum, cuius meminit **Vl**piā. ff. de edī, edīcto, dicens eū esse morbosum. **I**bidem in glossa **A**ccursius professor tarius grāmaticus uanā, & falsam differentiā refert, quo ad quantitatem inter polypum piscem & morbum dicens. Polypus est piscis, polypus læsio carnis. **C**ARCinoma est cancer morbus, sit maxime in superioribus partibus circa faciem, nares, aures, labra, mammas foeminarū, & in icore, aut splene hic nascitur, color eius ruber est, curatiōibus irritatur. Cuius tres species ponit **Celsus** in v. Primū cacoethes cū ulcus quidem pressum est, sed quæ circa sunt intumescunt. Secundū sine ulcere, Tertiū quod thymiū uocant. Et cancer canceris pro morbo neu. gene. & Cancer canceri apud **Caro**nem in masculino reperitur. Ineptū ut alibi in hoc uocabulo **Græcismus**.
- VOM**icæ sunt tumores in corpore purulenti, a uomendo dicti, de quibus **Serenus**. Sunt odio quos dira uomit natura tumores. **V**omica qualis erit.
- P**TERygiū πτερυγιον secundū **Celsum** est quando recedit ab ungue caro, cum magno dolore, uideturq̄ diminutiū esse a πτερόν, id est ala, quā tunc maxime efficere uidetur caro, ab unguis discens. **P**terygium in oculis uocatur membranula quædam neruosa, quæ oriens ab angulo, nonnunq̄ ad pupillam uenit, ei quoq̄ efficit, ut dicit **Celsus** in vii. **P**terygium uero in digitis apud **Paulum** ægynitam est, cum caro excrescit partem illam contegens quæ est in ungue. **P**terygium inquit appellatur quod uitium ex paronychia fere nascitur. **H**ALOpecia morbus est in capite humano & barba ex uitio humorum, qui sit cum profusio capillorum proueniens, dicta a uulpe, quæ græce ἄλωπης dicitur, q̄ ea crebro id genus morbi patitur. **G**ENera morborū q̄ in pudibundis circa testiculos oriuntur sunt teste **Celso** in vii. medicinarū **E**nterocela q̄ dicitur cū intestina dilabunt in scrotū. **E**piplocele cum omentū in scrotū descendit, hydrocele cū in alterū ex testibus humor cōfluit, **H**as ois species ḡnali uocabulo (quā specialia apud latinos nō habent) nostri uocāt **H**ernias, a duricie pellis, q̄ sit post intestinos

rū descensum. Herniū em̄ durū & asperū lingua sabinorū dicitur. Inde her
 niolus, ut dicitur **Leuitici** xxi. **RAM** ex uero has habet species, Porocelā
 quæ est cū ex abscessu aliquo circa scrotū materia subduruit, **Sarcocelā** cū
 in ipso scroto concreuit caro, **Cirsocelā** cū uenæ intumescunt tunicis testis
 integris, uel in ipso scroto uel cū bubonocela dicitur in inguinē. **Plini**, tamē
 enterocelam dixit ramicem. Inde græce κηλικος a nostris ramicolis & herni
 osi dicuntur. Est etiā ut obiter tangam scrotū uel ut alii dicunt serotū, pellis
 quæ testiculos continet, græce εσχρον dicitur teste **Celso**. **COL**ica pas
 sio est ægritudo maximi cruciat⁹ in uentre sub cingulo in testino quod dicit⁹
 colon. Est autē colon intestinū crassius imbulatū ex quo extremēta eam ac
 cipiant formā quæ egeruntur, plurimas cellulas atq; cauernas habentes. **Seren.**
Cum colon inuisum morbi genus intima carpit. Mande galeritā uo
 lucrē quā nomine dicunt, hic morbus chordapfos etiā dici solet, & **Chor**
dios apud **Celsum** in iij. **ILE**aca passio est, morbus gracilioris intestini
 κηλεος em̄ ileos nō ilios dicimus, Inde ileos si laborant eo morbo. Ilios u
 ro dicunt q̄ iliorū dolore torquētur. Lagonoponos etiā apud græcos dicit⁹
 fliorū dolor. **Ilia** em̄ græci λαγώνας appellāt, πόνον laborē uel dolorem.
ALVini latine, græce cœliaci dicunt, qui p̄fluuiō uentris & alui labo
 rāt, κοιλία em̄ uenter latine dicit⁹. Ipsa autē uētris fluxura græce κοιλιολυσία
 cœliolysia dicit⁹. **Pantices** etiā **Festus** Pon. fluxū uētris appellat. **Panicos** ue
 ro repentinus terror & cōsternatio a græcis dicit⁹. De cœliaco autē morbo ita
Cellus in iij. disserit, in ipsius uero uentriculi porta cōsistit is qui & lōgus
 esse cōsueuit, cœliacus a græcis nomiatur, sub hoc uēter indurescit dolorq;
 eius est, alius nihil reddit, ac ne spiritū qdē trāsmitit, extremæ partes friges
 scūt, difficulter spiritus reddit. **BAL**bus est qui uitio linguæ nō bene pōt
 exprimere uerba & obscure loquit⁹. **BLE**sus uero q̄ dū pronūtiat aliquā
 uel excludit literā uel nō bene exprimit, de q̄bus fit mētio ab **Vlpi.** ff. de edī.
 edictō. **TR**aulus est cui in unoquoq; uerbo lingua multū lucatur.

OScedo ab aliis oris factor, ab aliis uitii dicit⁹ q̄ quis sæpius cogit⁹ oſcitar
 re. **GVT**turosi & strumosi dicunt q̄bus inflatur guttur, alii dicunt stru
 mā morbū esse qui alibi scrophula dicit⁹ est, alii ut **Celsus** dicunt extantia
 quedā in tergo, gibbū uero in pectore, alii gibbum in tergo. Inde gibbosus
 alii in gutture ut dixi strumā, alii dicit⁹ strumas esse q̄s **Paulus** egynita choe
 radas uocat. glādulas scilicet induratas in ceruice & in alis & in femoribus.
Muti q̄bus loquēdi usus amissus est. **Surdi** q̄ nil audiūt. **Vari** dicunt qui in
 trorsum pedes uel crura obtorta gerūt. **Vati** q̄bus pedes flectunt in partē
 exteriorē. **Valgi** autē dicunt q̄ in diuersum tēdentes furas habēt. **LOR**ipes
 dicit⁹ quasi loro, seu cōpede impeditus incedēs. **Claudus** uero q̄ passus non
 apperiat sed claudat, de q̄ in cōmentariis noui instrumēti sup **Matth.** dicit
Hiero. quō **Claudus** dicit⁹ qui uno claudicat pede, sic **Cyllus** appellat⁹ qui
 unā manū debilē habet. **MAN**cus uero q̄si manu carēs & pro debili etiā
 ponitur. **Sceua** uero dicit⁹ qui sinistra manu agilior est q̄ dextera, de q̄ **Vl**
 p̄. ff. de edī. edictō. **Sciendū** est sceuā non esse morbosum uel uitiosum, p̄

DE MORBORVM

terq̄ si imbecillitate dextræ ualidius sinistra utat, sed hūc non secuta sed m̄s
cū esse. **BR**Onci uel brochi dicitur teste Marcello qui habent os produc̄tū
& dentes p̄minentes. Inde **Plini**. utitur brochitas. raris. lib. xi. cap. xxxvij. ab
sumpta hac obseruatione senectus in equis, & cæteris ueterinis. intelligitur
dentitū brochitate, superciliorū canicie. **PL**Anci appellant qui supra mo
dū pedibus plani sunt. **S**cauri uero sunt qui extates talos habēt. **P**ansæ quo
rū pedes incurui. **CO**clites unoculi & luscī, & græce monophthalmi di
cūtur, qui uno oculo carēt. **S**trabo in diuersum uidet. **M**yopes uero nyctal
lopæes & lusciosi & luscitiosi latine dicuntur in die parum uidentes & plus

- 10 noctu. **I**urisconsulti de edi. edict. scribunt eum hominē morbosum esse qui
neq; matutino uidet, neq; uespertino, quod genus morbi græci uocāt myz
opa. **E**t idem luscationē eam esse quidā putant, ubi homies adhibito lumie
nihil uident, alii nō eluscationē uel luscationē, sed luscitio nē legunt. **M**onos
culus uix bene dicit, ut græcū & latinū cōmisceatur, quia monos græcū, &
óculus latinū. **GL**Aucoma est uititū oculorū, hoc est liuor & plumbeus
color in oculis, qd **C**ellus oculorū suffusiones appellat. **V**erba **C**elsi in vi.
nōnunq̄ aut̄ nimiiū sub hac curatiōe excisa euenit, ut oculus nō contegat, id
q; interdū etiā alia de causa fit. **G**laucophthalmos græci appellant, in q̄ si
nimiiū palpebræ deest id restituere curatio pōt. **AL**Bugo quid sit in cōs
20 mentariis de **A** dixi, sed cōtra meā opinionē etiā albū in ouo dici uolūt.

Epidemia ἐπιδημία morbus populatim uagās nō solū pestilentia, sed
quicūq;. **H**YDrophobia ὑδροφοβία morbus est q̄ morsu a canibus rabi
dis laborāt, & aquā uitant, ceu canes rabidi. **I**mperiti dicūt hydrophorbia.
Inde hydrophoni, hydrophobi & hydrophobici dicunt qui ex morsu rabi
di canis aquā extimēt. **R**HEuma uel rheumatismus dicit̄ eruptio siue flu
xus, a ῥέω quod est fluo. **P**li. li. xxvij. cap. viij. elephantī sanguis præcipue
maris fluxiones oēs quas rheumatismos uocāt sinit. **R**EDIuia morbus
est cum cutis extra unguis se soluit, quia rediuire est resoluere, græce παρ
εωνυχία. **P**lini. li. xxix. lana succida rediuias sanat ex aqua frigida. **E**t idē li.
30 xxvij. ca. viij. scobe paronychia tollitur, & dicit̄ a παρα. i. ad, & ονυξ un
guis, quasi ad unguem. **E**MPHORA morbus est oculorū, quem uulgo las
chrymā uocāt, cum descensus humoris oculos angit, & dicit̄ ab ἐπιφύειν
hoc est ab inferēdo & de aliis membris, cuius morbi sepe meminit **P**linius.

PERNIO est morbus pedū ex nimio frigore proueniens, & calcaneū in
festans, cuius diminutiū perniunculus. **V**ERmina dicitur torsiones uē
tris a uermibus. **I**nde uerminari **N**onius Marcellus ponit p uermibus tors
queri. **L**ACIDIACI sunt qui circa umbilicū calce percussi sunt. **LA**
gophthalmus dicitur in oculis cū superior palpebra nō descendit, cui uitio
contrariū est ectropiū cum inferior palpebra parū sursum attollitur, nec cū
40 superiore cōmittitur, dicit̄ a leporibus, qui apertis oculis dormire consue
uerunt λαγώς enim lepus dicitur, & ὀφθαλμός oculus. **ENC**Anthis
morbus est oculorum cum in ipsorum angulis tuberculum est quod pal
pebras parum diduci patitur. **P**tylīs græce, id spuitio latinæ, a πτύω qd

spuo significat, Inde emopysis, id est sanguinis spuitio: Inde emoptysici sanguinem spuantes, quos aliqui emoptoicos appellant.

Hæc sunt quæ tumultuaria tantum lectioe succiliuiscque temporibus de morborum noibus collegi, collecturus plura in posterum (nam supra trecenta morborum genera proter nouos asserit esse. Pli. li. xxvi. na. histo. & Augu. li. xxxij. de ciuitate dei, tot morborum sunt mala, ut nec libris medicorum cuncta comprehensa sint) si mihi sanitatem corporis & animi prestabit coeli & terre imperator Iesus Christus, qui sit gloriosus & benedictus in secula. Amen.

VNIVERSIS MEDICIS, PRÆCIPVE QVE IOANNI SALY-

ceto alias zvidmã, Bernardo Rorbach, & Othoni Rot Vlmensi physico accuratissimis, atque solertissimis. S. D. Henricus Bebelius. 10

Cum adhuc unum hætenus laborauerim commentariis meis, ut studiosis Germaniæ scholasticis ad incorruptam & priscam loquendi, normam anhelantibus, per uiribus consulerem, talentumque mihi a domino commissum non in terram foderem, sed illo usuram facerem, mutuando adolescentioribus, atque posteritati, iamque in aliquibus periculum fecissem, non dubitavi sepe presertim requisitus, & de morborum noibus aliquid (non ut medicus, cum omnis illius scientie cognitio sit a me aliena, sed ut grammaticus, cuius officium non tam morborum quam omnium aliarum rerum uocabula disquirere debet) edere, moreque priscorum orthographiam, & peculiariter apud ueteresque obseruatam significationem morborum ex graecorum & latinorum traditioe perscribere. Quare uniuersos & singulos medicos rogo, ut si qua in libello meo noia aliter quam ipsi habent in suo libro offenderint, non existiment me in eorum, aut suggillationem, aut contemptum scribere, quoniam quæ interdum a me discrepant, hæc sunt causæ uel potissime, primum quod medicis ex preceptis Galeni non multum de noibus, aut disputandum, aut curandum est. Et quod medici recentiores plus cum Arabibus quam cum graecis (inter quos sæpe est dissensio) conueniant, & ultimo, quod temporum incuria, uel iniuria potius interpretes Galeni, Rasis, & aliorum, aut fuerunt ineruditi, ut Nicolaus Leonicensis dicit, aut quod facile credi potest, successu temporum sunt per librarios & chalcograpfos deprauati, atque corrupti. Obscuro igitur iterum ut hæc mea lucubratiunculam æquissimo serate animo medici, cum uniuersi, tum uel singulari mihi obseruantia colendi Ioannes Salicetus uulgo zvidman, principis nostri Vurttembergensis physicus expertissimus, cuius duorumque eius filiorum: utriusque iuris doctorum Beati. i. senatoris ducis, Ambrosiique ordinarii legalis prudentiae lectoris apud nos non obscuram in me beniuolentiam polliceor mihi constantissime. Bernardus item Rorbach publicus medicinarum Tubingæ professor, qui uitæ sanitatisque meæ imperator summam mihi operam & diligentiam suam non minus liberaliter quam accuratissime subministravit. Postremo non tamen inter potestimos amicos habendus Otho Rot patricius & physicus Vlmensis nulli inferior, atque postponendus, quibus has meas commentationes castigandas committo, meque semper commendo. Valete. 40

AD QVAESITA GEORGHII SLOTKOPF LVDI

magistri Constantiensis Hen. Bebe. respondit.

A a iij

De fortitudine dubitas. Fortitudo ut dicit Hiero. in cōmentario epistolae ad ephesios, uirtus utiq; animi est, non corporis, ita Seneca epi. lxxxviii. Fortitudo contēptrix timendorū est, terribilia & sub iugū libertatē nostrā mittētia despicit, prouocat, frangit. Accipitur etiā licet improprie pro corporis firmitate, praesertim apud poetas. Virgi. loquens de arboribus dicit. Fortis ubi late ramos & brachia tendens. Idem de equis & brutis. Quis generosa putet nisi fortia, nempe uolucrē. Seneca in prosa oratione epist. viij. Plato ipse sese ad senectutē sic diligētia protulit, erat quidē corpus ualidum & forte fortitus. Et Iulius firmicus lib. ii. mathe. Erit autē qui sic eū habuerit fortis corpore, ualidis ossibus. Et iuriscōsul. ff. de acqui. rerū domi. l. Pōponius. uicinā uillę colonus cum robustis canibus & fortibus quos pecoris sui gratia pascebat. Quæris an **Friburgū**, **Heidelbergū**, **Norenbergū** dicendum sit, uel **Heidelberga**. **Friburga** & c. Volo ego spectatū eruditorū usum in hoc esse sequendū **Heidelberga**, **Norenberga** ab omnibus dici & scribi audio. **Friburgū** autem **Laudenburgū**, **Offenburgū** & c. in burg per um terminari, uel per ium. ut fecit **Cor**. Tacitus in **Asciburgū** oppido nō longe a rheno qd hodie a nōnullis **Oschoffenburg** esse putatur. Et ego **Tubingam** declinare soleo. meq; **Bebeliū** latīna declinatōe pro **Bebel** nominato, nec incongruū aut absurdū esse debet. Barbara uocabula citra cacos phaton latīna declinatione terminari, sicut græci pariter & latini in barbaris omnibus uocibus, atq; etiā in hebraica lingua (q̄uis sit nobilissima propriaq; declinatione & suis accentibus distincta) facere consueuerūt, unde Hiero. in episto. **Pauli ad Philemonē**. Q. **Saul** a nobis **Saulus** dicitur, non mirū est hebræa nomina ad similitudinē græcorū & Romanorū casuū declinari, ut p. **Ioseph Iosephus**, pro **Iacob Iacobus**, ita pro **saul** quoq; **Saulus** in nostra lingua, atq; sermone dicat. Et **Iosephus** lib. pri. antiquitatis iudaicæ ait. Nomina si quidē propter scripturæ decorē græci ad declinationem legendū mutauerunt, neq; enim prouinciæ nostræ est huiusmodi formis uti. Sed licet unum quidem schema & finis nominū sit unus, ultimas tamē nominū syllabas aliter declinant. **Noe** itaq; apud nos **Nochus** appellatur & **Abraā** **abraamus**. Et sic hæc forma in omni schemate custoditur. Ex quibus quidem uerbis **Iosephi** dicentis. Neq; enim prouinciæ nostrę est huiusmodi formis uti. quidā eligūt huiusmodi nomina esse indeclinabilia. **Adā** **Abraam**, **Loth**, **Ruth**, **Iacob**, **Dauid**, **Noe**, nisi transeāt in latinam declinationem, ut dicamus **Adamus**, **Abraamus**, **Dauides** **dauidis**, sicut **Fortunatus** episcopus fecit. Adde insuper q; quidā dicūt. **Friburgius**, **Heidelbergus**, **Tubingius**, alii **Friburgensis**, **Heidelbergensis**, **Tubingensis**, quod & mihi displicet, unam formam etiā usitatā obseruare decens est. **Heidelbergensis**, **Tubingensis** ab omnibus fere dici audio, & ego ita usurpo. De **Salonibus** moues mihi quæstionem. At **Nestor** errauit in quantitate nominis, & male allegauit **Lucanū**. Sic enim legendus est **Lucanus**. Et **biturix**, longiq; leues axones in armis, dicens, præterea bitures esse **burgundiones**, cū **bituriges** esset dicendū, nec **bituriges** sunt **burgundiones**. **AX** Ones autem

sunt populi Gallia, SAXones autem populi Germaniæ corripit penultia.
 Clau. Ignotumq; fretū maduerūt saxone fuso. Fuit itaq; Nestor homo erus
 ditus, sed more humano interdū lapsus est. Quæris quomodo Agnus
 ignis, regnū, cygnus, uel melius cicus, & similia pronuncientur, an mo
 re nostro angnus, ingnis, regnū &c, an ut literatura indicat. Itē an Christus
 chirotheca, chimæra per ch, aut simplici c more nostro sint pronunciana
 Itemq; monachus, & brachiū uel sine h braciū, monachus &c. Ad quod res
 spondeo. Si me consulis, primū consonantes non debere disungi, ergo sic
 syllabices, ut dicatur agnus, ignis, regnum, cygnus. Secundo dicerē omni
 no pronuncianōe congruā & respōdentē esse debere literaturę, ut obser
 uare uidimus apud multas gētes, ut monachus fortiori sono, brachiū & si
 milia. Aut quis nescit differētiā inter x & xch & inter π & φ ph, dicit
 autē Pontanus, literæ c apud nos latinos scilicet, adeo tenuis, exilisq; sonus
 est, ut ea aspirata uocaliq; iūcta uix sonet crassius q̄ apud græcos x. Tū Ci
 ce, differētiā inter c & ch quo ad sonū his uerbis declarat. Famē & macho
 nes & Chlepiones, sepulchra, choronas, lachrymas dicimus, quia per auri
 um iudiciū semper licet & c. Nonne & Gelli, lib. ij. dicit, plæraq; dictiones
 esse aspiratas, ut sonus earum esset uegetior, firmitasq; & vigor uocis, qua
 si quibusdā neruis additis intendere. Quæris Petrus est doctior illis omī
 bus, uel doctissimus illorū omnium, utrū latinus dicatur, priorem oratio
 nem, Petrus est doctior illis omnibus, latinā iudico, siue ad plures sui gene
 ris, siue alterius generis fiat cōparatio, secutus in hoc contra Vallæ p̄cepta
 auctoritatem doctissimorū uirosq; qui cōparatiuū etiā ad plura sui generis
 retulerunt in ablatiue duntaxat. Martia. Hic totus uolo rideat libellus. Et
 si nequior omnibus libellis. Plini. de marmoribus preciosissimi quidē gene
 ris lacedæmoniū uiride cunctisq; hilarius. Et Stati. in. viij. ubi Amphiaræus
 Plutonem alloquitur. Et melior sis quæso deis. Reperitur & apud Virgili.
 & Ouidiū talis constructio. Posteriorem orationē, Petrus est doctissimus
 omnium illorū, itidem latinam puto, si comparatio fiat ad plures sui generis
 uel ad omnes si plures sint gradus, & ad plures quoq; diuersorū gene
 rum distributionis particeps sentu. & Plini. xvij. ordeū frugum omnium nobis
 lissimū, cum diuersa sint genera frugū. Cice. ad Varronē, extremū malorū
 omnium esse civilis belli uictoriā, cum plura sint genera malorū. Teren. Ho
 minū homo stultissime, cum plura sint genera hominū. Plini. uelocissimū
 omnium animalium non solū marinorū delphinus, cum diuersa sint genera
 animalium &c. Sed ad argumēta. Quæris a me dialecticū opificiū, cui iā diu
 renunciaui, cuius & ipse quotidianū exercitium agis. Satis tibi responderet
 Marsilius Heidelbergensis gymnasiū auctor, atq; plantator, Nam uocabulū
 illorū in illa oratione. Persius est doctissimus omnium illorū, uel Virgilius
 est optimus poetarum, & similibus pro suis demonstratis, non collectiue ac
 cipitur, ut Marsilij regulæ tibi tradunt. Itaq; nō sit hic comparatio inter du
 os, scilicet Petrum & alios qui sint unum collectiue, sicut exercitus dicitur
 unus collectiue. Sed illi alii ad quos comparatur Petrus in doctrina, sunt

Singuli ut singuli, et non unum collectiue. Sic ibi. **Virgilius** est doctissimus
 poetarum, non supponit (ut dicitur) collectiue, seu cōiunctim, & poetæ alii
 ad quos comparatur **Virgilius**, non accipiuntur in illa oratiōe. **Virgilius**
 est doctissimus poetarū, ut sint unum cōiunctim. Dicis me sæpe, & si, cō
 iunctionē subiunctiuo adiunxisse, cum e contrario iuxta doctrinā **Vallæ**.
Et si, & quanq̄ addi debeant indicatiuo, licet & q̄uis subiunctiuo solum.
 Scias hanc differentia solū esse tenēdā in principio epistolarū, librorū, clau
 sularū, & similiū, non post orationē inceptā. **PLE**beius non plebeus di
 cendum, & si triū tantūmodo syllabarū inueniat apud poetas. **Aristoteles**
 10 scribitur, mendoseq̄ chalcographus, ut plæraçq̄ alia impressit, sic em scribit̄,
 ἐπισοτέλης. **Q** dicis quodā saluare hanc orationē, **BON**num sero, nō
 habebunt me riualem, ut alibi dixi. **Tolerantior** illa est. **Bonū** mane, mane
 enim nomē inuenit̄. **Ad** sentiat quilibet uti uelit, non multū curo, siue dica
 tur bonū sero uel aliter. **PRA**estolor producitur, q̄ arguis de epistola et
Apostolus nihil facis, hæc græca sunt, illud latinū. **AP**Vleius & nunq̄
 apulegius inuenio apud eruditos, siue nomen fuerit philosophi, siue cuius
 dam grāmatici de aspiratione scribētis. **QV**Intuplex dicendū est, sicut es
 quotuplex. **Totuplex** autē sicut & totuplus non inuenio, sicut nec quotus
 nus & totenus, nisi forsan quotenus pro quot, nec quotēnis, nec totēnis,
 10 nisi apud **Priscianū**. & nonnullos triuales. **Nec** sicut quotus dicitur, ita to
 rus prima breui inuenies, eruditi dicunt quot annos natus es, nō quotēnis.
 sicut sextuplex & in his quę t habent ante tus, ut quintus, sextus retinēt & c̄.
At decuplex per c dicendū est, quia a decē. **Labrusca** non labrusta dico.
TREdecies, quattuordecies dicendum est. **Terdecies** quod dicitur facit
 xxx. sicut quaterdecies. xl. **Tortellius** usum uulgarem sequitur in kyrielei
 son, sicut & nos cōmuniter in **Osanna** pro osianna, qui adeo uulgatus est,
 & cōmunis, ut ne **Hieronymus** quidem abolere tentauerit. **PNE**uma,
Gnothi se auton & similia pronunciantur apud nos iuxta literaturā, non
 pneusma gnotise auston, ad peculiarem enim in hoc loco græcorū accentū
 10 accedendū non esse existimo. **AU**Ctor cum c dicitur, aut author cū th
 aspirato, quod minus probo, nunq̄ autor. **Quicquid** dicat alij pulcer sine
 aspiratione scribendū esset scdm orthographiā. **C**. enim in latinis dictionis
 bus nūq̄ aspiratur, sed q̄ dicimus de pulcer & quibusdā alijs aspiratis pau
 cis admodū, usus uel potius abusus **Ciceroniani** tēporis fecit, cui uix repu
 gnari potest. **Cice**. autem sic dicit. **Quin** ipse cum scirē ita maiores locutos
 esse, ut nunq̄ nisi in uocali aspiratione uterentur, loquebar sicut pulchros
 & cethegos, triumphos & **Carthaginē**, aliquādo id sero conuicio auritū cū
 extorta mihi esset ueritas, usum loquendi populo concessi, scientiā mihi res
 seruauī, qui igitur dicit pulcer arte inicitur. **Inde** pulcellus la. lum. **Qui** pul
 40 cher cum aspiratione, auctoritate. **HOMO**, hædus, herus & similia in pri
 ori syllaba an aspere pronuncientur, quæris, hæc & similia sunt tenuiter et
 molliter efflanda, & non horride in ipsis faucibus inglomerāda, uehementi
 usq̄ in gutture obdensanda, ut nos solemus facere. **Dicis** me uti incomis

pie hoc uerbo debet, cū dico, tūc sic debet scribi. At ita inuenio etiam apud
 eruditissimos recētiōes Pōtanū, Beroaldū & alios. Sed in hoc q̄ dico tūc
 debet scribi. Fateor tūc parū p̄be poni, uerū difficile est mihi p̄sertim in offi
 cio grāmatici semp̄ declinare q̄tūdianq̄ sermocinatiōis a teneris annis imbi
 bitā cōsuetudinē, adeo em̄ tenaciter h̄grēt q̄ pueri didicim⁹. Male etiā dixi
 uulgo cū uernaculā linguā introducebā, sed uernacula lingua uel uulgari
 nō uel teutonica lingua dicēdū erat. Nā uulgo aduerbiū significat p̄sillim
 ubiq̄, & cateruatim, q̄d ibi nō quadrat. Q̄ dicis de sotular latinū eē nō
 credo, sed gallicū potius, uel aliud uulgare, at ego ip̄e nostratū usu & aucto
 ritate deceptus sum. Sotularis tū utiū Hiero. cōtra Iouinianū, dicēs. Legi⁹
 mus quōdam apud Romanos nobilē cū eū amici arguerēt, q̄re vxorē sa
 mosa & castā & diuitē repudiasset, p̄tēdisse pedē & dixisse, & hic sotularis
 quē cernitis uobis nouus & elegās uidei, sed nemo p̄ter me scit ubi me pre
 mat. Alexander tuus corrupte legi⁹ in noīe lens. Ita em̄ legi debet. **LENS** len
 dis capiti, lens lentis conuenit ori. Lens em̄ lētis nomē est leguminis satis no
 tum. Lens lendis genus pediculi est etiā notū. **EX**anclare dicit Quintili.
 in pri. esse abolitū uerbū, quo tamē Cice. uti⁹ lib. iij. academi. & lib. i. tuscu.
 Vnde ego nefas eē ducō ullū uerbū dici abolitū uel minus usitatū, quo Ci
 ce. uel semel usus est. At tpe Quintili. patricis potuit esse in usu, uerū auctori
 tate Ciceronis qlibet eo uti pōt. Profapta itē dicit esse abolitū, q̄ & ip̄e uti⁹
 Suetō. Apule. & alij. **MUR**um in modū, p̄pe modū, indies & itidē, unam
 esse dictionē existimo, q̄s em̄ nescit, p̄p̄modū duo uerba a suis significatis,
 p̄ quasi & fere in aduerbiū esse translata in unāq̄ dictionem coaluisse: aut
 quantū discrepāt indies & in diē, q̄ si numerus diuersus id efficere deberet
 quis diceret in menses, in annos, & in mensem, & in annū, tantū quantum
 illa inter se in significatiōe abesse, Quinimo in singulos annos, uel oēs an
 nos, mēse q̄ dicerem⁹. At nulli repugno, liceat cui libet libere sentire quod
 uelit. Nōne Gellius admodū facit unā partē orationis, & p̄p̄modū, sic pari
 ratione prop̄modū mirū in modū. Sicut Priscianus nimirū. Et Amianus
 poeta. Ex aduersum, ad fabre & ad probe unā partem orationis esse uoluit
PATricius per c̄scriptū inuenio, siue a patre uel a græco πατριος qui
 est paternus descēdat. Sunt autem patricij patrum, seu senatorum filij, non
 patres imperatorū, ut inepte tradit Accursius Florentinus. Quod dicis
 de accentu Abraham, si saltē probe declinabitur Abraham abrahæ, sed quo
 niam sanctis doctōribus ita declinare placuit, nos temere in illam declina
 tionem non insultabimus, quo ad accentū autem sequor ego opinionem
 tuam. Græca uero uocabula si in latinum transeunt latinum, accipiunt ac
 centum, nisi maneant græca, ut dicit Martia. Capella. lib. iij. philologiae.
 De uersibus Virgili. Et si non nihil dicere possem, sentia tamē cum a n
 tiquitate, nec quicq̄ corrigere cupio, quod tot tantorūq̄ uirorum labore
 & longo successu mansit immutatū & firmum. Auctoritas quoq̄; Virgii
 iij plusquam omnes fortutinæ grammaticorum regulæ apud me ualeat.

Quæris de ista oratione Sacer Dionysi cum socijs tuis orate pro nos

6
bis. Credo eam latinam & congruenter dici posse. Virgilius aenei. lib. pri.
Cū fratre Quirinus iura dabūt. Et in. ij. Iphitus & petias mecū diuellimur
inde, & alibi. Hāc tecū genitor cūcūis celebrabitis annis. Plau. i. merca. Cers
te & inter nos cōiurauimus, ego cū illo, & ille mecū. Penetro, siue a pes
nes, siue a penitus deriuēt, nō uideo cur sit pducendū. Simulacrū, lauacrū
dixi in penul. lōgas habere syllabas, auctoritate motus, quia id inuenerim
in carmine, & rōne deriuationis, q̄a a simulatū lauātū quod etiā dicit, quæ
longani, ueniūt. Q̄ mihi uero subiūgis consonā esse mutatā. Iccirco nō fa
cies regulā, q̄ semp̄ mutei quātitas. Possū tibi dare multa silia, in quibus
cōsona, sed nō quātitas mutata est, quæ nec Alexander, nec Nestor excepit
p̄ter alia. Nato natas primā corripit ueniēs a natū, quod primā pducit lers
uata consonante, ecōtrario Latronis o produ. similiter latrocinū mutata
consonāre, quare nisi docueris auctoritate, nihil probabis. Sed nihil postres
mum mihi obesse debet, q̄ nec Alexander, nec eius cōmētator Nestor q̄c̄q̄
excepit. Nam Alexan. imperfectissime tradit quantitates. Nec Nestor satis
perfecte. Nam ut quinquaginta alia loca p̄tereā, nōne neglexisti Nestor in
primis syllabis & in uocali a. Maceries & Vacillo produci. Pruden. Q̄ uis
materies florentes ambigat agros. Ouidi. Spes mea uacillat subūli p̄dula
silo, sed & hanc posteriorē breuē esse in prima legimus. Cacus poni indisse
rens, & magis produci neglexit, & Macero dicit poni ad placitū, cū apud
idoneos producitur semper, adeo q̄ tenues adducit ad correptionē aucto
res, ut p̄niteat me aliquādo illos fuisse secutū, atq̄ primā corripuisse, Fra
go as. are. et flagro primas corripunt. Catul. lectulq̄ assyrio fragras oliuo.
Virgi. ij. aenei. Nos pauidi trepidare metu crinemq̄ flagrantem. Item Pas
gala primā corripit. Luca. lib. ij. pharsaliae. Vt pagalea ratis peteret cū pha
sidos undas. LAGUS nomē Ptolemæi regis producitur. uide an apud Nes
torem inuenias. THALES nomen philosophi primā habet indifferentem.
Camers corripitur. Canon corripitur. Danubins producitur. Planus pro
scurra corripitur. Cappadox producitur. Apis bos producitur. Itē napus
80 & sapis fluuius producitur, & gaddir & Papinius. Achillesq̄ ponitur in
differēs. Multa sunt præterea quæ Nestor neglexit, q̄ & si homo sit doctus
& homo tamen fuit, quem falli, labi & decipi contingit, non igitur tibi per
suasum sit (ut Quintiliani uerbis utar) omnia quæ omnes auctores dicunt
utiq̄ esse perfecta. Nam & labant aliquando & oneri cedunt, & indulgent
ingeniorum suorum uoluptati, nec semper intendunt animū, nōnunq̄; sas
tigantur &c. Hæc sunt quæ tibi ualitudinariis scribo, paratus mutare
sententiā, in quacūq̄ re ueriora. certiora q̄ docueris, quæ in bonam pars
tem accipias. Vale. M. D. V.

HENRICVS BEBELVS aduersus calūniatorem suum.

40 Qui falso & lippis oculis mea scripta recenses
Gaudeo si uere, meq̄; meosq̄; canas.

Sum probus, atq̄; probis, sum rite parentibus ortus
Legitimo mater me peperitq̄; toro.

Chara fides Christi cathedra haud me pestilis unq̄

Sessorem accepit perfidiaeq̄ lues.

Q̄ mihi nobilitas desit, sum saepe profellus

Nobilitat uirius, ingeniumq̄ uiros.

Quodq̄ nouo primus surgam de sanguine laus est.

Atq̄ meum ueniat nomen in ora uirū.

Pellibus in patrijs dum iure quiescere multi

Deberent, falsa nobilitate tument.

Sed quod censorem rudis ipse cribrare minaris

Desine, cribrabo teq̄ tuasq̄ strophas.

CONTRA CALVMNIATOREM BEBELII

Coccinnius ad lectorem.

Fertur mihi quendam non parum celebritatis hominem esse apud Germanos, qui ad doctorum Germaniae uirorum inuidiam, ipsi Bebelio comparanda, auctor cuiusdam de bebelio calumniatiois esse debet, quod nullum ipse se Germanum sincere Romanumque scribentem legisse scriptis siue memorie, prodiderit, cui quidem criminis nationi cum ego Bebelium minime obnoxium esse haud obscure cognoscam, descreui nostrae inter nos iamdudum contractae familiaritatis esse, pro eius innocentiae testimonio quippiam scriptitare, citra etiam cuiuscumque iniuriam, quod autem homini calumnia Bebelio non iure impingat, quam plurima ipsius monumeta apertissime testantur, in quibus ipse scriptum relinquit, quod superioribus temporibus apud Germanos magna extiterit scriptorum penuria, propter quam res Germanorum in obscuritate uenerit, esse autem hoc tempore apud Germanos uiros complures doctos & eloquentes, per quos Germania ornari, illustrari ac debitum honorem consequi possit, nec usque in ipsius libellis scriptum inuenies, quod nullum ipse Germanum sincere, Romanumque scribentem legerit, propter hunc uel illum. Sed bene quidem scriptum leges in eo libello, cui est titulus, quod auctores sint legendi ad comparanda eloquentiam, ubi Bebelius in haec scribit uerba. Nullus apud Germanos ad nostra usque tempora repertus est, quod ego sciam, qui praesentem eloquentiam sermonemque ex omni parte purum expresserit, & paulo post. At hodie sunt apud nos multi, qui non modo multilingua eruditione, uerum etiam tersissima oratione & carmine etiam cum Italis contendere possint quam gloriosissime. Ex quibus quidem proprijs Bebelii uerbis clare constat Bebelium ab huiusmodi calumniis innocentem fore. Taceo de quibusdam alijs scriptis quae aliquando ipse editurus est, in quibus plurimorum Germaniae scriptorum singillatim laudes commemorat. Sed quod huiusmodi infamationis auctor contra Bebelium sodalium nescio quorum classem instruere, ac subornare dicat, nihil sane est ob quod istiusmodi minis Bebelius permoueatur. Non enim mihi persuadere possum, quod sodales illi si humanitate & sapientia sint praediti, tantae iniuriae patrocinijs sint allaturi, uerum si autem etiam sodalium quoque Mecharanorum classem ad istiusmodi sodalium iniuriam propulsandam, ne dicam profligandam probe instruatam, ac munitam cerneret. Vale lector felicissime.

EPIGRAMMA IACOBI HENRICHMAN Sindelfingēsis.

Si tu expurgasses oculos caligine cecos
Et perspexissis rem uitreis oculis.
Magnanimum uatem nuper non corripuisses
Tam temere, & stulte carmine uaniloquo,
Si cupias mordax cuiusuis carpere scripta,
Tu semper facias id ratione bona.
Nunquam castiges cancer recte gradientem,
Tu nisi percupias bella parare tibi.

60 **EPIGRAMMA** Wolfgangi Bebelii in calūniatorē fratris.

Viribus haud proprijs confisus Zoile doctam
Quid iactas classem qua nos cribrare minaris?
Dum fuerit nulli a nobis iniuria facta
Sed quoniam toties tanta cum classe superbis,
Est itidem classis pascit quam Neccharus amnis
Ac phœbea cohors tua quæ bene scripta cribrabit.

MICHAEL COCCINIUS alias Kochlin dictus. Tus
bingēsis. Ad studiosam iuuentutem Germanicā.

20 **P**laeriq; iam uiri docti & eloquētes passim per Germaniā uersant, q nos
stram germanicā nationē Romanę linguæ splendore ornare, ac illustrare ce
perunt. Quorū alii docēdo id efficere sunt conati, ut q publicis in gymnas
sijs, humanitatis studia proficētur, alii quidē scribendo, & posteritati inges
nij monumēta relinquēdo, alii uero tum docendo, tum posteris scripta cō
mittēdo, q cum singuli pro singularibus suis studijs, & in tempu. literariā
meritis, debita sint a nobis laude, & obseruātia psequēdi, tum uel maxime
hi qui pro re literaria, & docendo & scribendo operā suā nauarunt, e quo
rum sane numero Henricus Bebelius lustingēsis poeta laureatus, inter pri
mos meo iudicio uenit cōnumerandus. Nam docendo quid rei literarię
30 contulerit, Tubingēse gymnasiū satis superq; testatur, ad quod omniū pri
mus mansuetiores mulas, tersamq; latinitatē sanis persuasionibus inuexit.
Et in quo annos iam ferme octo publice, ac frequēti auditorio poetas, ora
tores, ac historicos legendo id cōsecutus est, ut eiusdē gymnasijs scholastici q
ante eius aduentū rigidi prorsus erāt, & foetida barbarie squalidi, iam in las
tina lingua nitidi, ac ex omi parte exculi appareāt. Et id quidē usq; adeo, ut
cum eos ad alia gymnasia migrare cōtingat, statim ex Bebeliana officina li
mati, & excusi prodisse cognoscātur, cuius doctriņæ ac institutioni, & ego
quicquid in me tersioris sermonis inesse conspicitur, ingenue acceptū fero.
40 Sed scribēdo quæ beneficia rei literarię apud germanos cōtulerit, cōmens
taria uariā quæ de latinæ linguæ emendatione edidit, & ea præsertim quæ
de abusionibus latinæ linguæ pro germanos cōtulerit, singulariter notauit
abunde declarāt, quæ si æquus rerū estimator fideliter pensitauerit, ipsum ex
omibus germanie scriptoribus de ipsa germanica iuuetute q; meritissimū

cōprobabit. Nam in his ipsis multas latine lingue uiciliginēs germanis pe-
 ne natiuas repurgauit, uarios abusus sustulit, quāobrem tu studiosa pubes
 eodem **Bebelio** duce & auctore, nisi tibi ipsi deesse uelis, fœda barbarie des-
 ferta, e germaniæq; finibus eliminata elegantia induere, ac purā latinatē
 amplecti poteris. Verū sunt adhuc nōnulli in nostra germanica natiōe mi-
 litare ac stipendia facere soliti sub **Hugutiōe**, **Petro Helia**, **Cornuto**, **Alexā-**
dro Gallo, & id genus barbariæ ducibus, iam pridē ab italīs explosis. Qui
 multa quę ipsi ignorant, aut in sermonis consuetudine non habent dānas
 re non uerētur indigne forte ferentes sese notari, ac quę perperā ipi loquū-
 tur reprehendi. Illos quoniā latine lingue ueros ac probatos scriptores non
 attigerunt, tanq̃ iuuētutis tuæ corruptores caueas. Ipsa autē **Bebelliana** cō-
 mentaria purā, sinceraq; latinatē monstrātia amplexari, pro uiribusq;
 sectari studeas, præterea idem **Bebelius** quo magis atq; magis de re litera-
 ria apud germanos mereretur, indies noua nobis opuscula tradere conat̃,
 hinc dialogos, orationes, æglogas, satyras, epigrāmata uaria, ingenio qdē
 elucubrata, multiuagaq; eruditione referta, pro cōmuni studiosorū utilita-
 te in lucē pdire curauit. Et quorū profecto diligētī lectiōe, sermonē tuū non
 emendatiōrē modo, sed & locupletiorē reddere poteris. Pro tātis itaq; mu-
 neribus tibi o studiosa iuuētus a **Bebelio** exhibitis nō ingrata appareas, sed
 eundē ut p̃ceptorē pie colas, eiusq; scripta diligētē tractes, reuerenterq; ob-
 serues. Vnde multa tibi cōmoda surgere plurimūq; honorē crescere uide-
 bis. Vale ex **Tubinga**, v. **Kal. Maii**. Anno domini. **M. D. V.**

EIVSDEM COCCINI ad pubem germanicā **Decastichon.**

Romana si optes cultaq; nitere loquela
Bebelii legito scripta diserta meſ.
 Is præcepta dedit, suadentia uerba polite
 Eloquier, fœdam ut barbariem caueas
 Impedient, nec teq; ofores & blaterones
 Damnantes, nunquam quæ didicere rudes,
 Quos si declines, & culta poemata uatis
Bebelij accipiens commoda multa feres.
 Atq; tuum nomen toto celebrabitur orbe
 Cantabit laudes terra latina tuas.

LEONHARTI CLEMENTIS **Vlmenſis** presbyteri
 in cōmentaria **Bebelliana**, **Octostichon.**

Tollere barbariem nostris qui nitere terris
 Collecta e multis per documenta libris.
 O utinam te **Bebelium** olim gothica clades
 Quo facta **Oenotriis** æuum habuisset agris.
 Credo haud serpsisset latiam iam tanta loquendi
Sartago in linguā, gente cum abacta simul.

O utinam nostræ tribuissent fata iuuentæ

Talem lingua foret iam mihi casta nimis,

HENRICI BEBELI Epistola ad Leonhartū Clementem

Vlmensem, ecclesiæ Zuifuldensis paræcianum.

Si tam pro hospitio tuo quo & crebro, & confideter utor, quā cognato poetices studio, amicitiaq; inueterata omnia tibi debeo, non uolui te præterire in cōmentariis meis, quibus iam perfectis, cum adhuc sint quæ nō parum faciant ad cultiorē sermonē comparandā, uolui appendicē adiungere, ubi quæ prius omissa sunt inuenies, quæ sibi fauorē studiosorū possunt non iniuria demereri, ponā autē non omnia quæ addi possunt, hoc enim nimis profusum librū faceret, sed cum ut scis monasteria ordinis sancti Benedicti, cū dat uacatio studiorū, hinc inde cōsueuerim adire in alpibus nostris sueuicis, an aliqd antiquitatis, p̄ excolēda Germania cōquirere possim sepe respondere coactus sum interrogationibus fratrū & monachorū, quibus ut copiosius respōdeā, ea inserēda cōmētariis putauī. Et ut primū tibi satisfaciā, quæsiisti sepe an possis dicere sum deorsum, sum supra, sum infra, ut uidelicet non tantū motū, sed & quietem significant. Ea hic leges. **Vale & me ama. Tubingē Idibus Iulijs. M. D. V.**

Et ut primū de deorsum loquar, si credimus Prisciano, nō dicemus sum deorsum. uel sursum. Ita enim dicit de aduerbīs lib. xv. Sunt quædam loci unā significationē habentia quæ ad locū, ut est horsum, istorsum, deorsum sursum, sinistrorsum, dextrorsum. Sed ad defendēdū diuū Hiero, qui dicit lib. iij. Regū. ca. viij. Domine deus israel non est similis tui, deus in cœlo de super & super terrā deorsum. Et Marci. xij. Et cum eēt Petrus in aërio deorsum uenit una ex ancillis & c. Ibi ponit Hiero. siue alius fuerit interpres deorsum sine motu, quod eius dictū defendit clarissimus grāmaticus Diomedes, qui ponit deorsum & alia similia in loco, per locū, de loco & ad locū, dicens, aduerbia recta, aut cōmunia omniū partiū, ut peregre, penitus, rursum, deorsum, sursum, passim, anguste, late. Sunt item deorsum, seorsum, secus, separatim, utrinq; aduerbia discretiua, ut idem Priscia tradit. Possumus insuper dicere sum infra, uel sum supra, uel extra. Item uado supra, infra, extra, aduenio extra, supra, infra. item transeo infra & supra, hoc testat Priscia, de aduerbīs dicens. Cōmunes significationes locorū, ut peregre sum peregre abeo, peregre aduenio, peregre transeo, similiter pone supra, intra, infra, extra, ultra, citra, quæ etiā casibus solent adiungi, grauariq; atq; ideo a quibusdā præpositiones esse putantur.

DILIGENTISSIME NOTENTVR HAE CONSTRV

ctiones ab antiquissimis grāmaticis & auctoribus collectæ.

Cum aduerbiū modo indicatiuo, modo subiunctiuo iungitur in omnibus tēporibus, ut cum dico, cum dicere. Tunc autē indicatiuo iungit, quod tēs ad tēpus quo agebā referit, ueluti cum dicā, ueni eo ipso tēpore quo des clamabo. Subiunctiuo autē tunc iungitur cum post factū aliquid perfectū significat, ueluti cum uenisset declamaui, significat enim eū prius uenisse, et

sic cepisse declamare. **S**i iungitur indicatiuo & subiunctiuo. Tunc indicatiuo quoties res facta significat, ueluti apud **Ciceronē**, sed illustratur si erumpunt omnia, nec em̄ dubitat an illustrētur, sed quia illustratur suadet, ut **mutat Catilina mentē**. Cōiunctiuo q̄n cōditionalis & incertus est sermo ueluti si facias uel faceres. Dum iungitur indicatiuo, ut dū uenio quoties uero pro eo quod est dūmodo ponit subiunctiua recipit, ut apud **Virg.** Dū conderet urbē. Dum etiā si alius profertur sermo declinationis ad illū reformatur, ueluti, petebas dum uenires facerem. **Item**, Num si præpositū fuerit, illi uerbū indicatiuū recipit subiunctiua, ueluti **Cicero**. Interrogauī nū dubitaret eo proficisci, fere em̄, ut dicit **Diomedes** p̄posito uerbo finitiuo, siue indicatiuo partī orationis subiunctiuę subiungitur species subiunctiua, ueluti, nescio quare dixerit, quare uenerit. **Nunquid** indicatiuo soli iungitur teste **Prisciano** ad quod pertinet interrogatio. **Teren.** in **Phor.** nūqd memini nisti? **Idem**, nunqd subolet? **Ne** aut̄ prohibentis teste **Serui** imperatiuo iungitur, sed ita dicit **Priscia**, de eo, ne cū dehortandū est, indicatiuo non ad iungitur sed imperatiuo, ut **Virg.** in vi. Tu ne cede malis sed contra audenti or ito. **Vel** optatiuo, ut **Teren.** in **Phor.** quod utinā ne phormioni id suade re in mentē incidisset. **Aur** subiunctiuo, ut idem in adel. ne dicā dolo. **aut** in finito, ut **Cice.** in inuecti. ne dici quidē opus est quāta diminutiōe ciuiū &c.

Ni subiunctiuo copulatur, ut **Teren.** in **And.** ni metuā patrem. **Virg.** in iii. **Ni** teneant currus. **NON** uero imperatiuo proprie adiungi non pōt, nisi in compositione, ut **noli**, aptissime aut̄ indicatiuo iungitur, uel subiunctiuo, uel optatiuo. **QU**ando proprie indicatiuo iungitur. **AN** q̄n cōstruitur cum uerbis dubitationis & inscientiæ querit subiunctiuum, ut nescio an pater meus uiuat. **Q̄n** uero construitur cū uerbis opinionis & scientiæ requirit indicatiuū, ut an malus est qui furetur. **Q̄uis** & licet recipiunt subiunctiua, ut licet uenias, quā uenires. **Virg.** **Q̄uis** elysios mirei græciā cāpos. **Q̄** quā aut̄ & si, tam & si, asciscunt sibi indicatiuū in principio maxime orationū, epistolarū librorū, alibi q̄ in principio possunt habere t̄a indicatiuū q̄ su biunctiuū. **Cor.** **Ta.** in uita **Agricolę**. **Et** quanq̄ primo statim beatissimi sęculi ortu, **Nerua** cæsar res olim dissociabiles miscuerit principatū ac libertatē. **Idem**. **Quanq̄** prospera pugna terruerit incolas. **Et** luue. **Saty.** vi. **Sed** quāq̄ in magnis opibus plumaq̄ paterna. **Et** segmētatis dormisset paruula cunis. **De** & **si** **Corn.** **Ta.** de uita **Agricolę**. **Cōiuges**, sororesq̄ & si hostilē libidinē effugiāt, noie amicorū, atq̄ hospitū polluant. **Cice.** pri. tu scula. **Illud** nunc uideō, ut deū noris, & si eius ignores & locū & factē. **Hirtius** de bello gallico **Cæsaris**. **Hunc** & si augurē prius factū quā **Italiā** attingeret in itinere audierit. **Lactan.** in princi. libri **Quanq̄** cū subiunctiuo con iuxit lib. pri. diui. institū. dicens. quanq̄ libro primo religiones deorū falsas esse monstrauerim. **DVM** modo recipit subiunctiuū, ut dūmodo uenias. **POST** q̄ si iūctim accipitur indicatiuū posci, ut est apud **Virg.** **Postquā** res **Asiæ** priamīq̄ euertere gentem **Immeritā** uisum superis. **Coniunctiuum** autem uult quando secernitur, ut postquam uisum fuisset factum est.

Anteq̄ uero contrariō in oculo iunctū requirit subiunctiū sic, ueluti an
 teq̄ ueniles, disiunctū aut̄ indicatiū uult, ut apud Virg. Ante pudor q̄ te
 uisole. **Vt** tradit Lau. **Valla** hæc sex uoculę, uelut, ueluti, uti, quasi, tanq̄, ceū
 imaginē imitationēq̄ designant, nō plane ueritatē, & requirunt coniuncti
 uū, ut irasceris tanq̄ leo. i. tanq̄ esles leo, tu spumas uelut aper. i. tanq̄ ut ue
 lit aper esles, & sic de similibus. **Hæc** aut̄ tria sicut, sicuti, ut, innuunt simili
 tudinē & indicatiū requirunt. **Q.** si hoc præceptū immutabiliter uerū est
 ego sæpe abusus sum istis dictionibus. **Et** sacræ litteræ, dum em̄ dicitur, ecce
 ego mitto uos sicut agnos inter lupos, uelut dicēdum fuit, non em̄ sic dice
 10 bat Iesus, mitto uos sicut mitto agnos inter lupos, sed mitto uos uelut agni
 essetis. **Et** sæpe alibi. **Quasi** nuncq̄ latine pro fere ponitur, ut & uti uis
 dentur conuenire generaliter cum omnibus superioribus. **Ceu** magis po
 etarū est, qua & **Plini**. & nōnulli alij utunt̄. **Aduerbia** comparatiua & su
 perlatiua quæ a præpositionibus ueniunt, ultra solitā constructionē com
 paratiui & superlatiui seruiūt etiā accusatiuo, ut **Cicero**. castra propius ur
 bem mouentur. **Cæsar** lib. viij. belli gallici. **Vercingentorix** cū ad suos redi
 isset prodicionis insimulatus est, q̄ castra propius romanos mouisset. **Et** ca
 pella **Martianus**, propior cum dō cōstruit lib. i. philo. **Hinc** luna quæ huic
 aeri propior est. **Item** proximus illū. sic **Cice**. proximus pompeii sedebā.
 20 **Et** **Salu** in lugur. proxime hispaniā **Mauri** sunt. **Item** & cum dō cōstruit.
Cice. ad **Marcel**. ut fratri tuo aut par aut proximus sim. **Salu**. proxima cars
 thagini loca. **Item** cū ablatō cum præpositione. **Sue**. **Proximū** a diis immor
 talibus. **Amplius** regit actiū & ablatiū, cum actiō, **Virg.** in. i. ene. **Noctē**
 nō amplius unā **Falle** dolo. cū ablatiuo. **Iuue**. in. vi. **Linguebat** comite an
 cilla nō amplius una. **Et** **cæsar** in. viij. belli gallici. Ita ut non aplius quattuor
 digitis ex terra emineret, & **Cic**. pro **Roscio** inquit, amplius nūmo petas.
Procul, instar præpositionū casui seruit, **Corne**. **Ta**. lā uentū procul ma
 ri quod hiberniam insulā spectat. **Q.** **Curtius**. **Vetusta** arbor haud procul
 muro ramos multa frōde uestitos uelut de industria regē tegētes obiecerat.
 30 **Plus** similiter gtm̄, actiū & ablatiū regit. cū gto ut plus uirium, plus ui
 ni &c. **Cum** actiō **Terē**. in heau. adduxit secū plus decē ancillas oneratas ue
 ste & auro. **Idē** in adel. plus quingētos colaphos infregit mihi. **Cū** ablatiuo.
Cic. ad **Plancū**. **Sed** nō plus duobus aut tribus mēsis deinde absuit a no
 stris. **Circiter** ut dicit **Nestus Fuscus** ad numerū referi, ut circiter horas decē
Circū ad locū ut circū theatrū, **Circa** tēporis est, ut circa Kalendas **Martias**.
Circiter tñ & ad tēpus & ad numerū, & ad locū referi interdū apud scripto
 res. **Et** cōstruit aliquādo cum actiō, **Cæsar** in commentariis. **Collis** (ins
 qu it) nascebatur aduersus huic, & contrarius passus circiter ducentos. **Item**
 cum genitiuo. **Idem**. flumis erat altitudo circiter pedū trium. **Et** cum abla
 40 tio. **Idem**. amissis circiter. xl. nauibus. **Idem**. diebus circiter quindecim.

CONTRA IMPRESSVRAM hymnorum meorum.

In hymno **Ambrosiano**. **Nunc** sancte nobis, flāmescat igne charitas nō
 flāma scāt, a flāma em̄, ut dicit **Diomedes** flāmesco uenit. **E** cōtrario in hym

no, somno refectis, legas lucis labascat munere. i. labās fiat, a labo. as. arc. nō
 labefcat, de quibus sæpe q̄situs sum, qm̄ hymni mei perperā sunt impressi
 in multis locis. Fui insuper nuper interrogatus de hymno. **Vt** queant laxis
 (quē aliqui ascribūt **Hieronymo**, alii ut ego olim audiui **Petrū longobardū**
 dū dicūt auctore) utrū **Liuione** an **luuione** in penul. saphico legendū sit, est
 em̄ p̄inax quorundā disputatio dū suus **Catholicon** & alii diuersa dicunt
 & cōtraria, ad hoc ego r̄ideo, q̄uis nec **liuio**, nec **luuio** usitate dicant, tutius
 tñ **luuione** legendū, siue a **lauo** siue a **luo**, qd̄ probāt **alluuiō**, **eluuio** uel **elu**
uies, **pluuio** uel **pluuies** &c. **Vt** ponat **luuio** pro **sorde**, & pro **cōpositis**, p̄ **al**
luuione & **eluuione**. **Liuiō** aut̄ si dicit̄ uenit a **liueo**. es. ere, qd̄ minus cōgru
 it sensui. Et postremo rōne carminis nō pōt stare **liuione**, q̄a prima est **lōga**,
 q̄ deberet esse **breuis** in hoc saphico, **luuioe** aut̄ primā corri. **Hymnū** **Salue**
te flores martyriū cōposuit Prudentius nō **Sedulius**, ut ego credidi. In hym
 no. **Festū** nūc celebre, in secūdo uersu lege, uictoris bene gloriā, boni em̄ ut
 ubiq; legit̄ rōne carminis non pōt stare. In hymno **Martyris Christi** de **sans**
cto Laurētio lege in primo uersu. **Cernua** uocis p̄ce iam rotūdus, nō uoce.
 In hymno de cōfessoribus. **Iste confessor**, lege in primo uersu, hoc die lætus
 meruit **superna**, nō **legas**, nec **hodie**, nec **secreta**, qm̄ **carmen** nō **patitur**.

ALIVD.

In epistola secūda ad **Corinthios** nō pseudoapostoli dicas, ut dicit **Val**
sa, sed **pseudapostoli**, ut sit una dictio. Ita enim apud grecos **ψευδο** **αποστολοι**
 nam **pseudo** (ut contra gr̄a matustas loquar) nihil est se solo, sed in cōpositiōe
 ut **pseudo** **propheta** **pseudo** **christus** &c. quia ut nos latini utimur i in cōm
 positione, ut **armiger** **primipilus** **dulciloquus**, ita **græci** utuntur o ut **disco**
phorus **protomartyr**, **Theophilus**, **Allophilus** &c. **ALIVD.**

Ultroneus, spōtaneus, erroneus, q̄uis nō legerim apud ueteres, nō tñ om
 nino dānanda existimo, qbus diuus **Hiero.** & alii ecclesiastici crebro utūt.
Hiero. li. ij. cōmentariorū in **Amos**. **Ultroneū** em̄ sacrificiū ad læticiā perti
 net qd̄ latine **epulū** possumus appellare. Idē dicit **ultroneas** **merces** **putere**.

NOTA BENE.

Quæsitus sum nuper a quodā fratre an ego paruissimus superlatiuo uti
 auderē, ut quidā posuerūt. Ad quod ego ita respōdi, q̄uis **Lucretius** **philo**
sophus & poeta dixerit paruissimus. **Vegetius** itē & **Boetius**, dicat itē **Cato**
sæpissimus, ego tñ nō facile ponerē, non q̄ ego non existimē latinū esse, qd̄
 aliquis illustis auctor posuerit, sed ad fugiendā affectationē, qua haud ullū
 aliud orationis genus scēdius est, usitatis em̄ tutius utimur, quæ autē rara
 apud auctores sunt, etiā si latina sint, fugienda tñ existimo, uel saltē non cre
 bro usurpāda, solū **Ciceronē** excipio, apud quē quicq̄ ego reperio est mi
 hi **regula sermonis**, atq; usitatū & elegans. Et ut primū de **Sallustio** loquar
 patre **historiarū**, & latinissimo, ille igitur contra aliorū usum dixit **famas** in
 plurali qd̄ ego nō rep̄bo, sed nolim multū uti. audi quæ **Seneca** de hoc di
 xerit (deridens quendā **Aruntii Salustia**, **historiicū** (quæ apud **Sallustii** **ra**
ra fuerūt, apud **Auruntii** crebra sunt & pene cōtinua, nec sine causa. **Sallus**

stius enim in illa incidebat, at **Arūtius** illa quæ rebat, **Vides** autē quid sequitur, ubi alicui uitii pro exemplo est. dixit **Sallustius** hyemantibus, **Arūti.** in i. lib. belli punicī ait, repente hyemauit tempestas, & alio loco cū dicere uellet frigidū annū fuisse, ait totus hyemauit annus, & alio loco. Inde sexaginta onerarias leues p̄ter militē & necessarias nauarū hyemātes aquilone misit, nō desinit omnibus locis hoc uerbū insulcire, quodā loco. **Sallustius** dicit equi boni famas petit. **Aruntius** nō tēperauit, quo minus primo statim libro poneret, ingētes esse famas de **Regulo**. Tandē concludit, talis est ratio omnīū qui nō casu errant, sed scientes uolentesq; hoc a magno animi malo oritur &c. in quibus quidem uerbis **Seneca** nihil aliud uult quā a licentis scriptorū cauendū esse, nec crebro usurpanda quæ rara sunt apud scriptores, hoc idem cōfirmat **Quintilia**. in pri. institū. nam etiā si potest uideri nihil peccare, qui utitur his uerbis quæ summi auctores tradiderūt, multū tamē refert non solū quid dixerint, sed etiā quid persuaserint. In decimo dicit de affectatione. accidit q; hi qui quicquid apud auctores summos repererunt, dicendi legem putant ut deteriora imitentur, id em̄ est facilius, ac si abunde similes putant si uitia magnorū consequantur, hæc ille. **Vnde** nec ego facile glōrias, tam & si **Apul.** & **Gelli.** dixerint, ut supra ostendi nec facile lucas & paces dixerim, licet his **Quidius** & **Horatius** usi sint, & hoc in soluta oratione. in carmine tñ non effugerē auctoritate & licentiā poetarū, q; multo liberiores in uerbis sunt q; oratores. **Q;** si in soluta oratione dixerim paces & lucas, nō erraui, q; **Sallustius** teste **Sergio** usus ē, sed dicā uti **Seneca** de noie famas dixit, ut modeste usurpen̄ licentiæ, nec oribus ab os fugerē in carmine, q; **Virgilius** posuit. At tñ ut supra dixi, licentiæ si nō uitādē omnino, raro tñ sunt usurpādē, ne pessimo affectatiōis uitio notemur, & illos antiquos si qd peccauerūt excusat auctoritas & uetustas, tu ex ignorātia, ut affectatione iudicaris peccare. Nam cū **Calpurnius** rhetor, ut est apud **Gel.** in x. quædā in **Graccho** emēdaret. Ita tandē hæc inq; admonui, nō ut **C. Graccho** uitio darē. **Dii** em̄ mentē meliorē mihi. **Nā** si quicq; in tā fortis faciēdiē uiro uitii uel erroris esse dici pōt, id om̄e & auctoritas eius exhaustit, & uetustas cōsumpsit, q; si hæc q; supra dixi de licentiis auctorū notent, excusabis **Laurentiū**. **Vallā** multis in locis, in qbus a recentioribus impugnat. **Nā** cū **Valla** plusq; semel prestei se loqui de usu nō abusu auctorū, illi si possunt unū auctorē contra hunc adducere, mox clamant turpiter errasse, nō consyderantes quæ modo pluribus dixi de abusu & licentiā scriptorū, non tñ ne ego quin interdū contra multorū usum loquar, quæ ego rephēndi in cōmētariis. **Q;** aliquotiens dixerit nō esse latinū contra **Antonium Raudensē**, ita em̄ in mendosis legitur libellis, sed nunc cū inuectiue eius cōtra **Antonii** emendatæ habeantur, dicit **Laurentius** aliquoties bene dici, licet raro apud **Ciceronem** reperiat, quare reuocatum esse uolo.

AD ALIUD quæsitum.

Prædecessor non credo latinū, quia nec p̄cedere dicimus, ut superflue præpositiones ita cōsuamus, hoc autē audituri q; mihi insensī sunt, qui sunt

multi, solū propter hoc, quia sūma diligētia nitor exquirere barbariē apud
 germanos, & corripo eorū barbarū sermonē, mox dicent, oh flagiciū sumū
 mū, ille nouus latinus (uti dicere solēt) redarguit uocabulū in iure canonis
 eo saepe positū, nesciētes nō solū a iure canonico nō esse petendā latinitatē,
 sed **Hiero.** etiā nō in iure canonico quod nōdū cōpositū fuit, sed in sancto
Paulo solocēsimos discussisse, dicit em lib. ij. cōmētariorū epistolæ ad Ephe
 sios. Nos quotiescūq; solocēsimos aut aliquid notamus, nō apostolū pulsa
 mus ut maleuoli criminant, sed magis apostoli assertores sumus, quod hes
 bræus ab hebreis absq; rhetorici nitore sermonis, & uerborū cōpositione,
 & eloquiū uenusta: e, nunq; ad fidē **Christi** totū mundū transducere ualuis
 set, nisi euangelisasset eū nō in sapiētia uerbi, sed in uirtute dei, sed ut reuers
 tar ad inceptū. Quō dicā latine: decessor. unde **Corne. Taci.** in uita **Agrico
 læ.** **Mutianus** nullum ad delectos agendos **Agricolā** integreq; ac strenue
 uersatū uicelime legionis tarde ad lacramētū transgressæ preposuit, ubi de
 cessor seditio se agere narrabatur.

AD ALIUD QVAESITVM.

Sto stesi, sisto stiti. ut dicit **Gell** lib. ij. ca. xiiij. præsto à sto præstitū, ut notū
 est & p̄stauī. unde **Paulus** iuriscōsul. ff. de neg. ge. l. at q. §. pe. Cōtra q; q; usu
 res quas præstauimus, uel quas ex nostra pecunia percipere potuimus quā
 in aliena negocia impendimus seruabimus negociorū gestorū iudicio. Re
 sto restiti uel restauī. **Proper.** lib. ij. elegi. **Mec** si post stygias aliquid restauer
 rit ignes. **Disto** distiti non distauī, quia cessat auctoritas quantū ego memi
 ni me legisse.

AD ALIUD QVAESITVM.

Quæris utrū uitiū & noctiū grōs plurales anoie uitis & noctis sonot
 uel c enunciare debeas. **De** noie uitiū respōdet **Apuleius** grāmaticus sono
 t ferri debere, ad differētiā nois uitiū, quod est a uitādo, hoc idē obseruari
 credo in grō noctiū ad differētiā nois noxiū inter q; in pnūciatiōe nulla eēt
 differētia. **Est** tamē hæc pulchra **Apuleij** regula. **T** sequētī luocali in sibilū
 pferri quasi sono s in latinis dūtaxat diētionibus, in pegrinis suo sono es
 ferri, ergo pronūciādo manet in græcis & alijs, ut **Antiochus**, æmathia, tia
 ria, necromātia, nā μαγεία mantia q; est diuinatio t habet, & sic de sibilibus.

AD ALIUD.

Quid sit **MET**ropolis q̄ris & metropolitanus, an a mēsurā ciuitatū ues
 niant, ut dicit **Isidorus** lib. viij. etymologiarū, & est repetitū dist. xx. ca. cles
 ros. **Dico** tibi, metropolis non dicit a mensura ciuitatū, ut supra allegauī,
 sed ex ui uocabuli est ciuitas matrīx uel mater ciuitatis uel urbis μητηρ em
 mater dicit, & polis urbs, est em mater aliāq; urbiū illius diocēsis & metro
 politanus, inde gubernator illius metropoleos apud ueteres metropolis di
 cebat urbs ex qua coloniæ deductę fuerūt, de qua sit mentio. ff. de offi. pro
 consu. nam & sic se habet & habuit metropolis ad **Coloniā**, ut mater ad si
 liam. **Metropoles** inquit **Suidas** dicūtur quęcūq; ciuitates **Colonia** deduc
 xerunt, latine matrīces dicte. **At** bone deus quæ est cōuenientia mēsuræ ci
 uitatis cum metropoli, nulla profeō directā quadratio. **Sed** dicēt aduers

sarii mei barbaræ & corruptæ linguæ amatores, nonne iterū grassat in sacras literas, sed nihil moueor illorū haubatibus, sacras em̄ literas humili filio & parū eleganti dicēdi gñe esse scriptas, & scribi debere testatur oīs literatorū coetus. **Cyprianus, Lactātius, Hiero, Augu.** nōne ille ultimus dicit, in dignū existimo, ut uerba diuini Oraculi sub regulis **Donati** restringam. **Et Hiero.** ad **Pamachiū**, ecclesiastica interpretatio etiā si habet eloquiū uenustatē dissimulare eā debet & fugere, ut nō ociosis phōrum scholis, paucisq; discipulis, sed uniuerso loquat̄ hoīm generi. **Et** adeo contēnit, ut interpretantes bībliā de græco ul' hebraico, ut significatē proprie, & fideliter ueritatē sensus exprimant, hi nō dubitat contēnere regulas & proprietatē latini sermonis & contra latinitatē loqui. **Nā** ut dimittā multas orōnes sacrarū literarū q̄s in cōmentariis nō aliter excusauī, **Hieronymū**q; earū interpretem, nisi quia imitatus sit græcos cōtra latinitatis obseruationē, nōne sanguis teste **Prisci.** in. v. ex cōmuni sensu grāmaticorū caret plurali, sed legimus in euāgelio **Ioānis**, qui nō ex sanguinibus, & in psalmo. l. libera me de sanguinibus deus **Itē** in psal. liiij. uiri sanguinū & dolosi, sup̄ hęc uerba dicit **Aug.** Expressit latinus interpret̄ uerbo minus latino proprietatē tñ ex græco, nam oēs nouimus latine nō dici sanguines, nec sanguina, sed sanguinē, tamen quia ita græcus posuit plurali numero nō sine causa, nisi quia hoc inueniunt in prima lingua hebræa. maluit potius interpret̄ minus latine aliquid dicere q̄ minus proprie, hęc ille. **Et Cassiodorus** eodē loco ita dicit sanguinibus, contra latinam quidē linguam numerus pluralis uidetur assumptus, sed quia hoc in græcis exemplaribus contēnētur, translator omnino laudandus est elegit em̄ aliquid contra artem seculariū ponere, q̄ a ueritate posita discrepare, minus ergo bene quidam irascuntur mihi, dum **Hieronymū** uirum disertissimū dixerim interdū non eleganter locutū, hic enim uides hęc ab eo, & aliis sciēter fieri, & ut fideliter transferat latinitatem sepe non curare ut supra dixi, & ego alibi bene dixi **Hieronymum** multum sui dissimilem in translatione, & minus elegantem quā in propriis & suis epistolis. **Atta** men translatio psalmorum eius non habetur, & utrum translatio noui instrumenti eius sit, dubitatur a multis, & doctissimis uiris.

AD ALIUD.

Geenna, sic enim apud græcos scribitur **γέεννα** sine aspiratione dicis accipi pro loco damnatorū, & quid proprie significet q̄ris, ad hoc tibi rñdeo ex **Hieronymo**, ille em̄ dicit in interpretatione hebraicorū nominū, est uallis gratuita. & libro sexto super **Jeremia**, dicit uallis filiorū ennon q̄ hebraice geēna dicit, subiacet siloe fontibus, & amoenitate sui quia locus irriguus est, populū prouocat ad luxuriā, quā idolorū cultus sequitur, hęc ille. **Ex** illa igitur luxuria cū sequatur idolorū cultus, sequitur & æterna damnatio,

inde transfertur ad damnationem perpetuam.

HEXASTICHON GEORGI HERMAN Cauffbeirens
 sis pro commentariis Bebelianis.
 Quem iuuat eloquiū campum peragrasse uirentem

Romani, & castè uerba latina loqui.

Huc ades & crebro docti & monumenta disertè

Vatis Bebelii pulcher ephebe legas.

Bebelii cupiens Latiam instaurare loquelam

Barbariem uanam reppulit usq; minax.

Dracones & omnes abyssi legendum in Psalmo. cxlviii.

Dracones p d media longa, nō tracones p t media breui.

AD PANTALIONEM LANCEOLVM VVIB

senburgensem. Henricus Bebelius.

Dicis tibi motā esse controuerfiā a barbaris quibusdam, qui in Psalmo
 cxlviii. tracones media breui & per t, nō dracones media lōga & p d legē-
 dum censent dicētes. Laudate dominū de terra tracones & oēs abyssi. Ego
 dico tibi oēs q̄ ita legūt somniare, alucinari & fœde errare, nulla necq; rōne
 neq; auctoritate recepta suffultos, sequunt̄ aut̄ Catholiconē q̄ ita dicit. Tra-
 co traconis meatus subterraneus. Vnde quidā. Terrarū tracones aialia di-
 co dracones, in Psalmo dicit̄ cōiter tracones penul. corre. Et idem. Et est dra-
 co tēplorū, anguis aquarū, serpēs terræ. Cui ego pariter respondeo, mirari
 me unde hæc deliramēta somniauerit, quō tam apte cōtra omniū illustriū
 doctorū expositionē, sacra scripturā corrūpere audeat, aut q̄ est ista impie-
 tas, ut tuo ingenio indulgeas alios seducere: atq; intollerabilibus erroribus
 implicare. Audiamus itaq; Aug. omniū Christianorū doctissimū, q̄ draco-
 nes legit p aialia, dicēs sup̄ isto uerbo. Dracones circa aquā uersant̄, de spelū-
 cis procedūt, ferunt̄ in aere, cōcitat̄ propter eos aer. Vnde ex istis uerbis pos-
 tes intelligere non esse uerū, q̄ Catholicon dicit dracones esse tēploz, sed
 potius aquosarū speluncarū. De abyssō idem Augu. Abyssi sunt speluncę
 aquarū latentū unde flumina, unde fontes procedunt, atq; omnis ista hu-
 mida natura aquarū simul cum mari. Et isto infimo aere abyssus uel abyss-
 si dicuntur. Vbi uiuunt dracones, & laudant deū, unde si sententiā Catholi-
 conis uera esset, tracones frustra poneretur, cum abyssi nomine omnes sub-
 terranei meatus contineantur. Audi & Calliodor: classicum Psalmorum
 interpretem eodem cum Augustino sentientem. Draco est sulcatus, quōuis
 in modum serpentis producta nimis corporea magnitudine, qui naturali
 feruore succensus, in remediū temperamenti aquosis speluncis inhabitat, q̄
 non humo repit, sed cum moueri placuerit uolitare narratur. Abyssorum
 uero considerata profunditas, uniuersos debet rationales ad laudes domi-
 ni concitare. Et respice ordinē dictionis. Quia unā substantiā de sensibilibus,
 alterā de insensibilibus posuit, ut dominus debeat omniū creaturarū uirtu-
 te laudare, hæc ille. Lēctiōi meæ suffragantur græci, qui ita legunt δρᾶς
 κόντες καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι. Sed q̄ Catholicon legit tracon traconis mediā
 breui, credo nec latinum, nec græcum, nec hebraicum esse, sed ab eo exco-
 gitatum. At lego apud græcos τραχών in genitiuo τραχῶνος trachon p ch
 & o longū, quia ω. i. o longū in genitiuo trachonos per lōgū o, ut supra. Et
 dicitur locus saxosus, quæ omnia sunt cōtra Catholiconē. Quis igit̄ nō sto

machetur cū ita sacras literas corrūpi cernat. Videturq; mihi eē impius pa-
rumq; fidei studiosus, q cū potest sacras literas nō uindicat ab iniuriā illite-
ratorū & eas cōtaminantiū. Solēt autē barbari dicere cum Catholicon, uel
alius similis alicuius erroris arguit, non scripsit ex se ipso, habuit aliū aucto-
rem, & quem tu forsan nescis imitatus est. Sed uides hic nō solū cōtra ethnī
corū ueruetiā sanctorū doctorū traditionē esse erratū. Vale & me ama,
nomineq; meo Valentinū elephantinū nunc duumuirū in urbe uestra, ut
audio saluū esse iubeas. Ex Tubinga.

DISPUTATIO CVM FRATRE THEOLOGO EX EPI

10 **Stola Bebelii ad Thomā Volphiū Argentinensem iuniore**
iuriconsultum, atq; præpositū Columbariensem.

Cū nuper in cōuentu, seu ut cū ipsis loquar monachis, capitulo generali
fratrū Augustinianorū post munus oratoriū ab uniueritate mihi iniūctū
quidā mecū theologus familiaris loqueretur, deuenimus tandē ad poeti-
cam, in qua me ille non reprehendendū censuit, unū tamē sibi displicere di-
xit, quoniā impie, ut uiderē faceremus nos poetę Christiani, qui cū habe-
remus stilū theologorū, sanctorū patrū & sacrā scripturā, quę iuxta patrē
Augustinū non est subiecta regulis. Donati, quę itē uenit & loquit ex ins-
titūto spiritus sancti, q; ex quilius & scdm obseruationē gentiliū & dāna-
20 torū loqui cōcupisceremus. Ad quod ego primū respondi nouā mihi uis-
deri & inusitatā theologorū dignitatē si solis illis barbare liceat loqui, mihi
uero uideri theologā inferuire debere pceptis grāmatices. Nā si latine q; s
uult philosophari & theologifare, ut ita loquar, quid stultius est q; linguā
qua uteris uelle corrūpere: et cōmittere ne intelligaris ab his apud quos lo-
queris, nemo em̄ intelliget eū qui pprietatē linguę non seruat, quā nemo
unq; sciēter, ut ego credo nō obseruauit. Priores insuper fuerunt gentiles,
græci & latini q; Christiani. Vnde illis etiā multo maiorē auctoritatē tribuē-
dam existimo, præsertim cum ex eorū tradiuione & obseruatione oīs poste-
ritas pendeat, & nū demū aliquis recte loquat, si ab illoꝝ usu & regulis nō
30 discrepet, nam insanū esse puto eū qui latinitatē cōfessus, cōsulto & de indu-
stria, nulla urgente causa, ab illis dissentit. Indoctū uero si hoc ignorantia se-
cerit, sed q; afflatu spiritus sancti theologos loqui dicis, aiebā, uti non nego
donū esse spūs sancti quicquid pro ueritate dicis, ita hæc uel alia uerba or-
nata uel inornata ab illo ingeri nescio, hoc tamē diuus Hiero. classicus scri-
ptor non uidet sentire, ad Desideriū suū scribēs. Aliud esse uatē, aliud inter-
pretem, ibi spiritū uentura p̄dicere, hic eruditionē & uerborū copiā, q; in-
telligat transferre, atq; idem inutiliter de ratione transferendī sacras literas
p̄ciperet si munere spiritus sancti id cōtingeret. Mouet me insuper qd Pau-
lus tuba euangelii se ip̄m hebraica & natia q; gr̄ca lingua expeditiorē te-
40 statur. Et idē testimonio eruditorū uirorū. Petro, Ioanne, & aliis multo dis-
sertior, elegātor, atq; eruditior est in silo, adeo ut eum sedisse ad pedes Gas-
malielis, atq; diligenter apud eundē incubuisse in sacras literas, nō etiā p̄se-
p̄fuerit, adiuueritq; eius inter apostolos eminentiā, subiunxit alter me scire

debere, si saltem aliquādo legerim **Augustinū**, **Hieron.**, **Cyprianū** & alios,
 scripturā sanctā esse simplici & ineleganti dicēdi genere & scriptā, & scribi
 debere. Dixi me non nescire, idq; plusq; uno in loco esse testatū, sed illi fans
 eti doctores, ut etiā alibi dixi in tot nouis christianorū ritibus, in tot nouis
 eorū ceremoniis fuisse coactos, ut pprie & significāter loquerent, neglexisse
 sæpe & in scribēdo & trāsferēdo culturæ latinitatē obseruatōes. Eorū tamē
 doctōrū (**Hieronimi**, s. **Augustini**, **Ambrosij**, **Leonis**, **Cypriani**, **Tertuliani**
Lactanti, & similiū) stilus est aureus, ut ita loquar & elegātissimus ad com
 parationem illorum qui nunc theologos se profitent. Illorū em̄ oratio est
 grauis, reuerenda & maiestatis plena, & simpliciter om̄ibus accessibilis, ut
 ait **Augu.** horū autē recentiorū, ut rustica & barbarica uel potius gallica &
Parrhiliensis, ut **Picus** mirandula uocat, ita nodosissimis & spinosissimis
 philosophorū & dialecticorū disciplinis implicita, ita iuolucris & enigma
 tis intricata, ut sphingos interpretatione uel **Delio** aliquo enarratore indig
 eret, qua in re sola est culpa dialectica, qua ut dicit **Hieron.** theologia opus
 non habet, illius ipsius inquā dialecticæ stilus cum sit barbarus, sicus, ieiun
 nus, protritius & distortus, atq; adeo obscurus (ut **Aristoteles** aliq; eloq̄n
 tissimus aliquādo gloriatu sit apud **Alexandrū** magnū physicā ab se editā
 tam neminē esse satis intellectu) facit, ut theologi illi qui speculatiui, ut ita
 loquar dicunt, cum sint maximi dialectici atq; philosophi, siant etiā & lo
 quantur barbare, inelegāter & obscurissime. Ad hoc ille. **Sunt** & hodie the
 ologi multi eloquētia & tersioribus literis etiā poetas puocantes, libere cō
 cedo dixi, nosco ego nōnullos, nosco item alios sūmos poetarū inimicos,
 qui cum sint barbari, & inuenisti, nihilominus cū publicas aliquādo cog
 untur habere oratiōes in corona literatorū sūmis conatibus laudicias, uer
 boses & elegantia uerborū confectatur, sed quia nulla unq; institutiōe rhe
 torica imbuti tortuosas faciūt & salebrosas, atq; incōcinnas orationes. Sed
 ut tibi ad institutū tuū respondeā pater reuerēde, sunt & theologi eloquen
 tes, hiq; plurimi. **Character** autē & stilus theologorū, ut uocāt speculatiuo
 rum, ut puta **Alberti** magni **Sueui**, **Thome**, **Scoti**, **Occam**, **Egidii** romani,
Alexandri de hales, **Holckot**, **Georgii** **Ariminensis**, & similiū est oīno pro
 tritus, & ab omni ueteris eloquētiæ umbra alienissimus, quem in eorū illi
 disputationibus & quæstionibus imitantur, sed ut intelligas dixi fauere me
 theologis, non possum probare immo satyrico remorsu **Hermolaū** **Bar**
barum alioqui doctū taxandū existimo, qui contra theologos teutonicos
 ita tāq; amarulenter ad **Ioanē Picū** inuehitur, dicens. nec enim inter aucto
 res latine linguæ numero germanos istos & teutonas, qui ne uiuentes qdē
 uiuebāt, nedū ut extintū uiuant, aut si uiuūt, uiuūt in poenā & cōtumeliā.
 appellantur em̄ uulgo fordidi, rudes, inculti, barbari. hec ille. **Ego** uero nō
 usq; quaq; quero & exigo in theologia (ubi est summa grauitas, castitas &
 ueritas) fucarū illū & lepidū sermonē nō pictorata uerba, sed rerum dicens
 darum maiestare, quæ suo decore contenta, spernit externos cincinnos &
 calamistros, hoc unum tamē me male habet, quod adeo obscure loquatur

contra ueterū theologorū morem, hi enim significāter, & simpliciter, atq;
uenuste loquuntur, quos ego cum delectatione lego, & quos utinam recē
tiores nostri theologi imitarentur. quod si facerent, non adeo obscurarent
ueritatem theologicā, suis illis minutis quæstionibus, & morosis, inextrica
cabilibusq; nodis, ut saltem ueri latini intelligerent, quod cōtra faciunt, cō
tra Hieronymū, Cyprianum & alios, nam & Augu. dicit. Modus ipse dicē
di quo sancta scriptura contextitur, quam omnibus accessibilis, quasi ami
cus familiaris sine fūco ad cor loquitur indoctorū atq; doctorum. Et adeo
apertus teste Hieron. ut non ociosis philosophorū scholis, paucisq; discipu
lis, sed uniuerso loquatur hominū generi. Ideoq; & Seneca dicit ad Lucil.
10 episto. xlix. Veritatis simplex est oratio, ideoq; illā implicari non oportet,
nec enim quicquā minus cōuenit q̄; subdola ista caliditas scilicet dialecti
corum, huius igitur totius rei causa est. q̄; recentiores theologi tam obscur
re loquuntur nimia dialectica & philosophia, Respondebat mihi theolos
gus philosophiā esse patronam uel adiutricem theologiæ & necessariam, q̄;
hæreses quæcūq; unq; emerfæ fuerint, sopitas esse constet argutiis istis dia
lecticis atq; philosophicis, & solo philosophiæ patrocinio posse defendi fide
dem christianam. Cui ego. non ita existimo pater sancte, quinimmo philo
sophiam seminarium esse credo omnis hæreticæ prauitatis. abuentiū uos
10 lo iniquitate. quis enim unq; audiuit, uel poetā uel oratorem, uel aliū præ
ter summū philosophū aliquam excitasse hæresim: quin potius quicquid
hæresis unq; fuit, ex philosophorū dogmatibus, atq; philosophiæ fontibus
emanauisse cōperimus, adeo ut salubriter ap̄tus admonuerit christi fideles
dicens. Videte ne quis uos decipiat per philosophiā, & inanē seductionem
sec̄m traditionem hominū, sed̄m elementa huius mundi, & non sec̄m
Christum, quia in ip̄o inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.
Apostoli igitur & apostolorū imitatores Hieronymus, Ambrosius, aliicq;
theologi antiqui, qui mūri & columnæ ecclesiæ prædicantur, in extirpādis
hæresibus philosophiā nō sunt usi, illius potius expugnatores fuerunt, qui
30 si sine philosophiā omnes per omnem terrarū orbem hæreses confutauer
runt, atq; damnauerunt, & uos cum uestra philosophiā non potestis, nulli
dubium, illos sine philosophiā uobis multo esse superiores, atq; magis imi
tandos. Quod cum dixissem, cōmouebatur frater ille, est enim ut scis genus
hominum difficile, & argui impatiens. Q; cum sensissem, boni consule dix
xi pater bone, hæc quæ dixi non affirmandi, sed disputandi gratiā differui,
uos insuper ipsi non negatis uestrā scripturā non esse eleganter scriptā, nec
etiam debere scribi præcipitis, q̄; dixi philosophiā esse adiutricem hereseos,
ita mihi uidetur, non dixi in uituperationē, uel theologiæ, uel philosophiæ
quoniam illis sicut aliis rebus, utimur uel ad salutem, uel ad perniciem, nā
40 ut Ouidius inquit lib. ij. tristium.

Igne quid utilius: si quis tamen urere tecta

Comparat, audaces instruit igne manus.

Eripit interdum, modo dat medicina salutem.

Quæq; iuuet monstrat, quæq; sit herba nocens.

Et cætera in ipsa epistola require.

EXCVSATIO EBZELII q̄ Iustinianū taxauit, ex epistola sua ad **Ydalicū Zaliū** iuriconsultū **Friburgensem**.

Ad Iustinianū postremo ueniā, quem optime de ciuili prudētia meritū barbaro & gothico noie deonestari egerrime dicis te ferre, fateor me plane multa quodā seruore adoleſcētis, & etatis uitio emisisse, quæ si nunc mihi essent edenda, intelligerent omnes hoies nullius me rei maiorē habere rationē q̄ modestie, nō q̄ ipse aut mea temeritate opinioneue ductus, uel false dixerim Iustinianas leges barbaro sילו scriptas, nosti em̄ optime hoc an te me sentire **Philelphū** & **Vallā**, quorū auctoritate fretus, putauī cōtra rationē esse rationē querere. **Dixerūt** & alii, quos dum in trāquillitate nō nominauī, inhumanissimū existimaui deducere in contentionē. **Ego** autē ut ex animi sentētia loquar. Credo Iustinianū principē fuisse iustissimū, & nō minus legibus serēdis & domi q̄ militie, et in armis p̄clarū, atq; cūctis seculū uenerabile, sed latinitate inculta, atq; an̄ iaudita elegātissimis legib⁹, iuriscōsultis plane dissimilimū fuisse, quorū uoluminū cassatione, atq; sup̄sitione uti tranquillitati studioq; & fragilitati mortalitū esse cōsultū saluberrime uolo, ita terq; latinitati non mediocre factā iniuriā. **Q**, autē ad barbariem Iustiniano nihil imputandū existimas, qm̄ ipse nihil scripserit, nō recipio hāc excusationē, qm̄ nisi ipse iussisset, leges nō essent, sed eo p̄side auctore, & mādatore, promulgatæ sunt, ex hoc mihi perinde habet, ac si manu sua scripserit. Immo maiori ueniā dignāus, si ipse scripserit, ita em̄ non uoluntas, sed uirū & eruditionis tenuitas accusaret, dū uero nō disertis, sed semilatinis cōmisisit uidei inde nōnullā cōtraxisse culpā, sed quæ reperiret ea tempestate. **Propterea** non eius, sed tēporū culpa & iniuria erit, q̄ em̄ eo tēpore locutus sit incorrupte repertus est nemo. Inde bonus ille princeps reipūb. Christianę solicitus & fidelis administrator nō erat accusandus, sed tēporū illorū cōmune dicendū uitiū & barbaries, quæ linguę etiā latinæ artificem & parentē **Romā** eodē squalore deturpauerat, sed utinā nostra tēpestate legulei & glossatores quos scribentes dicūt **Baldū** puto & **Bartholū**, **Cinū**, **Dinum**, **Angelū** cum **Azone**, & similes (quos acerbissime insectatur **Philelphus**) loquerentī. Iustinianarū legū latinitate, sed in peius res elapsa ē, parce uera dicēdī. **Horū** em̄ dicēdī gen⁹ adeo degenerauit, nō solū a priscis iuriscōsultis, uerum etiā a Iustiniano, ut **Domicio**, **Vlpiano**, **Paulo** & æqualibus peregrina lingua, insolitisq; uersutis uti existimaretur. **Nam** adeo mutata sunt uerba, adeo leges distractæ, per tot horum, ut cura eis loquar restrictiones, ampliaciones & limitationes, adeo etiā retorquentur, tanq̄ a uictoribus in captiuos sensus, adeo in diuersas sententias, & sibīipsis contrarias, tanq̄ coriū a futore producunt, & distrahuntur, ut nec Iustinianus suas admitteret, nec se tot stropharū auctorem esse sustineret. **Sed** nouit prudentissimus princeps quodā mentis uaticinio, peruersam mortalium ambitionem, & qui ut ingeniosi & prudentes existimarentur, aut nomē suū imor-

talitati cōsecrarent, futuros plurimos, qui (quod solius eē uoluit principis) leges & principalia oracula, p̄ suo ingenio, atq; uolūtate interpretari, restrin- gere, ampliare, sūma audacia essent conaturi, quare saluberrime, atq; uilif- sime sancitū esse uoluit. C. de uere. iu. enu. ut scis. ut nullis iuris peritis in pos- siterū liceret eis legibus cōmētarios applicare, & uerbositate codicis cōpen- diū cōfundere, quēadmodū & in antiquioribus tēporibus factū est, cū per cōtrarias interpretantiū sentētias totū ius pene conturbatū est, qui autē uocē principis cōtēpserit, falsitatis reus cōstitueret, uoluminaq; eius oīno corrū- perentur, sed phdolor hęc nō obseruant. Creuerūt glossatoꝝ cōmentaria sup̄ oēs cōstitutiōes. & contra dirā principis interminationē, nec ullus finis est sperādus, nisi sacratissimus & Christianissimus Cēsar & impator noster semp̄ Augustus Maximilianus sua incredibili prudētia, diuinisq; oraculis tot cōmētaria sup̄primat, uerbositatēq; obscurissimā, atq; nodosissimā ī cō- pendū & declarationē reducat. Vale & ꝑquo seras aio me tecū in his re- bus iocari, in quibus plus sententiā tuam prouocare studui, q̄ quicq; in glossatoꝝ acerbis dicere, qui suo more faciant, ego meo uiuā. iterū Vale Tubingæ quinto Idus Februarias. M. CCCC VI

EXCVSATIO SVPER opinione de Hieronymo & Au- gustino habita, & defensio Lactantiū ex epistola Bebelii ad Marcū fabri carthusiensē Treuerensē.

Indignaris primū q̄ Hieronymū & Augustinū uerbis aliquādo de tri- uio assumptis usos esse, dicā, sed nō irascere mihi, si tibi ueritas cōstaret, aut amica esset, si eos ipsos de se hoc testatos esse scires. Veneror ego, laudo & admiror Augustinū & Hieronymū, nō tamē adeo addictus sum eis, ut in omnibus elegantia dīctōis sectatibus imitādos existimē, adeo ut amico Socrate magis amica esse debeat ueritas. Stomacharis item q̄ Senecā Chri- stianissimū philosophū, atq; Lactantiū Christianissimū uocitē. De Seneca respondebo. neminē scio ex philosophis, qui doctrina sua p̄pius ad Chris- tianam fidē accesserit q̄ Seneca. Vnde in Catalogū Christianorū scripto- rum est a diuo Hiero. ascriptus, quare inter philosophos est mihi Christianis- sissimus, sicut inter æthiopes ē etiā albus & albusissimus, quēadmodū & Sa- lustius dicit Mare ponticū dulcius esse q̄ cætera maria, cū nullū dulce sit, philosophi insup̄ noīe intelligo ethnicū & gentile, & nō baptisatū, inter q̄s eminere & pxime accessisse ad fidē christi uisus est Seneca, q̄ autē Lactantiū christianissimū uocauerim nescio, Christianū tñ Ciceronē sæpe & merito appellauī, q̄ si dixerim christianissimū nō peccaui. Est em̄ christianissimus & de fide christiana meritissimus, q̄ in sūma christianorū p̄secutiōe uanos gentiliū errores nō tam audēter, q̄ foeliciter cōsultauit, destruxit, & dānauit sed q̄ in multis errauit, hoc nō minuit eius fidē & sanctitatē, nec est hæretic- us cēsendus, dūmodo p̄ suo ingenio credidit se pie, & religiose credere, nō em̄ adhuc determinatū fuit p̄ ecclēsiā catholicā quid credendū esset in his quibus ipse errauit, q̄ si oēs essent heretici, qui errore aliquo in fide labora- uerunt, inultos sanctos de cœlis auferres, q̄re fatuus est & indoctus calūnia

tor, qui hūc tanq̄ hæreticū dānat, quod nec Hiero. nec Aug. nec ullus san-
 ctōrū patrū fecit. Immo hominē maxime laudauerūt præter errores, q̄bus
 nō ferociter insultauerūt, sed humanissime cōpassi sunt. ut ita loquar, q̄ tu
 affers Antonii Raudensem & Ioannē Palziū monachos qui cōtra Lactā-
 tium scripserint, nihil probas, desine ineptire cum istis hoibus. Indigni em̄
 sunt ut tanto uiro calceos exuerent, & minus idonei qui hunc pro meritis
 laudare possent, sed reprehensioe dignissimi q̄ rephēdere conent̄. Attamē
 Antonii Raudensem om̄is eruditorū schola iam diu explosit, & præter cæ-
 teros Philelphus grauiteri, & breuissime. Quid Ioannes Palzius scripserit
 nescio, non credo tamē hominē mihi notū pro sua singulari prudentia, &
 bonitate in tantā descendere impudentiā, & temeritatē, ut Lactantium uitu
 peret, q̄ si fecerit, sentiet omniū eruditorū irā, & calamū in se cōmotū. Va-
 le atq; Lactantiū mecū studiosissime pro fide Christi olim pugnātē, atq; la-
 borantem uenerare, & lauda, quod & ordini & modestie tuę congruit ma-
 xime, Tubinga. M. D. VI.

IN LAUDEM LACTANTII, BEBELIVS.

Hic qui priscorum sectas Lactantius omnes
 Arguit & carpit quæ docuere sopher.

Huius ab ore fluit latialis suada loquelę
 Christicolę uocitāt quem Cicerona suum.

Par decus eloquij nec fas sperare nepotes
 Quos fouet alma fides, fouet & ante uiros.

IDEM CONTRA ANTONIUM Raudensem Monachum
 Lactantio mastiga, hoc est calūniatorē Lactantię.

Tu qui Lactanti carpis doctissima scripta
 Antoni indocto barbaricoq; stilo.

Hoc tua te nunq̄ docuit confessio, samam
 Alterius nigra commaculare nota.

Pfallere debebas Davidis amabile carmen
 Et miserere mei uox tua rauca sonet.

At si sic placuit nomen quesisse perenne
 Hæc tibi posteritas hæc monumenta dabit

Vt flauam contra tendas sus ipse Mineruam,
 Ipater elleboro & ablue sepe caput.

DE OFFICIIS ET MAGISTRATIBVS sub principi-
 bus nostris, & in ueteri instrumēto quomodo lati-
 ne uel grece noient̄, Henricus Bebelius.

Utorū olim discipulorū precibus efflagitatus sum, ut describerē
 q̄bus noibus latine nominarent̄ officia & magistratus sub princi-
 pibus nostris, uti ante fecissem de magistratibus Roma. Ego itaq;
 eorū p̄cibus condescendens, inuestigauit diligēter quō latine uel græce no-
 minarē illos qui a nobis iam barbaris noibus appellarent̄, atq; literis man-
 dans ad calcographū misi, sed pro hominū fidē literæ seu incuria, seu per-

fidia tabellariorū sunt intercepte, quo minus ad illū puenirēt, nec apud me mansit exemplar. Nunc vero rursus postulatus ab aliquibus, collegi pauca quædā quæ memoria suggerebat, nō quæ diligētia conquisserim. Sunt autē hæc. **REX**. est nomē antiquissimū principatus apud omnes fere nationes. De **Cæsare Augusto** & imperatore alibi dixi. **Dux** vero comes, baro, eques auratus, nobilis, ut sint nomina dignitatis apud ueteres inauditū fuit, hi potuerunt dici **Reguli**, sed quoniā latina sunt uocabula & magistratū sæpius mutata sint nomina, ut ostendit in apologia **Cæsaris** cōtra **Leonhartū Iustinianū**, non temere illa dānabo. **Vicarii** autē regulorū in ueteri instrumento **Subreguli** dicuntur uocabulo uix alibi usitato. **Marchio** autē & si uocabulū germanicū, a latinis tamē recentibus receptū, talis græce dicitur **demarchus**, si credimus **Georgio Vallæ**. Est autē **demarchus** ex ui nominis, populi princeps, de quo fit mentio apud **Plautū** in **gurguli**. sic ut & **comarchus** qui latine dici potest uillæ uel pagi dominus, quæ **Georgius Valla** nūc comitem uulgo dici existimat. **Lantgraffius** oīno barbarū, ut supra dixi. **Vicarii** vero latine dicuntur qui alicuius uice funguntur, ut **uicarius rectoris**, qui rectoris officio fungitur. **Vicarius Cæsaris** qui uicem **Cæsaris** agit, non autem latine dicimus locū tenens uel uice rector, uice dominus, uice præpositus, uice **Guardianus**. Nec latine dicimus, **exrex**, **exrector**, **exdecanus**, quo quidam utuntur, pro eo quod defunctus sit regia dignitate, rectoratu, decanatu, eiusque magistratus finis sit, nec item apud ueteres receptosque in eloquentia scriptores inuenimus excōsules, quales scribuntur fuisse **Boetius** & **Symachus**, **expretores**, **expraefecti**, **exsenatores**, **expatricii**, qui functi illo magistratu essent, iam quod munere uacarent. Illorū autē nominū usus inualuit tempore maxime **Augustini**, post **Calliodori**, **Sidonij**, **Apollinaris**, **Boetij**, & tum demū apud **Iustinianas** leges, quæ ut non recepta omnino existimamus apud caste loquentes, ita non omnino improbamus, aut exterminamus tantorum uirorū reuerentia moti. **Excuriatos** autē & **exterminatos** quibus utitur **Cicero** & **Varro**, duo magna luminaria linguæ latinæ, non sunt damanda, & sunt qui extra curiā, uel terminos missi sunt. **Habent** autē principes suos iudices cōsistoriales, quos barbare nominamus, ut **pōtifex summus dominos de Rotā**, qui latine dici possunt **publici iudices pōtificis**, uel **pontificalis cōsistorij**. **Cæsar** iudices & **assessores cameræ** qui sunt iudices publici imperij. **Rex Fraciæ** habet iudices parlamētij, quod uocabulū omnino barbarū ē, & latine dici possunt iudices publici regni **fraciæ**, ab **Ambrosio** cōsistoriani iudices dicuntur tales omnes. Est autem **Cōsistorij** um a consistendo dictū, locus in quo consultandi causa homines cōsistunt uocabulū non a ueteribus usitatū, sed tamen elegans quo **Ambrosius** & **Martia**. **Felix Capel** utuntur. atque etiā græci, uel pleraque alia ex latinis ad suā linguam trāstulerunt, quo utitur **Suidas** in collectaneis, atque ita scribit **ἡραλδιστοριον**. **HERaldus** uocabulū est omnino barbarū, de quo **Aeneas Silvius** in quadā epistola multa scribit, sed quæ nihil ad ueritatē facere uidentur, pro eo quod nec ab herouibus descendant heraldi, nec ullo unquam herouū ho-

nore dignati, uerū cum amplū hodie sit apud principes eorū officīū, modo latine dici possunt ſcēciales, modo caduceatores, ab indicendo bello, & pace denuncianda, modo designatores, uel ut alii malunt diſſignatores, q̄ publici principū & priuati erant, horū officīū erat uti nunc heraldorū, ut in ludis, in funeribus, & in conſeſſū magiſtratuū, atq; primorū, omnes pro dignitate meritis, & nobilitate loco ſuo diſponāt, ac ordine ſedere iubeant, talis hodie apud ſummū pontificē magiſter cerimoniarū dicitur, a diuo **Yō Miero.** in chronicis, a **Cassiodoro** in epiſtolis, & ab **Ammiano Marcellino** in hitoriis, græce **πρωτοκέρσιος** primicerius appellatur, & a græcis **πρωτοκέρσιος** protocerius, primicerius etiā eſt notarius principis & honore inter notarios primus, & non ſolū notariorū, uerū etiā aliarū dignitatum primus. **Diſſignatorum** meminit **Hora.** in epiſt. ad **Mecœnatē.** **Seneca** lib. vi. de beneficijs, & iuriſconſultū titulo. de his qui notan. in ſa. dicentes illos miniſterium non artem ludicrā exercere, ideoq; ignominioſos nō haberi. **DYNASTES** græce uocantur domini & reges. **Strabo** dicit dynaſtas reges uocari, q̄ plurimū poſſunt pollentq; & populo quo uelint aut uī aut p̄uaſione perducant, quo uocabulo uſus eſt **Cicero** & **Julius Ceſar.** Inde dyniſtia uis & principatus eſt dynaſtæ. **Ethnarcha** uel ethnarches græce dicitur præfectus gentis, qui a nobis magiſter prouinciæ uocatur, teuto. **landthoffmeiſter**, q̄ a francigenis hodie **baluius** dicitur minus latine. Eſt autē præfectus generale uocabulū ad omnes magiſtratus, qui a latinis pariter & græcis **perſico** uocabulo **στρατηγός**. id eſt ſatrapa dicit, præfecturā ipſam græci a **Perſis** ſumam uocant ſatrapia **στρατηγείαν**, & græce **στρατηγία** ſtrategiā. Strategi ſunt duces exercitus apud **Plautum** in gurgu. Sunt igitur uarij præfecti. **Præfecti** urbis quos barbære aduocatos uocant. **Præfecti** fabrorum, teuto. **vuerckmeiſter**, præfecti legionū, præfecti caſtrorū, præfecti palatii **hoffmeiſter**, præfecti piſcinarū, teuto. **ſeemeiſter**, quos noſtri lacuū magiſtros appellant. **Ammianus Marcellinus** decurionem pallatii dicit, quē nos præfectū palatii. Ita etiā dicimus præfectus uel decurio cubiculariorū, qui habet præmatum atq; præſt cubicularijs. Ita etiā præfectus uel decurio equitum qui præſt equitibus & nobilibus, qui & magiſter equitū & militiæ dici poteſt, quem noſtri barbære **marſchalcum** uocant. **Fræcigenę** **Conneſtabilem** uel magnum comeſtabulum. A decuriōe uenit decuria, hoc eſt officīū & magiſtratus decurionis, ut decuria cubiculariorū, de curia ſcribarum, decuria iudicum, & ſic de ſimilibus &c. Dicimus autem præfectus urbi uel urbis, præfectus equitibus uel equitum & ſimilia, ut dicit **Prifcia.** Erant & queſtores a pecunia publica conquirenda, hos barbære apud principes noſtros epiſcopos & abbates, modo camerarios, modo italice **camerengos**, modo ſiſcales, modo burſatores, modo reddituarios dicimus, & apud principem meum **Wuirtenbergenſem** ſcribę prouinciales dicuntur, hi queſtores aliquando tribuni & præfecti erarij ſunt appellati & a recentioribus referendarii. Sunt autem alii queſtores, de quibus ſupra ſuo loco diximus. **Eſt** queſtores candidatū fuerunt olim, de quibus ante nullā mentionē fecimus.

qui tales fuerunt (ut apud **Sueto**. habet) qui libris principibus in senatu legendis uocabantur. ut **Vlpia**. iuriscōsultus testat. ff. de officio quæstorū. **PRO**tochynei sunt apud principes præfecti canū, quos nos magistrōs uenatorū uocamus teur. legermeister τῶν πῶτος ἐμ̄ primus dicit̄, κυνηγῶσ καὶ κυνηγῆται id est uenator. **PRO**toieracarius præfectus uolucrū quæ uulgo falconarium uel magistrū falconū appellat̄ teuto. falckē meister oder den obersten falckner. ille em̄ præest uenatoribus ferentibus aut nutriētibus accipitres, p̄tos em̄ primus est, & ἰπάξ accipiter. Inde format̄ protoieracarius. **STR**atos pedarcha est curator necessariorum in exercitu & cōmeatū procurator.

10 **CAS**trophylaces sunt castrorū præfecti, sicut nemophylaces sunt nemorū custodes & p̄fecti. Item **TH**erophylaces ferarū custodes, quales hodie barbara & gallica uoce dicunt̄ a nostris forestariis, ut dixi in **lima** **M**ametracti. **IM**aginaris dicitur qui imagines impatoris portabat in expeditionibus, sicut **Scuterius** qui scutū. **V**estiaris qui principē uestit. **T**etrarcha de quo fit mentio in euāgelio **Luce** est, qui detinet partē quartā alicuius regni **TR**ierarchus qui græce trieris dicit̄, & de quo in **Daniele** mentio fit, est p̄fectus nauis triremis. **TOP**archia autē de qua dicit̄ pri. Macha. xij. est principatus loci. Sunt aduersitores apud **Plau.** in mustellaria quorū unicū erat ministeriū ire ad dominū foris prandētē, ac eū domū reducere comitariq̄.

20 Sunt & liminarchæ, hoc est liminis p̄fecti, cubiculiq̄ principis custodes. Hi & serui ad limina a quibusdā dicuntur, & atrienses & barbare ualuafores dicuntur. Apud iuriscōsultos uero. ff. de mune. & hono. liminarchæ ponuntur pro militibus q̄ imperij limitibus, atq̄ confinio p̄ficiunt, quos limitarchas dicere possumus. Et limitanei milites, hi & p̄sidiarij & stationarij & ordinarij milites dicunt̄, qui in limitibus, & in locis hostiū finitimis stationes agere solent, ad repētinas hostiū incursiōnes arcendas, agriq̄ limitanei p̄ eodē in. **C.** Iustiniani habent̄ lib. xij. alij legūt non liminarchæ sed limenarchæ, & capiunt pro iis qui locis maritimis p̄sunt unde traiectus est ad exteras nationes. **Limē** em̄ græce latine portus significat, hos alij limenophylacas quasi portuū custodes uocāt. & hi melius sentiūt, ne latina & græca cōmiscueamus. Magister scrinii apud **Sueto**. dicit̄ qui p̄fuit scrinio epistoliarum. Sic latine **Ab** epistolis uel a secretis dicit̄ qui p̄est epistolis & secretis principis scribēdis, qui uulgo secretarius & cancellarius nuncupat̄, & in ueteri sit frumento lib. ij. **Reg.** auricularius, ubi scriptū est, fecitq̄ eū **Dauid** auricularium a secreto. **Aliter** auricularius dicitur medicus qui curat aures, ut iuriscōsulti tradunt, de quo alias dixi. **A** manu siue a manibus dicunt̄ scribē q̄rum manu ad literas scribēdas principes uti solent, illi etiā amanuēses dicuntur peculiari prope uocabulo **Suetonij**, hi alias apud **Ciceronē** ad manum dicunt̄. **A** memoria serui erāt quorū officiū cōsistebat in suggerēdo principi res obeundas, & quæ essent agenda ad memoriā principis reuocādo. **A** pugione erant, qui pugionē principis gestabant. **A** libellis dicebant̄ q̄ supplicibus literis quas supplicationes appellant̄ principi deferēdis p̄gerāt. **A** cōmentariis qui cōmentarijs principis p̄gerat, de quo fit mētio lib. ij. **Reg.**

hic ab **A**sconio Pediano cōmentariensis dīctus est, sunt autē illi cōmentariē
 ses, qui in cōmentariū custodias referebāt, & uelut diariū custodiarū confis-
 ciebāt. Sic **A** studiis, qui studio principis intēdebāt, & tales erāt uiri eruditiss-
 simi poetæ & oratores, nō hoīes indocti quales hodie principibus p̄ficiunt
 plus idonei ad pecus custodiendū q̄ ad docendū principē. **A** pedibus quo-
 rū pedibus principes ad eundū utebant, hi etiā apud Martiale ad pedes dis-
 cūtur. **A** rationibus q̄ principi rationes cōficiabant. **A** batis qui præest mē-
 suris uel annonā mensuris diuidit. **A** caliculis qui præest caliculis & pocu-
 lis custodiendis. **A** punctis qui præest redditui aquariorū, ut est apud **Frōs-**
 tinū lib. ij. de aquæ ductibus. **A** uoluptatibus qui studiū habet cōquirendi
 dño nouas uoluptates, de quo apud Suetoniū in **Tiberio**. **A** responsis qui
 dat responsa noīe principis, aliter etiā accipitur. Erant & dulciarii qui cons-
 fectioes, ut ita loquar, principi præparabant. **S**tructores uero conuiuia &
 panē in frustula scindūt. **C**hironomus qui opsoniū in repositoriis secabat
 hoc est qui aues & cætera esculēta artificiose manibus diuidit. **P**rægustator
 qui prælibabat pocula & esculenta principis, ne uenenū in eis delitesceret.
Hęc sunt q̄ ex tēpore & uno die atulim⁹ de magistratibus principū, qm̄
 nō oīno q̄ prius uigilantiōri studio excogitauimus e memoria exciderūt,
 concessuri cæteris facultatem addendi, & eorum quæ male diximus emen-
 dat ionem. **V**ale bone lector

DIFFERENTIA INTER CAESAREM ET AVGV

stū & in. **C**. Iustiniāni in titulis **A**. Augustū significa-
 ri. & c. Cæsare, nō consulē, ut multi opinātur falso.

DOMINO AMBROSIO SALICETO PRAEPOSITO

& cancellario gymnasii nostri, imperialisq; consi-
 storii assessor, **H**enri. **B**ebel. **S. D.**

Q nihil mihi durū sit pro te subire p̄posite obseruādissime, credo tibi ha-
 ætenus ita exploratū fuisse, ut meā in te obseruantia, atq; studiū nō sit opus
 multis uerbis declarare. Ea de causa in posterū nō petitiōe sed mandato &
 impio utaris. In petitiōe autē **H**aringi **F**risii nō est opus mihi cōmendare ho-
 minē, qm̄ ex eo unūco mihi uir singulariter l̄atus haberi solet. qd̄ ex singu-
 lari studio rē petit a paucis aiaduersam, a nullo uero qd̄ ego scia explicatā.
Ego igit & tua & illius causa etiā cū discriminē famæ, id qd̄ sentio in mediū
 effundā, paratus ad oīa alia q̄ mādaueritis, sed si desiderio uestro non fuisse
 cero, nō uoluntatē, sed ingenii imbecillitatē accusare. Id autē a me querit qd̄
 discriminis habeat inter **A**ugustū & Cæsare apud quosdā historicos, panegy-
 ristas, atq; ip̄m etiā Iustiniānū in suo codice. **E**go qm̄ ea de re nihil ap̄d quen-
 q̄ legi, ut uolūtati uestræ obedirē, q̄stui a quodā iuriconsulto qd̄ ipse sentī-
 ret, is r̄debat. **A**n. **C**. Iustiniāni c. nō Cæsare, sed cōsulem significare. **C**ui ego
 oīno refragabar, qm̄ cōpertū habeo neminē esse in. **C**. Iustiniāni insertū, qui
 nō fuerit Cæsar, nec quēq; se consulē scripsisse a Cæsare **A**ulio absolute ut ita
 loquar, nisi enūmerādo suas res gestas magistratusq; uniuersos, p̄pterea qd̄
 nudū n omē sine impio cōsuli relinquebat post monarchiā Cæsarū, qui dū

& cui libuit consulatū dederūt & ademerūt, ad quē etiā aliqñ suos libertos
 & tonsores euererūt. Ego igit quod sentio, & qđ ex lectione historiarū ca
 pere possum, sine rituali atq; auctore promā. Illi meo iudicio, fuerūt & sunt
 habitī Cæsares & Augusti, qui S. P. Q. Ro. cōsensu & suffragio, uel interdū
 ab exercitū sunt electi in impatores, Cæsares quidē a Iulio Cæsare primo
 imperii occupatore, quasi adoptati in eā familiā q̄ imperare cōsuesset, rerū
 q; potiret. **AV** Gusti uero ab Octauiano Augusto, qui consensu populi fa
 ctus est imperator. Vnde etiā maius, amplius sanctiusq; nomē a senatu ac
 cepit. Augustus em locus, ut Pompeius testat sanctus est dictus, ab auiū ge
 10 stu uel gustu. Et Suetonius testat loca quoq; religiosa & in qbus augurato
 qđ cōsecratur augusta dici ab auctū, uel auiū gestu, gustuue. Inde Octauia
 nus nouo uocabulo dictus, qđ quasi diuinitus sit ad hunc honorē euectus,
 ois aut Augustus etiā Cæsar erat, sed nō ecōtrario. Ille aut Cæsar tantū fuit,
 qđ ex fauore & amicitia Cæsaris Augusti, aut rebus optime gestis ab Augu
 sto aut aliqñ ab exercitū obtinuit, ut in Cæsaris familiā & in consortē impe
 rii esset ascitus, & imperii futurus successor, & tū demū per mortē Augusti
 uel per cōsensum populi in imperatorē eligēdus. Aelius aut uerus primus
 ut dicit Spartianus Cæsaris tantū nomē accepit. Fuit aut hæc dr̄na Augu
 sti & Cæsaris nō dissimilis illi, qđ apud nos hodie est inter imperatorē uiuū.
 20 & Roma. regē electū, nisi qđ rex Roma. iam est rite electus, Cæsare aut non
 nisi cōsensu populi demū firmabat, ut mortuo Augusto illius nomen &
 imperiū uniuersum susciperet. Sed quare hæc ita sint, est p̄ter rationē ex me
 ro populi placito qui noīa magistratū, sicut aliarū rerū sepe mutauit, ex li
 bito & quodā tacito cōsensu, hæc ut tibi obsequer, & Haringo uiro cha
 riss, gratificarer ex tēpore exarauī, malens imperitiā meā detegere qđ uobis
 nō morē gerere, sis saluus cū Haringo, Sebastiano de Rottenhan nobili frā
 co oriētali, cæterisq; collegis tuis quibus me cōmenda, studiumq; meū pol
 licere. Ex Tubinga. x. Kal. Nouem. Anno. M. D. X.

AD eandem rem.

30 **LITERATISS. ET FACVNDISS. VIRO DO. HENRICO BE.**

Iustingensi poetę amico suo singulari Tubinge. Haringus Sinnama
 Frisius utriusq; iuris doctor, Imperialis cōsistorii assessor, S. D.

S. D. Et utriusq; hoīs sospitatē uirorū literatis, ago gratias immorta
 les, aliqñ habiturus qđ dubitationi meæ ad petitionē & scripta cōsultissimi
 uiri dñi Ambrosii præpositi respōdisti. Anteq; tñ tuæ per ipsum ad me de
 latae sunt l̄ræ, solutionē eiusmodi hesitatiōis apud Beneuenutū Imolensem
 inter legēdū in uita Philipporū reperi ubi Cæsare ab Augusto in hoc inqt
 differre. Q; is sit Cæsar qui a principe uel exercitū sit electus. Augustus ue
 40 ro quē senatus cōfirmauerat. Addit p̄terea oēm Augustū etiā Cæsare ap
 pellari, sed nō cōtra. Cuius sentētię in aliqbus tua astipulat. in aliqbus uero
 lōge ab eadē distat, tñ tuā existimo ueriorē. Certū est em Iulianū nō a sena
 tu, aut imperatore Augustū appellatū, sed existente ad huc Cōstantio in hu
 manis, atq; illo reuētē ab exercitū Augusti nomē assumpsisse, ut Pompos

ni. lætus testat. Legi etiã Gordianũ ab exercitu Imperatorẽ lectum & pluris
 mos alios. Illud qđ scribis iuriscōsultũ quendã c. in. C. Iustitiani nõ Cæsare
 sed consulẽ significare, aliquñ a nõ indoctis uiris habui. Tñ ualde mihi sicut
 & tibi ridiculũ uisum erat, qđ nusq̃ legi absolute legis cōdendę potestatẽ pe
 nes cōsules fuisse, sed Cæsares solos ante Augusti nomẽ adeptũ q̃ plurimos
 leges pmulgasse. Vnde absonũ iudico, qđ condendo legẽ eam dignitatẽ sibi
 Cæsares aut Augusti inscriberent, uelutj consulis, ratione, cuius ipsi solis
 huiusmodi facultas esset penitus interdicta, sicut in principio digestorũ titu
 lo de orig. iuris. l. ij. licet intueri. Vnde eius assertioni nõ credo, nisi historicũ
 aliquẽ authenticũ, qui hoc dicat demōstret. Tenebo itaq; tuã sententiã poe
 ta doctissime cum sis historiarũ peritissimus. Quo ad meliorem tu, ego uel
 quispiam alius inuenit. Vale diũ & me eodem quo ego te amore profes
 quere. Cupio em̃ tecum si præsentiã mea non possum, literis amicitiam cõ
 trahere. Ex Wangionũ urbe. vi Nouemb. M. D. K.

HENRICVS BEBELVS HIERONYMO EMSER GEORGII

ducis Saxoniz a secretis cõteraneo suo & Valẽtino Elephãtino

Vuifenburgensi patricio, uiroq; senatorio, S. D.

A multis sæculis uiri amicissimi agitata est quædã cõtrouersia inter grã
 matistas, sacerdotes item & sacrarũ literarũ traditores, qualis sit, debeatq;
 esse accentus & pronũciatio hebraicarũ dictionum quæ hincinde in bibliis
 sunt receptæ. Et dum hæctenus inter eos non conuenerit, nisi qđ maior pars
 non sine auctoritate credat ultimas earum acui debere. Ego tamẽ id nõ sen
 tiam & hæctenus (absit inuidia dictis) non parũ promouerim rem literariã
 latinã apud germanos, nolui & nunc meo studio, & diligentia deesse studis
 osis, atq; quid ipse senserim, uel proprio periculo nõ declarauim obscure, atq;
 uobis dicaui. Sed quæ potissimũ causa me mouerit, ut nobis inuicem igno
 tis, & tanto locorũ spacio disiunctis cõmuniter dicauerim, facile intelliget
 quicunq; secum reputauerit me eo esse in uos animo atq; studio, ut uel po
 sterioritã insinuare cupiam eam quã erga uos beneuolentiã, atq; amicitiam
 gero inconculse. Atq; ut tu Hieronymẽ apud Albim fluuiũ ueterem Sues
 uorum nostratiũ patriã, atq; Cheruscos, qui Albim olim incoluerunt di
 cente Claudiano. Albim liquere Cherusci, non contermini sueuorum finis
 bus quos nunc habemus, ut multi falso existimant. Ita tu Valentine apud
 Rheneñ, tuos meũ in rem literariã studiũ, atq; diligentia prædicetis. Valetẽ
 & Bebeliũ uestrum defendite, sed sicubi errauerit, nõ illius errori uestro pa
 trocinio, sed rei literariæ consulite. Nam & ipse etiã benemeritus censerẽ de
 bebo, si uel alios errore meo ad uere, beneq; sentiendum pellexero. Iterum
 ualete. Ex Zuifulda ultima die Maii. Anno M. D. XI.

AD EOSDEM IDEM DE amicitate Veris & Maii.

Scripsimus hæc uobis dum me piscosa Zuifulda

Continuit, uario tempore ut ante solet.

Tempore quo Maius uiridantes protulit herbas

Nomina tot florum cum uiolisq; rosas.

Quoq; comisyluæ & pomorū flore tumescunt
Quod dulces uario germine uestit agros.

Exherbantq; illos pulchre, facilesq; puellæ

Guttire tam resono sollicitante procos.

Et quo syluestres, o uulgas, amabile cuncta

Exhilaratis aues carmine perpetuo.

Et quo, quæ cunctas superas Philomela uolucres.

Corpore tam paruo, nocte dieq; canis.

Nunciat & pluuias præfago pectore tristis

Regulus, ac sepes quæq; pererrat auis,

Deniq; lætantur quo cuncta animantia terræ

O cur non semper gratia Veris ades?

DEPRONVNCIATIONE & accentu Hebraicarū dictio
num, quibus in sacris literis utimur cum
emendatione priorum dictorum.

10
20
30
40
Peruasum est multis apud germanos & præceptū immutabili lege obser
uandū, ut noīa hebraica apud latinos acuto in fine accētū proferant. Id illi
ex **Alexandro Gallo** acceperūt, qui dixit. **Omnis** barbara uox nō declinata
latine. **Accentū** super extremā seruabit acutū. **Q** si superius in noīe **Iosephus**
ex aliorū traditiōe in hoc cōsentire sim uisus, nūc autē cōtrarium affir
mo. **P**rimo q; tradāt etiā inter **Iudæos Rabi**, hoc ē magistri hebraice linguę
uerba apud illos, q; etiā declinationē nostrā respuūt accētū acuto in penul.
atq; etiā nōnunq; in antepenul. pferre debere. **Hæc** igit tradunt ex corū do
ctrina docti & sista accētū in penul. acuto, pferenda **Abel, Abisai, Bersabe,**
Engadi, Ephrata, Mathusalē, Ramatha, Phares &c. illa acui in antepenul. tra
dunt **Ionathan, Osanna, uel pouus osianna, Nabuchodonosor, Gomors**
rha, &c. **Sed** hæc siue ita sint, siue nō (ego enim illius linguę peritiā nullam
habeo) nō tñ ulimā acuemus in illis, quas dixi hebraicis dictiōibus. **Nam**
nos latini linguę hebraicę ignari & stridoris peregrini illius linguę insueti
ad matrē et fontē sermōis nostri recurrimus, hoc ē ad gręcā linguā, ex q; nō
ex hebraica declinatōes & accētus mutuamus. **Cū** **Iosephus** opinatissimus
& doctissimus hebręus (sicut & diuus **Hiero.** in expositiōe ep̄sarū **Pauli**) nō
improbauerit græcos, q; ad delectationē legentū noīa hebraica in suā des
clinationē & accentū traducere soleāt. **Si** igit licuit gręcis uariare literaturā
hebraicarū uocū, & in suā declinationē mutare, & in hoc recepti sint, a latinis
in multis, ut in noīe **Iesus, Iohannes, Saulus, Iudas, Iacobus**, atq; in aliis in
numerabilibus, cur non eos (dū in alijs oibus penē auctores habeamus, ut
puta hoīes doctissimos) & in accentibus sequamur, dū modo maneāt græ
ca: **Dū** autē latinā induūt togā, sã latine, pnūciabo. **P**ronūciado igit **Abraā,**
Adā, Iesse, Iacob, Sion, Thabor, Pharao, Seraphim, Cherubim, Bethleē, Hie
rusalem, Balaā, Dauid nō acuto accētū proferā in sine apud latinos. **Quia**
nullū nomē latinū nisi corruptū, uel differētię causa acuit ultimā. **Nō** gręce
quā illi ulimā grauāt maiorī ex parte in cōtextu oratiōis. Ita enim scribūt

ἄβραμ, ἀδάμ, σιών, ἀβωρ, ἰεσναί, ἰακώβ, βαλαάμ, ἰερουσαλὴμ, σαραφίμ,
 χερουβίμ, βυθλαίμ, δαβίδ. Sed uere loquēdi, de illis barbaris dicemus in
 certū esse illorū accentū. Si latinā assumāt declinationē mutabit̄ accentus.
 Ista autē si græca manserint, græce pronuciabīs, **H**elias, **M**aria, **E**lias, **A**b
 dias, **M**athathias, **O**zias, **Z**acharias, **M**essias, **B**arachias, **T**obias, **V**rias, **E**ze
 chias, **H**eremias, **I**osias. In his & silibus penul. acuit̄. Si autē latina esse uolue
 ris & latina declinatione inflectere, iam antepenul. acuet̄. nō penul. quę bre
 uis est, & quā sermo latinus acui nō patit̄ antepenul. longa existente. **D**e les
 sus nunc loquar. **S**unt qui apud nos ultimā acuant, propterea, q̄ uox bar
 bara & hebræa sit. Sed eorū iudiciū falsum est, q̄a hebræi non Iesus, sed les 10
 suah (sicut non Messias, sed messiah) dicunt. Iesus igitur trium syllabarum
 est & latinū, & acuitur in penul. Quod si græce pferre uolueris, dices ἰησοῦς
 Iesus ultima circūflexa. **D**ico autē triū syllabarū, p̄pterea q̄ i apud græcos
 nunq̄ consonans reperit̄. Sicut etiā dicimus Iudas ἰουδᾶς triū syllabarū, pe
 nul. tam apud græcos q̄ latinus acuta, ἰωσήφ Ioseph triū est syllabarū ultī
 ma acuta apud græcos. Sic ἰωνᾶς Ionas græce ultima circūflexa latine pe
 nul. acuta. Sic ἰωὴλ Moel latine penul. acuta, græce ultima grauata. Et sic dici
 mus græce ἰωὴλ. **M**ichael, **R**aphael, **I**srael latine punul. acuit̄, græce ultīma.
Et sic in ultima i non e ante l erit. Ita em̄ scribunt̄ μιχαὴλ, ραφαὴλ, ἰωραὴλ.
At **D**avid δαβὴλ, γαβριὴλ. **G**abriel græce ultima acuit̄, latine antepenul. 20
 quia q̄ penul. longa sit, nōdū cōpertū habeo. **P**rudētius tamē penul. in **G**a
 briel produxit, **G**abriel patris ex folio sedēq̄ rep̄te. q̄ si bene dixit̄, penul.
 acuitur pari ratione & in alijs, sed hęc & alia iudicio doctōrū cōmitto. **E**ua
 & **A**нна tam latine q̄ græce prima acuit̄. **S**ymeon græce ultima acuitur,
 latine antepenul. acuit̄. Sic em̄ scribit̄ συμειών. **S**imon uero latine & græce
 prima acuitur. sic em̄ scribitur, σίμων, in his duobus noibus ultima. pr̄ odu
 citur. **M**oses latine grīma acuitur, græce ultīma circūflectitur, & sic dicemus
Mosis μωσῆς uel **M**oyes dicimus, sic latine prima acuit̄, græce ultīma circū
 flectitur. Sic em̄ scribit̄, μωμοῖς. Inde quidā sacrarū literarū descriptores poe
 tæ errauerūt in quāritate syllabarū, dū primā in **M**oyes corripuerūt, quæ 30
 per ω longū scribitur, & secundā produxerūt. Et quoniā de accentibus no
 bis sermo est, fallunt̄ latini qui dicunt paraclitus. **I**acobus penultī. breui dū
 longa sit. Sic em̄ scribunt̄ παρακλῆτος ἰακωβος, ubi i penultī. in paraclitus
 apud nos in e longū conuertit̄. Sed græce pronuciando dicimus paraclitos
 & iacobos antepenul. acuta, sed nō latine sic pronuciādū intelligas. Est autē
 diligēt̄ omnibus studiosis obseruandū, id quod iam sæpe dixi, græca uo
 cabula dum in latinā transeunt̄ inflexionē, latinis accentibus proserēda. Si
 uero nulla, nec tēporis, nec literarū facta mutatiōe ad nos ueniūt, tūc serua
 re debere gręcū accētū. **S**ymoneis igit̄ **P**yroeis, **C**orydon, **A**rcades, **T**hesea,
Amaryllida, **T**egea, **N**emea, & silia penul. acuit̄, quibus breuis sit, & apud la 40
 tinos ante penl. acuit̄. **C**yclopas uero, arethusa, corinthos antepenul. acuit̄
 cum penul. longa sit, & apud latinos acuat̄. Qui uero dicūt heroas in ante
 penul. acui debere græce, cū latine penul. acuat̄. **I**tem **P**enelope græce, **I**tem

Aristoteles, Demosthenes acui penultimam contra nostram pronūciationem. Item Pentecoste ultimā debere acui græce cum penul. acuat. Ita descendunt se. Quis græce nunc proferamus nō heroas, sed hiroas, ἥρωας, non Penelope, sed pinelopi πινελόπη, non Aristoteles, Demosthenes, sed Aristotelis ἀριστοτέλης, Demosthenis δημοσθένης, non pentecoste, sed penticosti πεντικόστη. Fuisse tamē ueterū græcorū pronūciationē, qui κτα, ut nos e lōgum pronūciauerint. Sed cum is pronūciandi modus iam apud græcos desierit, eo usq; artē imitādā esse existimo, quosq; illustriū scriptorū auctōritas alienā cōsuetudinē non introduxerit. Sed ulterius quo ad pronūciationē

10 & scripturā aduerte, si bene uolumus pronūciare, & sequi duces & auctōres linguæ latinæ græcos, dicemus Emmaus triū syllabarū, nō emaus. Nā & græci ita scribunt ἐμμαος. Item Saul duarū, non unius syllabæ. Sic enim scribitur σαούλ diphthongo in ultima, ut unā syllabam cum prima facere non possit. Item Emmanuel duplici m ubi apud latinos penul. acuitur. Sic illi ἐμμανουήλ. A malec apud græcos scribitur sine aspiratione, sic ἐμαλλεε ultima grauata apud græcos magna ex parte in cōtextu oratiōis, ubi latine antepenul. acuius. Sic etiā Melchisedec ulti. acuitur μελχισεδεκ. Alleluia dictio est quinq; syllabarū, non quattuor, licet apud hebræos quorum dictio est dicatur esse quattuor, & tam apud græcos q̄ latinos penul. acuius sic enim scribitur apud græcos ἀλληλούια. Græci itē scribunt sabbaoth duplici b & ulti. acuta, sic σαββαώθ. Helisabet penul. acuit apud græcos & aspiratur, sic ἐλισαβητ. Verū ut me quoq; corrigā, cum hæc barbara apud græcos aliquādo in penul. aliquādo in ultima acuantur, uel grauent, maxime propter uerborū consequentiā, dicendū mihi uidei illa barbara apud græcos habere incertū accentū, & ideo propter hanc incertitudinē in cōtextu ne fiat spiritus suspensio sæpius grauari, nā & apud latinos teste Prisciano & Diomede, non habent certum accentū. Verū L auren. Valla, nec uult acui apud græcos, nec apud latinos, uerū apud latinos latino accentu proferri, eius uerba sunt. de hebræis nihil dicere habeo, nisi hoc unum me

20 mirari, cur plæraq; eorū cum uos tum græci accentu acuto in fine pronūciant, ego suadeo omnibus hebræis ubi ratio hebræa non cōstitit latinū accentū adhibere potius q̄, scdm̄ peruersam theopagitæ doctrinā, nec hebræe, nec græce, nec latine proferre. Impugnando igitur illā regulā Alexandri superius dictam dicemus barbara non acui, sed aut esse incertū accentū aut si uolumus non errare apud latinos latinū illis accentū dabimus, apud græcos etiā magna uariatio est, & quia incertus est illis accentus, ut uideatur grauamus plerūq; ad consequentiā. Quo ad declinationē autem Adā Abraā, David, Saul, Iacob, & aliorū omniū. Dicam ego ea uocabula esse indeclinabilia apud hebræos, ut testis est Iosephus, quem supra receptissimū testem citauī. Item apud græcos, qui dū declinare uolunt, faciunt Adamus, Abraamus, Iacobus, Saulus &c. Item apud latinos, nam ut dicit Prisci. lib. v. de octo partibus orationis, nomina barbara indeclinabilia non solū in am, sed in aliis quoq; terminatiōes nulla latina, uel græca declinatiōe sunt

moderanda, nisi transferantur in aliquā formā declinabilē. Latini igit non dicunt David dauidis, sed dauides dauidis si probe uolunt declinare, Non Abraā abraç, Adam adē, sed Adas adē, Abraas abraç, nisi uiolenter uelint facere declinationē inueterā, tam apud hebręos, q̄ latinos & gręcos.

CARMEN IOANNIS MYPHANTICI VVEIS

senhorensis in laudem Bebelii poetę

Si septem certant urbes de patria **Homeri**

Firmiter indigenam quaq̄ ferente suum.

Gręcia **Cecropios** celebri si laude **poetas**

Tollit & **Hesiodum**, **Callimachumq̄** colit.

Si uates iactat **latios** **Oenotria** tellus

Baptistam referens, **Virgiliumq̄** suum.

Bebelium merito bellatrix **Sueuia** laudat

Et quicquid late **teutonus** orbis habet.

Ille est **Germanam** qui fert super æthera gentem

Sueuigenas fortes, magnanimosq̄ probans.

Plurima quotidie ueterum monumenta pererrat

Affiduus studio nocte dieq̄ uacans.

Quicquid & a doctis scriptoribus undiq̄ radit

Teutonicis aptat laudibus & patrię.

Nunc ducis acta sui, nunc laudes **Maxmiliani**

Eloquio celebrat carminibusq̄ suis.

Nunc docet **historicos**, docte modo **Palladis** artes

Officio satagens sedulitate suo.

Vnde **Tubinga** uiget, totusq̄ **scholasticus** ordo

Proficit ingenuis artibus eloquii.

Regnabat **Latii** quondā sermonis egestas

Et noua crescebat undiq̄ barbaries.

Nostrates tulerat uictoria signa per urbes

Gothus & illius **Vandala** turba comes.

Et lolium lingue spargentes barbaralexim

Turbarunt falsis scripta latina tropis.

Nullus honor musis, reuerentiā nulla poetę

Mœstus erat posita flauus **Apollo** Iyra.

Nunc decus eloquii priscum **Bebelius** auctor

Rettulit, **Auloniam** restituitq̄ phrasim.

Agmine laurigero sociisq̄ iuuantibus atram

Barbariem penitus sustulit e medio.

Omne decus musis præconia summa poetę

Attulit & **Clario** gaudia læta deo.

Vix modo **Romani** germanos carmine uincunt

Roboris in tantum sacra poetę habet.

10

20

30

40

Saltibus in nostris blandissima turba sororum
Canibus & choreis exhilarata meat.
Teutona prata madent refluus heliconis ab undis
Et uirides syluas uirgo **D**iana colit.
Parua tamen superant ueteris uestigia linguæ
Quæ gothius rudibus liquerat ante scholis.
Turba sacerdotum quæ Galli numen adorat
Et nihil a Gallo nouit & esse putat.
Atq; rudes monachi qui barbara castra tuentes
Semper auent ueteri concrepitare lyra.
Et uetuli patres puerorum ludi magistri
Barbariem primo lacte bibere suam.
Iamq; suos simili tentant errore sequaces
Fallere commentis dogmatibusq; suis.
Hi sunt qui doctis maledicere uatibus audent
Et cunctis aliis quos sua uena beat.
Liuida uipereo spumant sua corda ueneno
Si cuiq; clarum nomen ab arte uenit.
Cunq; malis primum sint præceptoribus usi
Quod similis cunctos fascinat error amant.
Qantum quisq; sua præstat sublimius arte
Liuor edax tanto plus comitatur eum.
Fœlici comes inuidia est, semperq; manebit
Omnibus in rebus quotquot in orbe uigent.
Deturbant altas agitata tonitrua turres
Vastaq; terribili templa tremore petunt.
Tutior ima seges grauius quassantur aristæ
Seus hyperboreis cum furit auster aquis.
Piscibus insidias tentat piscator opimis
Auiceps dulcisonæ retia tendit aui.
Magnanimus miles cunctis ex hostibus unus
Obruitur multis pulchra puella procis.
Sic nihil excellens, nihil est laudabile tutum
Liuor edax semper prosperiora cupit.
Non sinit alterius famam consurgere spernit
Maiorem, nec uult sustinuisse parem.
Semper in illustres fertur supraq; ferendos
Non humili curat conditione uiros.
Nullus **T**ersiti male uult, nemo inuidet Iro
Ille q; indoctus, alter egenus erat.
Virgiliu m carpsit morsu mala lingua canino
Smyrnei uatis **X**oilus osor erat.
Inuidia **N**also patriis fuit exul ab oris.

Iulius inuidia cum Cicerone perit.
Cognita mors Senecæ cunctis quem serua Neronis
Ira necem fultit quam uelit ipse pati.
Quid multis hodie uix sicca morte peribunt
Si quos his similes docta Minerua fouet.
Hæc tamen in uiuos magis ingrassatur & instat
Post obitum doctos posthuma fama colit.
Non igitur mirum q̄ nondum munere functus
Vitæ Bebelius carpitur inuidia.
Nam quantum ingenio præstet uel nomine phœbi
Demonstrant uariis scripta resperfa libris.
Inuidet licet usq̄ rudes nil inde nocebunt
Cum sibi doctorum tota caterua fauet.
Laudis erit potius rabido liuore lacessi
Et criticis laus est displicuisse malis.
Vos tamen o mecum iuuenes certate parati
Cum uelit Ofor iners hunc lacerare uirum.
Vestro pro meritis doctori reddite grates
Et placito carmen dicite corde sequens.
Gaudeat & uiuat Bebelius omne per æuum
Et uiuat secum gloria fama decus.

FINIS.

Scias optime lector te obseruare debere castâ & tersam latinitatē, uocas
 bulisq̄ uti, quibus usi sunt ueteres, ut in hoc toto libro p̄scripsi, tūc cū scri-
 bis epistolas cū orare uolueris, & doctos alloqui, & multo maxime tūc cū
 aliquid prosa oratione, uel carmine uis transmittere ad posteritatē, qd̄ elo-
 quentiæ laudē mereri, atq̄ auribus, lectiōeq̄ eruditorū dignari debeat. **Ve**
rum cū uersaris in libris leguleiorū nostri tēporis, in theologia, dialectica,
medicâq̄, p̄felliōe, potes loqui cum ipsis uti fert cōsuetudo hodierna, q̄ reli-
cta ueterum elegātia, barbaris uerbis est referta. Sicut nec in totis nouis riti-
bus & cerimoniis possumus semp̄ elegāter & latine loqui de sacramentis,
de ceteris rebus ecclesiæ, in tot insup̄ nouis uersutiis, fraudibus, circūscripti-
onibus, aliis deniq̄ inuentionibus, tabelliones, scribe, notarij, p̄curatores, ad
uocati, cōmissarij, & copiste, ut cū barbaris loquar, sua instrumēta, formu-
las, actiōes, libellos, literas cōtractuū matrimonij, beneficiorū & hmōi latis-
ne & elegāter ubiq̄ formare, atq̄ instituire nō possunt, sed nec p̄pterea res
darguēdi in sua p̄felliōe, materia & cōsuetudine, q̄ mutari nō pōt, p̄pterea
q̄ plus cogunt caute q̄ cōgrue loq̄, uel scribere, quorū tñ̄ filius, ut ita dicā,
p̄terq̄ in suis literis est oino uitādus, tanq̄ barbarus. Hæc nota adolescēs
ne in talibus rebus elegātiâ fecutus, & clausulas necessarias p̄tergressus, dā
no & irrifui exponaris. Vale cādide lector, ualet em̄ in malā partē Inuis-
dus & Ofor, quē sua inuidia cōsumit, cum ipse nihil sciat uel didicerit, nisi
aliis maledicere.

APOLOGIA

APOLOGIA BEBELII CONTRA ADVERSARIUM, SV:

um atq; defensio quorundā locorū in Cōmentariis, &
quantitate syllabarū eiusdem. Additis pro-
bationibus ex Augustino, & grę-
cis quibusdam Poetis.

Et sua riferunt tempora Meoniden.

ΖΩΤΗΡΙΑΝ ΕΞ ΕΧΘΡΩΝ ΨΑΛΩΝ

Vniuersis Germaniæ literatis, & posteritati.
Salutem dicit Henri. Bebelius.

10

20

30

40

Riusq; ad aduersarii accusationes rñdeam, tecū cōmentabor o pos-
steritas. uniuersaq; Germanię literatorū cōcio. In multis hæcenus
(absit dictis liuor, sicut & ostētatio abest procul) exercuimus inge-
niū, & multa iā nobis opuscula sunt defudata, ut passim uidere licet, & bre-
uī plura uidebūtur (deo fauente) a nobis, aliqua poetice, aliqua historice, nō
nulla philosophice cōposita, ut nemo equus & bon⁹ iudex mihi iure igna-
uīā possit impingere, sed quæcūq; scripsi siue in latinæ linguę tētanda apud
Germanos instauracione, siue in historiis, aut utroq; scribendī genere, pro-
sa oratione, & carmine, quantū præstiterim, uestrū erit iudiciū, uos de me
iudicabitis, bene male ne egerim atq; scripserim. quocūq; aut animo acces-
perius, animus professio meus cupiuit bene facere Germaniæ, & bene insi-
tuere adolēscētīā in re literaria. Vos itaq; iudicabitis de ingenio meo & eru-
ditiōe, nec mihi laudibusue meis credetis, nec aduersarioꝝ i me iaculis mor-
uebimini, rerū nō personarū meritis iudicaturi. Proinde nō parū falli uidē-
tur, qui aduersarios suos cauillationibus & calūniis, furo uel mordacitate
cōuincere student, sine em felle, & extra omnē inuidiæ suspitionē, posteritas
de utroq; sententiā feret. qd cōtingit M. Catoni uiro clarissimo, cuius glorię
(ut auctor est Liuius) neq; pfuit quisq; laudādo, nec uituperādo nocuit, cū
utrūq; sūmis præditi fecerint ingenii, Cicero & Cæsar. Vnde nō minus ele-
gāter q̄ uere dicit diuus Hieronymus in cōmētariis ueteris instrumētī. Dñ
uiuimus, & in uale fragili cōtinemur, uident amicosq; pdesse studia, & nocere
æmulatorū obprobria. Postq; aut reuersa fuerit terra in terrā suā, & tā nos
q̄ scribimus q̄ eos qui de nobis iudicāt pallida mors subtraxerit, & alia ue-
nerit generatio, primisq; cadētibus foliis, uirēs silua succreuerit, tūc sine nō
minū dignitate, sola iudicant ingenia, nec cōsiderat qui lecturus est, siue ille
episcopus siue sit laicus, imperator & dñs, miles & seruus, aut purpura & se-
rico, aut uilissimo pāno faceat nō honorū diuersitate, sed operū merito iur-
dicabit hæc ille. Quæ cū ita sint, & ego nullius rei plusq; modestiæ rationē
habere cupiā, etiā taxatus & rephensus, id quod naturalis iuris bñficio con-
ceditur, & quod optime & iusta ratione possem, nō retaxabo aut remorde-
bo, sed refero omnia ad librā, & iudiciū posteritatis, literis & rerū meritis,

nō cōiūctis decertaturus, tamen si lis sit de paupere regno, & in qua succum-
 bere nō ducere turpe. **An** em̄ minor sit fama Prisciani & Serui doctissimo
 rum, ut mea fert opinio, apud latinos grammaticorum q̄ multa ignoras
 uerint, in q̄ multis errauerint, recentiores q̄ eos in multis taxauerint. **Q**
 si omnium sapiētū & eruditorū a cōdito curbe oīs fors fuerit, ut mlt̄a, nō oīa
 scisse dicāt, ut Columel, pdidit, quid mirū si ego errauero interdū, q̄ in or-
 dines literatorū nō nisi longissimo interuallo, si saltē mereor, cōnumerari
 debeo. **Quibus** aut̄ aduersarijs minus bñ scripsisse uideor, scribāt ipsi tātū
 quātū ego, p̄sa orōne, & carmine, in historijs & alijs rebus, & nō dubito,
 eos mecū sibi suorū laborū cōmiserationē, errorūq̄ ueniā petituros, aut si
 prexerint mihi cōtraire, ego eos tot uitiorū reos & obnoxios faciā, ad mi-
 nus q̄t ipsi me meorū. **Aut** q̄ fronte nō ignoscēt illi mihi q̄cūq̄ fuerint, si in
 multis carmibus interdū errauero, cū auctore **Horatio**, subscribete etiā **Hie**
 ro. operi lōgo fas sit obrepere somnū, cū ipsi in uno, alteroue disticho, aut
 tetrasticho Priscianū legere interdū cognoscant. **Sed** hortor uos o oīm ars-
 tium, p̄fessores, ut si quicq̄ durius statueritis uel dicere, uel scribere in poe-
 tas, memineritis prius uestræ imbecillitatis, humanæq̄ fragilitatis. **Q**, si &
 uos nō oīa noueritis q̄ titulus uesler p̄ferre uideatur, ut eo clemētius aliorū
 fragilitatis cōmiserascatis. **Ridiculū** em̄ est in primis & iniquissimū, ut in poe-
 tis sūmā consumationē exigatis, si uos ipsi uestris titulis & p̄fessionibus eru-
 ditione minime respōdeatis. **Irascor** autē illi, nescio cui, qui me insimulasse
 dicitur q̄ dissuaserim studiosis literas græcas, id em̄ nemo p̄bus & bonus
 de me dicere pōt, quas studiose colo, colāq̄ in futurū, quoniā linguæ latine
 in primis utiles iudicauī semp. **In** q̄bus & si, ut uerū fatear, sim tenuissime
 doctus, et uix primis rudimētis imbutus, multū tamē profui cum illis uere
 obseruationi latinitat̄is. **Hoc** tamē palā sum professus sepius, mihi nō prof-
 bari eos, qui ad imperitos, uel pueros scribētes tam crebro ad ostētationē,
 non ad declarationē inserunt latinis literis, & maxime carminibus, & eis-
 dem paucis græcū eloquiū, græcalq̄ orationes. **Mihi** suffragat̄ & auctōrita-
 tem tribuit, **Cicero** pri. offi. **Vt** em̄ (inquit) sermone eo uti debemus qui no-
 tus est nobis, ne, ut quidā græca uerba inculcātes, iure optime irrideamur.
Idem lib. pri. **Tuscula**. **Dicā** si potero latine, scis em̄ me græce loqui in lati-
 no sermone non plus solere q̄ in græco latine. **Et** **Iuena**. **Satyr**. vi. loq̄ns
 de mulieribus. **Nam** quid rancidius q̄ q̄ se nō putat ulla **Formosam**, nisi
 quæ de tusca græcula facta est. **De** **Sulmonensi** mera **Cecropis**, omnia græ-
 ce. **Cū** sit turpe magis nostris nescire latine. **Raro** em̄ **Virgiliū**, **Ouidiū**, **Ho**
 ratium, ceterosq̄ poetas paucis exceptis, uerba græca (nisi ad nos traducta)
 usurpasse uideo, **Contra** græculos uero, qui ita græcantur **Paulus** suardus
 raliter loquitur. **Nec** leuitatem illā, inquit, silentio inuoluere possum, nepe
 haud inuenies decem, ut ita dicam, uerba græce scripta in omnibus libris
Cicerōis, **Salustii**, **Liuii**, **Virgiliij**, **Ouidij**, cōplurimūq̄ aliorū, tam græca q̄ la-
 tina callentiū, isti uero græculi, ut sunt stulti & omnium uanissimi, nullas cō-
 dere literas, q̄bus græcū uersiculū quem solū uel audierint, uel exscripser

APOLOGIA

rini, non insererent. In de auctore **Porphirione** grāmatico. **Horatius** taxat & castigat eos, qui **Luciliū** ex hoc mirabant, q̄ inseruerit uerba græca carmini, cū id facere quisq̄ possit (p̄sertim nostra tēpestate in tāta puerbiorū, opusculorūq̄ græcorū copia) sicut **Pitholeon** rhodius qui h̄mōi epigrammata effusiuit magisq̄ scripsit. Et em̄ infirmitatis putat esse orationē latinā uerbis græcis fulcire. Addit **Porphirio**. **O** seri studiorū q̄ putatis difficile esse q̄d **Rhodio** **Pitholeōti** cōtigit, hic aut̄ perq̄ ridicularius admisit græca latinis. **Acron** nō dissistit. Dicit (in q̄) **Pitholeon** epigrammata ridicule scripsit se, in q̄bus græca uerba mixta erāt cū latinis. **Verba** **Horatii** sūt de **Lucilio**.

- 10 **At** magnum fecit q̄ uerbis græca latinis
 Miscuit, o seri studiorum, quid ne putetis
Difficile & mirum, **Rhodio** quod **Pitholeonti**
Contigit: at sermo lingua concinnus utraq̄
 Suauior, ut **Chio** nota si commixta **Phalerni** est.
 Cum uersus facias, te ipsum percunctor, an & cum
Dura tibi peragenda rei sit causa **Petilli**
Scilicet oblitus patriæq̄ patrisq̄ latini
Cum pedius causas exudar publicola, atq̄
Coruinus, patriis intermiscere petita

- 30 **Verba** foris malis **Canusini** more bilinguis
Atq̄ ego cum græcos facerem natus mare citra
Versiculos, uetuit me tali uoce **Quirinus**.

Fieri tamē potest, ut amicus amico epistolā scribens, eisdē literis imbuto & earundē rerū, sæpeq̄ occultarū cōscio, uariis ex causis græca, barbaraq̄ inferens, nō iure reprehendat. Et ut publice añ multos ānos ostēdi, nunq̄, placuit mihi sūmorū auctoritate uirorū, antiquariū & affectatus sermo, nouandiq̄ studiū, ut non secus ac pedagogus **Ennii** cū nutrice **Euandri** sorore **Ennii**, uel **Pacuuii** ancilla cōfabulari uideamur cū pueris, quod & hodie sentio, & multi pariter in literis cōsumatissimi, nouādi studiū, affectatio

30 nemq̄ in **Apuleio** sūmope detestant, & maxime inter mltos **Valla**, instauratā latinitatis auctor, q̄ cōtra **Raudēsem** scribit. **Quid** dicā de **Apuleio** in eo p̄sertim ope cuius nomē est de **Asino** aureo, cuius sermonē si quis imitetur, nō tam auree loqui q̄ nō nihil rudere uideat. **Ego** autē de hoīe mitius agendū existimo, eruditionēq̄ in eo sūmopere amplexandā, solā affectationem, nouandiq̄ studiū damnandū, sicut & **Salustius** maximus, elegātissimūsq̄ historicus & pater historiarū, taxatur a multis & maximis scriptoribus, atq̄ reprehenditur, non laudatur, ut quidā uolunt, ob nouādi studiū, antiquarumq̄ uocum amorem, id quod & epigramma hoc ostendit.

- Et uerba antiqui multum furate **Cathonis**
Crispe Iugurtinæ conditor historię.

40 **Læneus** Pompei libertus, ob id eū **Priscorū** **Cathonis**q̄ uerborū inersū ditillimū furē appellat. **Apud** **Gelli**. **Sene**. & alios tali uitio notat. **Sed** ut in sūtuū meū p̄sequar. **huitus** nunc res grāmaticas resumō, quibus iam diū

